3 1761 07985954 2

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/bibliothecaehist09diod

Δ Ι Ο Δ Ω Ρ Ο Σ

DIODORI SICULI BIBLIOTHECAE HISTORICAE

LIBRI QUI SUPERSUNT

E RECENSIONE PETRI WESSELINGII
CUM INTERPRETATIONE LATINA LAUR. RHODOMANI
ATQUE ANNOTATIONIBUS VARIORUM INTEGRIS
INDICIBUSQUE LOCUPLETISSIMIS

NOVA EDITIO

CUM COMMENTATIONIBUS III CHR. GOTTL. HEYNII
ET CUM ARGUMENTIS DISPUTATIONIBUSQUE
IER. NIC. EYRINGII

VOLUMEN NONUM

ARGENTORATI
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS BIPONTINAE
ANNO VIII

883.9
DID
HE

PA
3965
D3
1793
v. 9

LIBRARY
MAR 23 1970
UNIVERSITY OF TORONTO

ΔΙΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΟΣ ΕΙΚΟΣΤΗ

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ

ΕΝ ΤΗ ΕΙΚΟΣΤΗ

ΤΩΝ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΒΙΒΛΩΝ.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς διαβὰς εἰς Λιβύην ἐνίκησε παρατάξει Καρχηδονίους, καὶ πολλῶν πόλεων ἐκυρίευσεν.

Ὡς Κάσσανδρος [1] *Αὐτολέοντι μὲν ἐβοήθησε, πρὸς δὲ Πτολεμαῖον τὸν Ἀντιγόνου στρατηγὸν ἀποστάτην γενόμενον συμμαχίαν ἐποιήσατο.*

Ὡς Πτολεμαῖος μὲν τῶν περὶ Κιλικίαν πόλεων τινὰς εἷλε, Δημήτριος δ' ὁ Ἀντιγόνου [2] *ταύτας ἀνεκτήσατο.*

Ὡς Πολυσπέρχων μὲν Ἡρακλέα τὸν ἐκ Βαρσίνης ἐπε-

1 Λέοντι Reg. 2. Baſil. 2 Πάσας Reg. 1.

HAEC VICESIMO

DIODORI VOLUMINE

CONTINENTUR.

Ut Agathocles in Africam tranſgreſſus, collatis ſignis Carthaginienſes vicerit, urbeſque multas acceperit in poteſtatem.

Ut Caſſander Autoleonti opem tulerit, & cum Ptolemaeo Antigoni legato, poſtquam ab illo defecerat, ſocietatem inierit.

Ut Ptolemaeus nonnullas Ciliciae urbes ceperit; ſed Demetrius, Antigoni filius, eaſdem recuperarit.

Ut Polyſperchon Herculem, (Alexandri filium,) ex Barſine

χείρησε κατάγειν ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν· Πτολεμαῖος δὲ Νικοκρέοντα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐπανείλατο.

Περὶ τῶν πραχθέντων ἐν μὲν τῷ Βοσπόρῳ τοῖς βασιλεῦσι, [1] κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ῥωμαίοις καὶ Σαμνίταις.

Πτολεμαίου στρατεία ἐπὶ Κιλικίαν, καὶ τὴν ἑξῆς [2] παραθαλάττιον.

Ἡρακλέους ἀναίρεσις ὑπὸ Πολυσπέρχοντος.

Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ τῶν Καρχηδονίων ἅλωσις ὑπὸ Συρακουσίων.

Ὡς Ἀκραγαντῖνοι τοὺς Σικελιώτας ἐλευθεροῦν ἐπεχείρησαν.

Ὡς τῶν Συρακουσίων εἴκοσι ναῦς ἥλωσαν.

Περὶ τῆς ἐν Λιβύῃ γενομένης στάσεως, καὶ τοῦ κινδύνου τοῦ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα.

Περὶ τῶν πραχθέντων Ἀππίῳ Κλαυδίῳ κατὰ τὴν τιμητικὴν ἀρχήν.

1 Ἐν δὲ τῇ Ἰταλίᾳ Reg. 1. 2 Παραθαλασσίαν Reg. 1.

ſuſceptum, in regnum paternum reducere ſit conatus, & Ptolemaeus Nicocreontem Paphiorum regem ad mortem adegerit.

De rebus in Boſporo a regibus, & Romanis Samnitibuſque in Italia geſtis.

Ptolemaei in Ciliciam & maritimam deinceps regionem expeditio.

Hercules, (Alexandri filius,) a Polyſperchonte interimitur.

Amilcar, Carthaginienſium imperator, a Syracuſanis capitur.

Ut Agrigentini Siculos in libertatem aſſerere conati ſint.

Ut XX Syracuſanorum naves captae.

De exorta in Africa ſeditione, & Agathoclis periculo.

Quae Appius Claudius in Cenſura geſſerit.

Παράδοσις Κορίνθου καὶ Σικυῶνος Πτολεμαίῳ.

Κλεοπάτρας ἐν Σάρδεσιν ἀναίρεσις.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς Καρχηδονίους μὲν ἐνίκησε μάχῃ, τὸν δὲ δυνάστην τῆς Κυρήνης Ὀφέλλαν μεταπεμψάμενος ἐπὶ κοινοπραγίαν κατέσφαξε, [1] καὶ τὴν μετὰ τούτου δύναμιν παρέλαβεν.

Ὡς Καρχηδόνιοι [2] Βομίλκαν ἐπιθέμενον τυραννίδι κατέλυσαν.

Ὡς Ἀγαθοκλέους [3] ἀποπέμψαντος εἰς Σικελίαν τὰ λάφυρα, τινὰ τῶν πλοίων ἐναυάγησεν.

Ὡς Ῥωμαῖοι [4] Μαρσοῖς μὲν πολεμουμένοις ὑπὸ Σαμνιτῶν ἐβοήθησαν, ἐν δὲ τῇ Τυῤῥηνίᾳ Κάπριον ἐξεπολιόρκησαν.

Δημητρίου τοῦ πολιορκητοῦ κατάπλους εἰς τὸν [5] Πειραιᾶ, καὶ τῆς Μουνυχίας ἅλωσις.

1 Καὶ μετὰ Baſil.

2 Βομίλκαν Baſil. Βορμ. vulgo.

3 Ἀποστειλάντων Reg. 1.

4 Μαρίοις Baſ. Vat. At Ἰάπυξι Reg. 1.

5 Πειραιέα idem.

Corinthus & Sicyon Ptolemaeo deditae.

Cleopatrae in urbe Sardium necatio.

Ut Agathocles proelio Carthaginienſes vicerit, & Ophellam, Cyrenes principem, ſocietatis cauſa accitum, trucidarit, eiuſque copias ſibi adiunxerit.

Ut Carthaginienſes Bomilcarem, qui dominatum arripiebat, everterint.

Ut nonnullae Agathoclis naves, quibus ſpolia in Siciliam miſerit, naufragium paſſae fuerint.

Ut Romani Marſis, Samnitum bello vexatis, auxilium tulerint, & Caprium in Hetruria expugnarint.

Demetrii Poliorcetae navigatio in Piraeeum, & Munychiae in poteſtatem redactio.

Ἐλευθέρωσις Ἀθηναίων καὶ Μεγαρέων.

Πλοῦς ἐπὶ Κύπρον Δημητρίου, καὶ μάχη πρὸς Μενέλαον τὸν στρατηγὸν, καὶ Σαλαμῖνος πολιορκία.

Ναυμαχία Δημητρίου πρὸς Πτολεμαῖον, [1] καὶ νίκη Δημητρίου.

Παράληψις Κύπρου τε πάσης, καὶ τῆς Πτολεμαίου δυνάμεως.

Ὡς μετὰ τὴν νίκην ταύτην Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου περιθεμένων διάδημα, ζηλοτυπήσαντες οἱ λοιποὶ δυνάσται βασιλεῖς ἑαυτοὺς [2] ἀνηγόρευσαν.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς Ἰτυκὴν ἐκπολιορκήσας διεβίβασε μέρος τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Σικελίαν.

Ὡς Ἀκραγαντῖνοι παραταξάμενοι πρὸς τοὺς Ἀγαθοκλέους στρατηγοὺς ἡττήθησαν.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς Ἡράκλειαν μὲν καὶ Θέρμα καὶ Κεφαλοίδιον προσήγαγετο, τὴν δὲ τῶν Ἀπολλωνιατῶν χώραν καὶ πόλιν ἐξηνδραποδίσατο.

1 Καὶ ἧττα Πτολεμαίου Steph. ora, Reg. 1. 2 Προανηγόρευσαν Reg. 1.

Libertas Athenienſibus & Megarenſibus reſtituta.

Demetrii in Cyprum navigatio, & pugna cum Menelao, & Salaminis obſidio.

Navale Demetrii proelium cum Ptolemaeo, & Demetrii victoria.

Totius Cypri, una cum copiis Ptolemaei, ſubactio.

Ut poſt eam victoriam Antigonus & Demetrius diadema ſibi impoſuerint: quod ceteri principes aemulati, ſe quoque reges nuncuparunt.

Ut Agathocles, Utica expugnata, partem exercitus in Siciliam traiecerit.

Ut Argigentini, cum Agathoclis ducibus acie congreſſi, ſuccubuerint.

Ut Agathocles Heracleam & Therma, Cephaloediumque ſubiunxerit, & Apolloniatarum agrum cum urbe manciparit.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς ἐν Σικελίᾳ ναυμαχίᾳ μὲν ἐνίκησε Καρχηδονίους, μάχῃ δ' Ἀκραγαντίνους.

Διάβασις εἰς Λιβύην Ἀγαθοκλέους [1] τὸ δεύτερον, καὶ ἧττα.

Αἱ γενόμεναι ταραχαὶ κατὰ τὰ ἑκατέρων στρατόπεδα.

Ἀγαθοκλέους δρασμὸς εἰς Σικελίαν.

Αἱ γενόμεναι σφαγαὶ τῶν Σικελιωτῶν ὑπὸ Ἀγαθοκλέους.

Στρατεία Ἀντιγόνου βασιλέως μεγάλαις δυνάμεσιν [2] ἐπ' Αἴγυπτον.

Ἀπόστασις Πασιφίλου στρατηγοῦ ἀπὸ Ἀγαθοκλέους.

Ὡς Καρχηδόνιοι συνέθεντο τὴν εἰρήνην πρὸς Ἀγαθοκλέα.

Ὡς Ῥόδον [3] πολιορκήσας Δημήτριος διελύσατο τὴν πολιορκίαν.

Ὡς Ῥωμαῖοι Σαμνίτας δυσὶ μάχαις ἐνίκησαν.

Ὡς Δημήτριος ἀπὸ τῆς Ῥόδου πλεύσας εἰς τὴν Ἑλλάδα, τὰς πλείστας πόλεις ἠλευθέρωσεν.

1 Abſunt Baſ. 2 Εἰς Αἴγυπτον Reg. 1. 3 Πολιορχῶν -- διέλυσε idem.

Ut Agathocles in Sicilia proelio navali Carthaginienſes, terreſtri autem pugna Agrigentinos profligarit.

Agathocles iterum in Africam tranſmittit, & ſuccumbit.

Turbae in caſtris utrinque excitatae.

Agathoclis fuga in Siciliam.

Lanienae Siculorum, ab Agathocle perpetratae.

Antigoni regis cum magnis copiis in Aegyptum expeditio.

Paſiphilus dux ab Agathocle deſciſcit.

Ut pacis foedus cum Agathocle inierint Carthaginienſes.

Ut Demetrius Rhodum, aliquamdiu oppugnatam, tandem obſidione liberarit.

Ut Romani Samnites duobus proeliis fuderint.

Ut Demetrius ex Rhodo in Graeciam tranſvectus, pleraſque urbes liberas eſſe iuſſerit.

Ὡς Ἀγαθοκλῆς Λιπαραίους χρήματα ἀδίκως εἰσπραξάμενος, ἀπέβαλε τὰς ναῦς, ἐν αἷς [1] ἦν τὰ χρήματα.

Ὡς Ῥωμαῖοι τὸ μὲν ἔθνος τῶν Ἄσκλων κατεπολέμησαν, πρὸς δὲ τοὺς Σαμνίτας συνέθεντο τὴν εἰρήνην.

Τὰ πραχθέντα Κλεονύμῳ περὶ τὴν Ἰταλίαν.

Δι' ἃς αἰτίας οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον, ἔτι δὲ Σέλευκον καὶ Πτολεμαῖον, συνδραμόντες ἐνεστήσαντο τὸν πόλεμον [2] πρὸς Ἀντίγονον.

Στρατεία Κασσάνδρου μὲν ἐπὶ Δημήτριον εἰς Θεσσαλίαν, Λυσιμάχου δ' εἰς τὴν Ἀσίαν.

Ἀπόστασις Δοκίμου καὶ Φοίνικος τῶν στρατηγῶν ἀπ' Ἀντιγόνου.

Ὡς Ἀντίγονος ἀντιστρατοπεδεύσας Λυσιμάχῳ, πολὺ προεῖχε ταῖς δυνάμεσιν.

Ὡς Δημήτριον τὸν υἱὸν ἐκ τῆς Ἑλλάδος μετεπέμψατο.

1 Ἦσαν Reg. 1.   2 Τὸν πρὸς Ἀντίγονον Baſil.

Ut Agathocles, cum a Liparaeis pecunias contra ius & aequum extorſiſſet, navium argento onuſtarum iacturam fecerit.

Ut Romani Aequorum gentem debellarint, & cum Samnitibus pacem ſanciverint.

A Cleonymo in Italia geſta.

Quas ab cauſas Caſſander, Lyſimachus, Seleucus & Ptolemaeus, inter ſe conſpiratione inita, bellum Antigono intulerint.

Expeditio Caſſandri adverſus Demetrium in Theſſaliam, & Lyſimachi in Aſiam.

Docimi & Phoenicis ducum ab Antigono defectio.

Ut Antigonus, contra Lyſimachum caſtra metatus, copiis eum longe ſuperarit.

Ut Demetrium filium ex Graecia arceſſiverit.

Ὡς Πτολεμαῖος μὲν ἐχειρώσατο τὰς πόλεις τὰς ἐν τῇ Κοίλῃ Συρίᾳ, Σέλευκος δ' ἐκ τῶν ἄνω σατραπειῶν [1] τὴν κατάβασιν ἐποιήσατο μέχρι Καππαδοκίας.

Διάλυσις ἁπασῶν τῶν δυνάμεων εἰς χειμασίαν.

1 Omittit Reg. 1. Statim ſeparata ſectione Μάχη Καππαδοκίας Baſ.

Ut Ptolemaeus urbes in Cava Syria ſubegerit, & Seleucus, e ſuperioribus provinciis deſcendens, ad Cappadociam uſque proceſſerit.

Digreſſio copiarum omnium in hiberna.

ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΤΟΥ ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ
ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΚΗΣ
ΒΙΒΛΟΣ ΕΙΚΟΣΤΗ.

Ab Agathoclis bello, in Libya contra Carthaginienſes geſto, uſque ad bellum regum commune Antigono illatum.

ΤΟΙΣ εἰς [1] τὰς ἱστορίας ὑπερμήκεις δημηγορίας παρεμβάλλουσιν, ἢ πυκναῖς χρωμένοις ῥητορείαις, δικαίως ἄν τις ἐπιτιμήσειεν. οὐ μόνον γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως διὰ τὴν ἀκαιρίαν τῶν ἐπεισαγομένων λόγων διασπῶσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Φιλοτίμως ἐχόντων πρὸς τὴν τῶν πράξεων ἐπίγνωσιν. καίτοιγε τοὺς ἐπιδείκνυσθαι βουλομένους λόγου δύναμιν ἔξεστι κατ᾽ ἰδίαν δη-

Praemittitur, prooemii loco, brevis diſputatio de orationibus hiſtoriae inferendis.

1 Articulum non habet Reg. 1.

DIODORI SICULI
BIBLIOTHECAE HISTORICAE
LIBER VICESIMUS.

Qui prolixas nimis conciones hiſtoriis infarciunt, aut crebris declamationibus utuntur, eos non iniuria quis reprehendat. Praeterquam enim quod continuam narrationis ſeriem intempeſtiva orationum introductione interrumpunt, etiam illos, qui cupide ac ſtudioſe expetunt rerum cognitionem, remorantur. At enimvero quos ſuam dicendo facultatem oſtentare iuvat, iis ſeorſum

μηγορίας καὶ πρεσβευτικοὺς λόγους, ἔτι δὲ ἐγκώμια καὶ ψόγους καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα συντάττεσθαι· τῇ γὰρ οἰκονομίᾳ τῶν λόγων χρησάμενοι, καὶ τὰς ὑποθέσεις χωρὶς ἑκατέρας ἐξεργασάμενοι, κατὰ λόγον ἂν ἐν ἀμφοτέραις ταῖς πραγματείαις [1] εὐδοκιμοῖεν. νῦν δ' ἔνιοι πλεονάσαντες ἐν τοῖς ῥητορικοῖς λόγοις, προσθήκην ἐποιήσαντο τὴν ὅλην ἱστορίαν τῆς δημηγορίας. λυπεῖ δ' οὐ μόνον τὸ κακῶς γράφειν, ἀλλὰ καὶ τὸ δοκοῦν [2] ἐν τοῖς ἄλλοις ἐπιτετεῦχθαι, τόπων καὶ καιρῶν τῆς οἰκείας τάξεως διημαρτηκός. διὸ καὶ τῶν ἀναγινωσκόντων τὰς τοιαύτας πραγματείας οἱ μὲν ὑπερβαίνουσι τὰς ῥητορείας, κἂν [3] ὅλως ἐπιτετεῦχθαι δόξωσιν· οἱ δὲ, διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν ἀκαιρίαν τοῦ συγγραφέως ἐκλυθέντες τὰς ψυχὰς, τὸ παράπαν ἀφίστανται τῆς ἀναγνώσεως, οὐκ ἀλόγως τοῦτο πάσχοντες. τὸ γὰρ τῆς ἱστορίας γένος ἁπλοῦν ἐστι καὶ συμφυὲς ἑαυτῷ,

Eas reprobat Diodorus, ſi nimis vel quaeſitae, vel longae crebraeve ſint.

1 Εὐδοκιμοῦν Reg. 2. Vat. Ven. Baſil. prave.

2 Ἐπὶ τοῖς Reg. 1.

3 Non eſt in Reg. 1.

conciones publicas, & ſermones a legatis habitos, laudationes item & vituperationes, atque id genus alia componere licet. Nam qui ſtili moderatione adhibita, ſeparatim utrumque argumentum elaborarint, non praeter rationem utroque tractationis genere laudem promerentur. Iam vero occurrunt, qui in rhetoricis ornamentis nimii, totam hiſtoriam velut appendicem concionum fecere. Atqui non mala dumtaxat ſcriptio moleſta eſt, ſed hoc etiam, quod, licet in ceteris ſcopus attingi videatur, a conveniente tamen locorum & temporum ordine aberratur. Propterea qui id genus ſcripta legunt, partim artificioſas illas orationes, etiamſi maxime appoſitae videantur, tranſiliunt; partim prolixitate & intempeſtiva ſcriptoris diligentia laſſati, prorſum a lectione deſiſtunt. Nam hiſtoriae natura ſimplex eſt, & inter ſe

καὶ τὸ σύνολον ἐμψύχῳ σώματι παραπλήσιον, οὗ τὸ μὲν ἐσπαραγμένον ἐστέρηται τῆς ψυχικῆς χάριτος· τὸ δὲ τὴν ἀναγκαίαν σύνθεσιν ἔχον εὐκαίρως τετήρηται, καὶ τῷ συμφυεῖ τῆς ὅλης περιγραφῆς ἐπιτερπῆ καὶ σαφῆ παρίστησι τὴν ἀνάγνωσιν.

β΄. Οὐ μὴν παντελῶς γε τοὺς ῥητορικοὺς λόγους ἀποδοκιμάζοντες, ἐκβάλλομεν ἐκ [1] τῆς ἱστορικῆς πραγματείας τὸ παράπαν. ὀφειλούσης γὰρ τῆς ἱστορίας τῇ ποικιλίᾳ κεκοσμῆσθαι, κατ' ἐνίους τόπους ἀνάγκη προσλαμβάνεσθαι καὶ τοὺς τοιούτους λόγους· καὶ ταύτης τῆς εὐκαιρίας οὐδ' ἂν ἐμαυτὸν ἀποστερῆσαι βουληθείην. ὥσθ' ὅταν τὰ τῆς περιστάσεως ἀπαιτῇ [2] πρεσβευτοῦ ἢ συμβούλου δημηγορίαν, ἢ τῶν ἄλλων [3] τι τοιοῦτον, ὁ μὴ τεθαῤῥηκότως συγκαταβαίνων πρὸς τοὺς ἐν τοῖς λόγοις ἀγῶνας, καὶ αὐτὸς ὑπαίτιος ἂν εἴη. οὐκ ὀλίγας γὰρ ἄν τις αἰτίας εὕροι, καθ' ἃς κατὰ πολλὰ

Raro & opportuno loco adhibitas perutiles cenſet.

1 Τῆς ἱστορικῆς πραγματείας amo Reg. Ven. Vatic. Baſil. Vulgo ἱστορίας.
2 Πραγματευτικοῦ λόγιν in ora Stephan. & Reg. 1. qui tamen λόγου.
3 Τὶ τοιοῦτον in iiſdem. Vulgo τῶν τοιούτων.

cohaerens, adeoque corpori animato ſimilis, cuius pars avulſa gratiam illam animalem deperdit. Contra, quod debitam habet compoſitionem, ſuo commode loco obſervatur, & totius deſcriptionis cohaerentia iucundam & perſpicuam exhibet lectionem.

II. Nec tamen artificium rhetoricum, uſquequaque repudiatum, omnino ex hiſtorico opere profligamus. Nam quia varietate hiſtoria exornari debet, quibuſdam in locis huiuſmodi orationes adoptari neceſſum eſt. Et hac opportunitate ne me quidem privatum velim. Itaque ſi circumſtantiae legati, aut conſiliarii, aut id genus aliorum, orationem expetunt, qui tum ad certamen eloquentiae non animoſe deſcenderit, etiam ipſe culpandus fuerit. Rationes enim non paucas quis invenerit, quare ſae-

ἀναγκαίως [1] παραληφθήσεται τὰ τῆς ῥητορείας. ἢ γὰ[ρ] πολλῶν εἰρημένων εὐστόχως καὶ καλῶς, οὐ παραλει[]πτέον δι' ὀλιγωρίαν τὰ μνήμης ἄξια, καὶ τῇ ἱστορί[ᾳ] κεκρατημένην ἔχοντα τὴν [2] ὠφέλειαν· ἢ μεγάλων κα[ὶ] λαμπρῶν τῶν ὑποθέσεων οὐσῶν, οὐ περιορατέον ἐλάτ[]τονα τῶν ἔργων φανῆναι τὸν λόγον. ἔστι δ' ὅτε παρ[ὰ] προσδοκίαν τοῦ τέλους ἐκβάντος, ἀναγκασθησόμεθ[α] τοῖς τῆς ὑποθέσεως λόγοις χρήσασθαι, χάριν τοῦ λῦ[]σαι τὴν ἀλογίαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις ἡμ[ῖν]

Adiicitur libri argumentum & chronologia.

ἐχέτω· περὶ δὲ τῶν ὑποκειμένων πράξεων ῥητέον, πα[]ραθέντας πρότερον τοὺς οἰκείους τῇ γραφῇ χρόνους. [ἐν] μὲν οὖν ταῖς προηγουμέναις βίβλοις ἀναγεγράφαμ[εν] ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτάτων χρόνων τὰς πράξεις τάς τε τῶ[ν] Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων, ἕως ἐπὶ τὸν προηγούμεν[ον] ἐνιαυτὸν τῆς Ἀγαθοκλέους στρατείας εἰς τὴν Λιβύην[,] εἰς ἣν ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἔτη συνάγεται τρισὶ πλεί[]

1 Παραληφθ. Baſ. & Reg. 1. In edd. παραλειφθ. 2 Abeſt a Ven.

penumero rhetoricus ornatus ſit adhibendus. Nam c[um] multis dextre ac praeclare dictis per negligentiam hau[d] quaquam praetereunda ſunt memoratu digna, & qu[ae] coniunctam cum hiſtoria utilitatem habent; aut ubi r[es] magnificae fuerint atque ſplendidae, concedendum m[i]nime, ut a magnitudine argumenti oratio ſuperari vide[a]tur. Eſt etiam, ubi praeter exſpectationem aliquid eve[]nit, ut ad diſſolvendum intricatae rationis nodum a[c]commodatis inſtituto verbis uti cogamur. Verum de hi[s]ce nobis dicta hactenus ſufficiant. Nunc ad rerum pro[]poſitarum commemorationem procedendum, ſi tempor[a] quae in hanc ſcriptionem cadunt, prius fuerint anno[]tata. In antecedentibus libris res a Graecis & Barba[ris] geſtas a vetuſtiſſimis inde temporibus proſecuti ſumu[s] uſque ad annum, qui expeditionem Agathoclis in Afr[i]cam proxime antecedit: ad quam ab expugnatione Troi[ae]

τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα· ἐν ταύτῃ δὲ τὸ συνεχὲς προστιθέντες τῆς ἱστορίας, ἀρξόμεθα μὲν ἀπὸ τῆς εἰς Λιβύην διαβάσεως Ἀγαθοκλέους, καταλήξομεν δ' εἰς τὸν ἐνιαυτὸν, καθ' ὃν οἱ βασιλεῖς συμφρονήσαντες, κοινῇ διαπολεμεῖν ἤρξαντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Φιλίππου, περιλαβόντες ἔτη ἐννέα.

Olymp. CXVII, 3.

γ΄. Ἐπ' [1] ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Ἱερομνήμονος, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Γάϊον Ἰούλιον καὶ Κόϊντον Αἰμίλιον· κατὰ δὲ τὴν Σικελίαν, Ἀγαθοκλῆς ἡττημένος ὑπὸ Καρχηδονίων τῇ περὶ τὸν Ἱμέραν μάχῃ, καὶ τὸ πλεῖστον καὶ κράτιστον τῆς δυνάμεως ἀποβεβληκὼς, συνέφυγεν εἰς τὰς Συρακούσας. ὁρῶν δὲ [2] τούς τε συμμάχους ἅπαντας μεταβεβλημένους, καὶ τοὺς βαρβάρους, πλὴν Συρακουσῶν, ἁπάσης σχεδὸν Σικελίας κυριεύοντας, καὶ πολὺ προέχοντας ταῖς τε πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσιν, [3] ἐπετελέσατο πρᾶξιν

Agathocles, proelio ad Himeram fuſus, bellum in Africam transferre conatur.

1 Ἄρχοντος δ' Ἀθην. Reg. 1. Aberat enclitica.
2 Τούς τε Reg. 1. quod placet. 3 Ἐπεθέσατο Baſil.

.XXXIII anni ſupra IↃCCC computantur. In hoc autem volumine, annexis, quae cum hiſtoria cohaerent, annos X complexi, a traiectione Agathoclis in Libyam exorliemur, atque in eum definemus annum, quo reges, aninis & opibus coniuncti, Antigono Philippi commune bellum intulerunt.

III. Archonte Hieromnemone Athenis, & Conſulibus Romae C. Iunio & Q. Aemilio, in Sicilia Agathocles, pugna ad Himeram a Carthaginienſibus profligatus, maxima exercitus parte, in qua praecipuae vires, amiſſa, confugerat Syracuſas. Ubi cum ſocios defeciſſe univerſos, & Barbaros Siciliam fere totam, praeter Syracuſas, in ditionem redegiſſe, copiiſque tum terreſtribus, tum navalibus, longe praeſtare cerneret, rem inſperatam & ma-

ἀνέλπιστον καὶ παραβολωτάτην. πάντων γὰρ διειληφότων μηδ᾽ ἂν [1] ἐγχειρήσειν αὐτὸν τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιταχθῆναι, διενοήσατο τῆς μὲν πόλεως τὴν ἱκανὴν [2] ἀπολιπεῖν φυλακὴν, τῶν δὲ στρατιωτῶν τοὺς εὐθέτους ἐπιλέξαι, καὶ μετὰ [3] τούτων εἰς τὴν Λιβύην διακομισθῆναι. τοῦτο γὰρ πράξας, ἤλπιζε τοὺς μὲν ἐν τῇ Καρχηδόνι τετρυφηκότας ἐν εἰρήνῃ πολυχρονίῳ, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἀπείρους ὄντας τῶν ἐν ταῖς μάχαις κινδύνων, ὑπὸ τῶν ἐνηθληκότων τοῖς δεινοῖς ῥᾳδίως ἡττηθήσεσθαι· τοὺς δὲ κατὰ τὴν Λιβύην συμμάχους, βαρυνομένους τοῖς προστάγμασιν ἐκ πολλῶν χρόνων, λήψεσθαι καιρὸν τῆς ἀποστάσεως. τὸ δὲ μέγιστον, διαρπάσειν ἀπροσδοκήτως ἐπιφανεὶς χώραν ἀπόρθητον, καὶ διὰ τὴν τῶν Καρχηδονίων εὐδαιμονίαν πεπληρωμένην παντοίων ἀγαθῶν. τὸ δ᾽ ὅλον, ἀπὸ τῆς πατρίδος καὶ πάσης Σικελίας περισπάσειν τοὺς Βαρβάρους, καὶ πάντα τὸν πό-

Conſilii & capiendi & diſſimulandi cauſas explicat hiſtoricus.

1 Ἐγχειρήσειν ſolus Reg. 1. quem ſequor. Cett. ἐγχειρίσειν.
2 Omittit verbum Baſil.
3 Αὐτῶν Reg. 1.

xime temerariam ſuſcepit. Dum enim in hac opinion ſunt omnes, illum reluctari Carthaginienſibus ne conaturum quidem; ipſe relinquere in urbe praeſidium ſati firmum, & cum delecta ſuorum manu in Africam traiicere, animum induxit. Quod ſi faceret, Carthaginienſes qui delicatam in diuturna pace vitam egiſſent, & imperiti eſſent diſcriminum in pugnis, facile a ſuis, omni laborum genere exercitatis, ſuperari poſſe, ſperabat. A haec illorum per Africam ſocios, qui iam dudum imperata graviter ferrent, occaſionem defectionis arrepturos. Et quod maximum, ſe per inopinatam hanc irruptionem terram hactenus ignaram populationis, & o felicitatem Carthaginienſium omni bonorum genere re fertam, drepturum. Summatim ut dicatur, Barbaros ab ſtracturum a tellure patria, Siciliaque tota, & omn

λεμον μετάξειν εἰς τὴν Λιβύην. ὅπερ καὶ συνετελέσθη.

δ'. Τὴν γὰρ ἐπίνοιαν ταύτην οὐδενὶ τῶν φίλων δηλώσας, τῆς μὲν πόλεως ἐπιμελητὴν Ἄντανδρον τὸν ἀδελφὸν κατέστησε μετὰ τῆς ἱκανῆς φυλακῆς· αὐτὸς δὲ τῶν στρατιωτῶν ἐπιλέγων τοὺς εὐθέτους κατέγραφε, τοῖς μὲν πεζοῖς παραγγέλλων ἑτοίμους εἶναι μετὰ τῶν ὅπλων, τοῖς δὲ ἱππεῦσι διακελευόμενος ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν χωρὶς τῆς πανοπλίας ὑπηρέσιον καὶ χαλινὸν, ὅπως, ὅταν ἵππων κυριεύσῃ, τοὺς ἀναβησομένους ἑτοίμους ἔχειν, [1] τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐξηρτυμένους. κατὰ γὰρ τὴν προγεγενημένην ἧτταν τῶν μὲν πεζῶν ἀπολώλεισαν οἱ πλείους, οἱ δ' ἱππεῖς ὑπῆρχον διασεσωσμένοι σχεδὸν ἅπαντες, ὧν τοὺς ἵππους οὐκ ἠδύναντο διακομίζειν εἰς τὴν Λιβύην. ἵνα δὲ χωρισθέντος αὐτοῦ μὴ νεωτερίζωσιν οἱ Συρακούσιοι, διεζεύγνυε τὰς συγγενείας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἀδελφοὺς ἀπ' ἀδελφῶν, καὶ πατέρας ἀπὸ παίδων, τοὺς μὲν ἐπὶ τῆς πό-

Ad expeditionem incertam milites inſtruit; conatibus rerum novarum, quae opportuna videbantur, opponit;

1 Deeſt τὰ Reg. 1. qui mox ἐξηρτημένους.

bellum in Africam translaturum. Id quod etiam evenit.

IV. Nulli enim amicorum conſilio hoc revelato, Antandrum fratrem cum idoneo praeſidio urbi curatorem praeficit: & adſcriptis militiae, qui idonei videbantur, peditibus, ut cum armis praeſto ſint, edicit; equites autem praeter armaturam etiam ſtragulum equeſtre, fraenumque ſecum ferre iubet, ut equos aliquando nactus, qui rebus ad uſum neceſſariis inſtructi aſcendant, in parato habeat. Nam in ſtrage nupera, peditum maxima pars interierat, equites autem prope omnes evaſerant incolumes: quorum tum equi in Africam tranſportari nequibant. Ne vero per abſentiam eius res novas molirentur Syracuſani, disiunxit a ſe invicem cognationes, & maxime fratres a fratribus, parentes a li-

λεως ἀπολείπων, τοὺς δὲ [1] μεθ' ἑαυτοῦ διακομίζων. πρόδηλον γὰρ ἦν, ὡς οἱ μένοντες ἐν ταῖς Συρακούσαις, κἂν ἀλλοτριώτατοι τυγχάνωσι πρὸς τὸν [2] δυνάστην, διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἀπογόνους εὔνοιαν οὐδὲν ἂν πράξειαν ἄτοπον κατ' Ἀγαθοκλέους. ἀπορούμενος δὲ χρημάτων, τά τε τῶν ὀρφανῶν παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων εἰσεπράξατο, φάσκων πολὺ βέλτιον ἐκείνων ἐπιτροπεύσειν, καὶ τοῖς παισὶν εἰς ἡλικίαν ἐλθοῦσι πιστότερον ἀποδώσειν· ἐδανείσατο δὲ καὶ παρὰ τῶν ἐμπόρων, καί τινα τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναθημάτων ἔλαβε, καὶ τῶν γυναικῶν τὸν κόσμον [3] περιείλετο. ἔπειθ' ὁρῶν καὶ τῶν εὐπορωτάτων τοὺς [4] πλείστους δυσχεραίνοντας τοῖς πραττομένοις, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀλλοτριώτατα διακειμένους, συνήγαγεν ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ περί τε τῆς [5] προγεγενημένης συμφορᾶς καὶ τῶν προσδοκωμένων δεινῶν κατοδυρόμενος, αὐτὸς μὲν ῥᾳδίως ὑπομένειν ἔφησε τὴν πολιορκίαν, συνήθης ὢν

pecunias vi & fraude cogit.

1 Μεθ' αὐτοῦ Baſil.
2 Δεσπότην Reg. 1. Paullo ante ἀλλοτριώτατα Baſil.
3 Περιείλατο Reg. 1.
4 Πλείους Reg. 1.
5 Γεγενημένης idem.

beris: alios in urbe relinquens, alios ſecum deportans. Nam certum erat, eos, qui Syracuſis remanerent, etiamſi animis a principe alieniſſimis eſſent, nihil tamen abſurdi contra Agathoclem, ob caritatem natorum & propinquorum, facturos. Et quia pecuniae laborabat inopia, facultates pupillorum a tutoribus ad ſe traduxit; ſe longe melius, quam illos, tutelam geſturum, fidelius etiam reſtituturum adultis, confirmans. A mercatoribus etiam mutuum accepit, & nonnulla in templis donaria ad ſe recepit, feminiſque ornatum detraxit. Opulentiores autem pleroſque moleſte hoc ferre, & a ſe alienos eſſe videns, concionem advocat, in qua cladem nuper acceptam, & imminentes exinde calamitates deplorat. Se quidem, ait, perferendis aerumnis exercitatum, facile ob-

πάσῃ κακοπαθείᾳ· ἐλεεῖν δὲ τοὺς πολίτας, εἰ συγκλεισθέντες ἀναγκασθήσονται πολιορκίαν ὑπομένειν. διεκελεύετο οὖν σώζειν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ἰδίων κτήσεων τοὺς μὴ βουλομένους ὑπομένειν ὅ, τι ποτ᾽ ἂν δοκῇ τῇ τύχῃ πάσχειν. ἐξορμησάντων δ᾽ ἐκ τῆς πόλεως τῶν μάλιστ᾽ εὐπόρων καὶ μισούντων τὸν δυνάστην, τούτους μὲν, ἐξαποστείλας τινὰς τῶν μισθοφόρων, ἀνεῖλε, καὶ τὰς [1] οὐσίας εἰς αὐτὸν ἀνέλαβε. διὰ δὲ μιᾶς [2] ἀνοσίου πράξεως χρημάτων εὐπορήσας, καὶ τῶν ἀλλοτρίως διακειμένων πρὸς αὐτὸν καθαρὰν ποιήσας τὴν πόλιν, ἠλευθέρωσε τῶν οἰκετῶν τοὺς εὐθέτους εἰς στρατείαν.

έ. Ὡς δ᾽ [3] εὐτρεπῆ πάντ᾽ ἦν, πληρώσας ἑξήκοντα ναῦς, ἐπετήρει καιρὸν οἰκεῖον πρὸς τὸν ἔκπλουν. ἀγνοουμένης δὲ τῆς ἐπινοίας αὐτοῦ, τινὲς μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν ὑπελάμβανον αὐτὸν στρατεύειν, τινὲς δὲ πορθήσειν τῆς Σικελίας τὴν ὑπὸ Καρχηδονίους· πάντες δὲ ἀπεγίγνω-

Claſſis Agathoclis, profecta inter maxima pericula, ubique obvium habet hoſtem.

1 Οὐσίας αὐτῶν ἀν. ora Steph. ex Reg. 1.

2 Omittunt Reg. 2. Baſil. quare notam addidit voci Steph.

3 Εὐπρεπῆ Baſ. frequenti confuſione. Vid. T. Hemſt. ad Lucian. Dial. Mar. x, p. 316. Poſt pauca ἠναγκάζετο commodius foret.

ſidionem toleraturum: at miſereri civium, ſi oppugnationem ſuſtinere incluſi cogantur. Saluti igitur ſuae & facultatibus conſulere eos iubet, qui, quidquid fortunae viſum fuerit, perferre nolint. Mox urbe excedebant illi, qui opibus pollebant maxime, odioque principis flagrabant. Hos ille, immiſſis conductitiis, e medio ſuſtulit, opeſque confiſcavit. Ita cum uno ſceleſtiſſimo facto pecunia ſimul ditatus eſſet, & urbem ab inimicis ſuis repurgaſſet, ſervos ad militiam aptos manumiſit.

V. Iamque paratis omnibus, & LX navibus inſtructis, commodum navigandi tempus exſpectabat. Celato igitur propoſito, alii in Italiam expeditionem illum ſuſcipere, alii Siciliam Carthaginienſibus ſubiunctam vaſtaturum, autumare: omnes denique de ſalute illorum de-

σκον τῶν ἐκπλεῖν μελλόντων τὴν σωτηρίαν, καὶ τοῦ δυνάστου τὴν μανίαν κατεγίγνωσκον. ἐφορμούντων δὲ τῶν πολεμίων πολλαπλασίαις τριήρεσι, τὸ μὲν πρῶτον ἐφ᾽ ἡμέρας τινὰς ἠνάγκαζε συνέχειν ἐν ταῖς ναυσὶ τοὺς στρατιώτας, οὐ δυναμένους ἐκπλεῦσαι. ἔπειτα δὲ σιτηγῶν πλοίων τῇ πόλει προσθεόντων, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὰς ναῦς ἀνήχθησαν· ὁ δ᾽ Ἀγαθοκλῆς ἀπελπίζων ἤδη τὴν ἐπιβολὴν, ὡς εἶδε τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἔρημον τῶν ἐφορμούντων, ἐξέπλευσεν ὀξείαις ταῖς εἰρεσίαις χρώμενος. εἶθ᾽ οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πλησίον ἤδη τῶν φορτηγῶν ὄντες, ὡς εἶδον τοὺς πολεμίους, ἀθρόαις ταῖς ναυσὶ πλέοντας, τὸ μὲν πρῶτον, ὑπολαβόντες αὐτὸν ὡρμηκέναι πρὸς τὴν τῶν σιτηγῶν βοήθειαν, ἀνέστρεφον, καὶ τὸν στόλον ἐξήρτυον εἰς ναυμαχίαν· ὡς δ᾽ ἐπ᾽ εὐθείας ἑώρων παραθέοντας, καὶ πολὺ τοῦ πλοῦ προλαμβάνοντας, ἐποιοῦντο τὸν διωγμόν. ἔνθα δὴ τούτων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμουμένων,

ſperare, qui ſoluturi erant, inſaniamque principis reprehendere. Hoſtes vero tum longe maiore triremium numero ſtationem habebant. Ideo per dies aliquot in navibus militem continere primo cogebatur, quod ſolvendi commoditas negaretur. Deinde cum frumentariae citato urbem curſu peterent, Carthaginienſes cum tota claſſe adverſum illas contendunt. Tum Agathocles, incepti ſui ſpem fere nullam habens reliquam, ut oſtium portus ſtatione vacuum conſpicatur, magna remigiorum celeritate uſus, erumpit. Ibi Carthaginienſes iam onerariis propinqui, ubi confertis hoſtes navibus cernunt evectos, initio, quod frumentariis auxiliatum eos veniſſe exiſtimarent, regreſſi claſſem ad pugnam expediunt. Verum ubi recta praetervehi, iamque multum anticipaſſe viderunt, ad inſequendum ſe convertunt. Hic dum mu-

τὰ μὲν τὴν ἀγορὰν κομίζοντα πλοῖα, παραδόξως ἐκφυγόντα τὸν κίνδυνον, πολλὴν εὐπορίαν ἐποίησεν ἐν ταῖς Συρακούσαις τῶν ἐπιτηδείων, σιτοδείας ἤδη τὴν πόλιν ἐχούσης· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς περικατάληπτος ἤδη [1] γενόμενος, ἐπιλαβούσης τῆς νυκτὸς, ἀνελπίστου σωτηρίας ἔτυχε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τηλικαύτην ἔκλειψιν ἡλίου συνέβη γενέσθαι, ὥστε ὁλοσχερῶς φανῆναι νύκτα, θεωρουμένων τῶν ἀστέρων πανταχοῦ. διόπερ οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα νομίσαντες καὶ τὸ θεῖον αὐτοῖς προσημαίνειν τὸ δυσχερὲς, ἔτι μᾶλλον ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐν ἀγωνίᾳ καθειστήκεισαν.

Solis eclipſis terrorem etiam iniicit.

ϛʹ. Ἓξ δ' ἡμέρας καὶ τὰς ἴσας νύκτας αὐτῶν πλευσάντων, ὑποφαινούσης τῆς ἕω, παραδόξως ὁ στόλος τῶν Καρχηδονίων οὐκ ἄποθεν ὢν ἑωράθη. διὸ παρ' ἀμφοτέροις ἐμπεσούσης σπουδῆς, ἡμιλλῶντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς εἰρεσίαις, οἱ μὲν Φοίνικες νομίζοντες ἅμα τῇ τῶν νεῶν ἁλώσει Συρακούσας μὲν ὑποχειρίους ἕξειν,

Eluctata hoſtium inſectationem, ad Africae litus pervenit,

1 Γινόμενος Baſil.

tua fit concertatio, naves, quae commeatum advehebant, inopinato periculum effugiunt: & cum iam frumenti penuria urbs laboraret, magnam alimoniae ubertatem efficiunt. Agathocles etiam, cum iam ab hoſte opprimeretur, nocte ſuperveniente, quod minime ſperaſſet, evadit. Poſtridie tantum fit ſolis deliquium, ut ſtellis ubique apparentibus, omnino noctis inſtar eſſet. Quamobrem a numine difficultatem ſibi portendi Agathoclis milites rati, in maiore ſuper futuris anxietate erant.

VI. Navigatione igitur per ſex dies totidemque noctes continuata, iam aurora appetente, ſubito Carthaginienſium claſſis haud ita procul conſpicitur. Tum ingenti connixi ſtudio, remigatione inter ſe certabant. Poeni, expugnatis navibus, ſimul in poteſtatem ſe accé-

τὴν δὲ πατρίδα μεγάλων ἐλευθερώσειν κινδύνων· οἱ δ' Ἕλληνες, εἰ μὴ φθάσειαν τῆς χώρας ἀψάμενοι, προκειμένην ἑώρων αὐτοῖς μὲν τιμωρίαν, τοῖς δὲ καταλειφθεῖσιν ἐν οἴκῳ τὰ τῆς δουλείας δεινά. καθορωμένης δὲ τῆς Λιβύης, παρακελευσμὸς ἐγίνετο τοῖς πληρώμασι, καὶ φιλοτιμίας ὑπερβολή. καὶ τάχιον μὲν ἔπλεον αἱ τῶν Βαρβάρων, ἐν πολυχρονίῳ μελέτῃ τῶν ἐρετῶν διαπεπονημένων· ἱκανὸν δὲ διάστημα προεῖχον αἱ τῶν Ἑλλήνων. ὀξύτατα δὲ τοῦ πλοῦ διανυσθέντος, ἐπειδὰν πλησίον ἐγενήθησαν τῆς γῆς, συνεξέπιπτον ἀλλήλοις εἰς τὸν αἰγιαλὸν, ὡσπερεί τινες ἀγωνισταί. ταῖς γὰρ ἐσχάταις τῶν Ἀγαθοκλέους αἱ πρῶται τῶν Καρχηδονίων ἐνέβαλλον, ἐντὸς βέλους οὖσαι. διόπερ ἐπ' ὀλίγον χρόνον τοῖς τε τόξοις καὶ [1] σφενδόναις διαγωνισαμένων αὐτῶν, καὶ ναυσὶν ὀλίγαις τῶν Βαρβάρων συμπλακέντων, οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα [2] ἐπροτέρουν, τὸ

1 Σφενδονήταις Baſil. 2 Ἐπροετέρουν Baſil. Cett. προετέρουν.

pturos Syracuſas, patriamque magnis erepturos periculis, exiſtimant. Graeci vero, niſi priores litus contingant, & ſibi paratum ante oculos ſupplicium, & domi relictis duriſſimam ſervitutem tolerandam, vident. Iamque Africa in conſpectum venerat. Tum demum cohortatio navalium ſociorum & contentio incredibilis exſiſtit. Velocius quidem Barbari navigabant, quod diuturno remiges uſu exercitati eſſent; ſed mediocri intervallo praeverterant naves Graecorum. Navigatione igitur quam ociſſime confecta, ut terrae propinquarant, confertim inter ſe in litus, tanquam certatores quidam, proſiliebant. Nam ultimas Agathoclis primae Carthaginienſium naves iam intra teli iactum impetebant. Ideo poſtquam ad breve tempus arcubus & fundis decertarant, cum paucis Barbarorum navibus conſerti, Aga-

τῶν στρατιωτῶν ἔχοντες πλῆθος· εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι πρύμναν ἀνακρουσάμενοι, μικρὸν ἔξω βέλους ἐφώρμουν. ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀποβιβάσας τὴν δύναμιν πρὸς τὰς καλουμένας Λατομίας, καὶ χάρακα βαλόμενος ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν, ἐνεώλκησε τὰς ναῦς.

copiaſque ad lapicidinas exponit.

ζ'. Οὕτω δὲ παράβολον [1] ἐπιτελεσάμενος πρᾶξιν, ἄλλην ἐτόλμησε ταύτης μᾶλλον κεκινδυνευμένην. παραστησάμενος γὰρ τοὺς ἐν ἡγεμονίαις ὄντας εὐπειθεῖς πρὸς τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν, καὶ [2] θυσίαν ποιησάμενος Δήμητρι καὶ Κόρῃ, συνήγαγεν ἐκκλησίαν. κἄπειτα προελθὼν ἐπὶ τὴν δημηγορίαν ἐστεφανωμένος ἐν ἱματίῳ λαμπρῷ, καὶ προδιαλεχθεὶς οἰκείως τοῖς ἐγχειρουμένοις, ἔφησε ταῖς κατεχούσαις Σικελίαν θεαῖς Δήμητρι καὶ Κόρῃ πεποιῆσθαι, καθ' ὃν καιρὸν ἐδιώχθησαν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων, εὐχὰς, λαμπαδεύσειν ἁπάσας τὰς ναῦς. καλῶς οὖν ἔχειν, τετευχότας τῆς σωτηρίας

Facto Cereri & Proſerpinae ſacro,

1 Ἀγωνισάμενος ἐπιτελέσαι Steph. m. ex Reg. 1. 2 Θυσίας Reg. 1.

thocles, qui multitudine polleret, ſuperior evaſit, & Carthaginienſes, retro inhibita puppi, paullum extra teli iactum conſtitere. Tum expoſitis ad Lapicidinas, quas vocant, copiis Agathocles, iactoque e mari ad mare vallo, naves ſubduxit.

VII. Et poſt facinoris tam audacis perpetrationem, aliud maiore cum periculo coniunctum aggreditur. Adhibitis enim ducibus & praefectis, quos ad conatum ſuum morigeros habebat, poſtquam Cereri & Proſerpinae rem divinam fecerat, concionem advocat. Tum ad orationem publice habendam cum corona & ſplendido veſtitu progreſſus, ubi pauca, quae inſtituto convenirent, praemiſerat, vota Deabus, Siciliae praeſidibus, Cereri & Proſerpinae, a ſe nuncupata adiecit, quod naves univerſas in faces convertere ipſis velit. Honeſtum igitur eſſe, ut ſalutem adepti illis ſe nunc exſolvant. Pro

ἀποδιδόναι τὰς εὐχάς. ἀντὶ δὲ τούτων ἐπηγγέλλετο πολλαπλασίους ἀποδώσειν, προθύμως αὐτῶν ἀγωνισαμένων. καὶ γὰρ τὰς θεὰς διὰ τῶν ἱερῶν προσημαίνειν νίκην τοῦ σύμπαντος πολέμου. ἅμα δὲ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, τῶν ὑπηρετῶν τις προσήνεγκεν ἡμμένην δᾶδα· ἣν δεξάμενος, καὶ τοῖς [1] τριηράρχαις ὁμοίως ἅπασι προστάξας ἀναδοῦναι, τάς τε θεὰς ἐπεκαλέσατο, καὶ πρῶτος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ναυαρχίδα τριήρη. στὰς δ' ἐπὶ τὴν πρύμναν, καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ παραπλήσιον ποιεῖν παρεκελεύετο. ἔνθα δὴ τῶν τριηράρχων ἁπάντων ἐνέντων τὸ πῦρ, καὶ ταχὺ τῆς φλογὸς εἰς ὕψος ἀρθείσης, οἱ μὲν σαλπιγκταὶ τὸ πολεμικὸν ἐσήμαινον, τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπηλάλαξε, [2] συνευχομένων ἁπάντων ὑπὲρ τῆς εἰς οἶκον σωτηρίας· τοῦτο δ' ἔπραξεν Ἀγαθοκλῆς μάλιστα μὲν ἕνεκα τοῦ συναναγκάσαι τοὺς στρατιώτας ἐν τοῖς κινδύνοις ἐπιλαθέσθαι τὸ παράπαν τῆς φυγῆς· (δῆλον γάρ, ὅτι τῆς ἐπὶ τὰς ναῦς καταφυγῆς ἀποκοπείσης, ἐν μόνῳ τῷ νικᾶν ἕξουσι τὰς ἐλπίδας τῆς

Agathocles naves accendit, ne refugium milites haberent.

1 Τριηράρχαις ἅπασι προστάξας ὁμοίως Reg. 1. 2 Εὐχομένων idem.

illis vero ſe longe plures, ſi ſtrenue decertarint, redditurum promiſit. Deas enim per victimas totius belli victoriam praenuntiare. Ea dum memorat, famulorum quidam facem accenſam affert: qua correpta, cum omnibus eodem modo triremium praefectis tradi iuſſiſſet, Deas invocat, primuſque ad triremem praetoriam contendit, & ſtans in puppi, ceteris ut exemplum imitentur, edicit. Ibi cum omnes triremium praefecti ſimul ignem ſubderent, & celeriter flamma in ſublime efferretur, tubicines bellicum canere, exercitus acclamare, omneſque ſimul de ſalvo domum reditu vota facere. Hoc ideo potiſſimum fecit Agathocles, ut fugae prorſus obliviſci in periculis militem cogeret. Nam refugii ad naves ſpe amputata, in ſola eos victoria ſalutis fiduciam

σωτηρίας) ἔπειτα καὶ δύναμιν ὀλίγην ἔχων, ἐθεώρει, διότι φυλάσσων μὲν τὰς ναῦς, ἀναγκασθήσεται μερίζειν τὸ στρατόπεδον, καὶ μηδαμῶς ἀξιόμαχος εἶναι· καταλιπὼν δ' ἐρήμους, ὑποχειρίους [1] ποιήσει γενέσθαι Καρχηδονίοις.

η'. Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν νεῶν ἁπασῶν φλεγομένων, καὶ τοῦ πυρὸς πολὺν ἐπέχοντος τόπον, ἔκπληξις κατεῖχε τοὺς Σικελιώτας. ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ ὑπὸ τῆς Ἀγαθοκλέους [2] γοητείας καὶ ἀνοίας παραλογισθέντες, καὶ τῆς τῶν ἐγχειρουμένων ὀξύτητος ἀναθεώρησιν οὐ διδούσης, πάντες συγκατετίθεντο τοῖς πραττομένοις· τοῦ δὲ χρόνου τὸν περὶ ἑκάστων ἀναλογισμὸν [3] παριστάντος, εἰς μεταμέλειαν ἐνέπιπτον, καὶ τὸ μέγεθος τοῦ διείργοντος πελάγους ἀναλογιζόμενοι, τὴν σωτηρίαν ἀπεγίνωσκον. ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς σπεύδων ἀπαλλάξαι τῆς ἀθυμίας τοὺς στρατιώτας, ἦγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὴν ὀνο-

Simul milites conſternatos per regiones amoenas & fertiles ducens,

1 Γενέσθαι ποιήσει Καρχηδονίων Reg. 1.
2 Γοητείας παραλογ. Baſ. Reg. 2.
3 Παριστῶντος Reg. 1.

collocaturos, manifeſtum erat. Deinde cum exiguis eſſet copiis inſtructus, hoc praevidebat, quod, ſi tueri vellet claſſem, neceſſario partiendus eſſet exercitus, atque ita non ſat virium ad pugnas ſibi fore: ſin praeſidio vacuam relinqueret, ut Carthaginienſes illa potirentur, effecturum.

VIII. Verumtamen dum univerſa ita claſſis ardet, & flamma ingens ſpatium obtinet, pavore Siculi percelluntur. Initio enim praeſtigiis Agathoclis decepti, cum & celeritas rei ſuſceptae locum conſiderationi non daret, omnes in facinus conſenſerant. Aſt ubi tempus ſingula expendendi ſpatium conceſſit, poenitudo illos inceſſit, animoque maris, quo dirimerentur, vaſtitatem metientes, ſalutem pro deſperata habuere. Agathocles igitur, hanc animorum infirmitatem militibus eximere pro-

μαζομένην Μεγάλην πόλιν, οὖσαν τῶν Καρχηδονίων. ἡ δ' ἀνὰ μέσον χώρα, δι' ἧς ἦν ἀναγκαῖον πορευθῆναι, [1] διείληπτο κηπείαις καὶ παντοίαις φυτουργίαις, πολλῶν ὑδάτων [2] διοχετευομένων, καὶ πάντα τόπον ἀρδευόντων. ἀγροικίαι [3] τε συνεχεῖς ὑπῆρχον οἰκοδομαῖς πολυτελέσι καὶ κονιάμασι διαπεπονημέναι, καὶ τὸν τῶν κεκτημένων αὐτὰς διασημαίνουσαι πλοῦτον. ἔγεμον δ' αἱ μὲν ἐπαύλεις πάντων τῶν πρὸς ἀπόλαυσιν, ὡς ἂν τῶν ἐγχωρίων ἐν εἰρήνῃ πολυχρονίῳ τεθησαυρικότων γεννημάτων [4] ἀφθονίαν. ἡ δὲ χώρα ἡ μὲν ἦν ἀμπελόφυτος, ἡ δὲ ἐλαιοφόρος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν καρπίμων δένδρων ἀνάπλεως. [5] ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τὸ πεδίον ἐνέμοντο βοῶν ἀγέλαι καὶ ποίμναι, καὶ τὰ πλησίον ἕλη φορβάδων ἵππων ἔγεμε. καθόλου δὲ παντοία τις ἦν ἐν

1 Διείληπται Reg. 1.

2 Διοχετευομένων Reg. 1. quod malui. Cett. διωχετευμένων.

3 Deſit in eodem. Mox κονιάσμασι.

4 Ἀφθόνως Baſil. cum Vatic. & Venet. Ἀφθόνων Reg. 2.

5 Ἐπὶ θατέρου δὲ μέρους τοῦ πεδίου ἐνέμοντο ora Steph. Ven. Ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τὸ πεδίον ἐνέμοντο Reg. 2. Baſil. Vulgo ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη πεδίον, ἐνέμοντο δ' ἐπ' αὐτῷ.

perans, copias ad Magnam, quam vocant, urbem ditionis Carthaginienſium duxit. Regio autem intermedia, per quam iter faciendum, hortis & omni genere plantariorum exculta erat, aquarum copia per rivos & canales eo deducta, quibus totus ibi tractus rigabatur. Crebraeque ibi villae ſumtuoſis aedificiis, opereque tectorio elaboratae, quibus opulentia dominorum ſignificabatur. Aedes vero rebus omnibus ad fruendum accommodis erant refertae, quod incolae in pace diuturna fructuum ubertatem congeſſerant. Ager partim vitibus, partim oleis erat conſitus, arboribuſque ceteris, quae fructum gignunt, repletus. In altera vero parte campum boum armenta & greges ovium depaſcebant, & in paludibus vicinis magna equarum frequentia erat armentariarum. Et quid multa? feliciſſima erat omnium commodorum in lo-

τοῖς τόποις εὐδαιμονία, τῶν ἐπιφανεστάτων Καρχηδονίων διειληφότων τὰς κτήσεις, καὶ τοῖς πλούτοις πεφιλοκαληκότων πρὸς ἀπόλαυσιν. διόπερ οἱ [1] Σικελιῶται τό, τε τῆς χώρας κάλλος καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τὴν ἐν αὐτῇ θαυμάζοντες, μετέωροι ταῖς ἐλπίσιν ἐγίνοντο, θεωροῦντες ἄξια τῶν κινδύνων ἔπαθλα τοῖς νικῶσι προκείμενα. ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς, ὁρῶν τοὺς στρατιώτας ἀναλαμβάνοντας αὐτοὺς ἐκ τῆς ἀθυμίας, καὶ προθύμους ὄντας εἰς τοὺς κινδύνους, ἐξ ἐφόδου προσέβαλε τοῖς τείχεσιν. ἀπροσδοκήτου δὲ τῆς ἐπιθέσεως γενομένης, καὶ τῶν ἔνδον διὰ τὴν ἄγνοιαν καὶ τὴν τῶν πολέμων ἀπειρίαν ὀλίγον ὑποστάντων χρόνον, εἷλε τὴν πόλιν κατὰ κράτος· δοὺς δὲ τοῖς στρατιώταις εἰς ἁρπαγὴν, ἐνέπλησε τὴν δύναμιν ὠφελείας ἅμα καὶ θάρσους. [2] εὐθὺς δὲ καὶ πρὸς τὸν Λευκὸν Τύνητα καλούμενον ἀναζεύξας, ἐχειρώσατο τὴν πόλιν, ἀπέχουσαν Καρχηδόνος δισχιλίους σταδίους. ἀμφοτέρας δὲ τὰς ἁλούσας πόλεις οἱ

Megalopolin & Album Tunetem expugnat, & evertit.

1 Συρακούσιοι Reg. 1. ex gloſſa. 2 Εὐθὺ Baſ. Λευκοτίνητα Reg. 1.

cis illis copia, quod Carthaginienſium nobiliſſimi fundos illos poſſeſſioni ſuae vindicarent, & quodam elegantiae ſtudio ad voluptatem iſtam facultates convertiſſent. Idcirco amoenitatem regionis & felicitatem admirantes Siculi, ſpes ſublimes gerebant, quod digna periculis praemia vincentibus propoſita cernerent. Agathocles ergo, milites iam animos ex moerore colligere, & ad pericula paratiores eſſe videns, ſubito moenia incurſu adoritur. Quae oppugnatio cum ex improviſo accideret, & oppidani, ob bellorum imperitiam, ad breve tempus ſubſiſterent, vi urbem cepit. Eaque ad direptionem conceſſa, exercitum praeda ſimul & fiducia replevit. Et continue motis ad Album, uti vocant, Tunetem caſtris, urbem in poteſtatem accepit, quae bis mille ſtadiis a Carthagine diſtat. Captas has urbes praeſidiis occupandas

μὲν στρατιῶται διαφυλάττειν ἠβούλοντο, καὶ τὰς ὠφελείας εἰς αὐτὰς [1] ἀπετίθεντο· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀκόλουθα τοῖς [2] πεπραγμένοις διανοηθεὶς, καὶ διδάξας τὸ πλῆθος, ὡς οὐδεμίαν συμφέρει καταφυγὴν ἀπολιπεῖν, ἕως ἂν παρατάξει νικήσωσι, [3] κατέστρεψέ τε τὰς πόλεις, καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἐν ὑπαίθρῳ.

Carthaginem maxima capit trepidatio.

θ'. Οἱ δ' [4] ἐφορμοῦντες Καρχηδόνιοι τῷ ναυστάθμῳ τῷ Σικελιωτῶν, τὸ μὲν πρῶτον ὁρῶντες καομένας τὰς ναῦς, περιχαρεῖς ἦσαν, ὡς διὰ τὸν [5] ἀπ' αὐτῶν φόβον ἠναγκασμένων τῶν πολεμίων διαφθεῖραι τὰ σκάφη· ὡς δ' εἶδον εἰς τὴν χώραν προάγουσαν τὴν τῶν ἐναντίων δύναμιν, συλλογιζόμενοι περὶ τῶν ἀποβησομένων, συμφορὰν ἰδίαν ἡγοῦντο τὴν τῶν νεῶν ἀπώλειαν. διὸ καὶ ταῖς πρώραις δέῤῥεις κατεπέτασαν, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἰώθασιν, ὅταν τὶ κακὸν δημοσίᾳ συμβεβηκέναι

1 Ἀποτίθεσθαι R. 1. ſatis bene.
2 Προπεπραγμ. ora Steph. Baſ.
3 Κατέσκαψε Steph. marg. ex Reg. 1.
4 Ἐφορμῶντες Baſil.
5 Ὑπ' αὐτῶν Reg. 2. Baſil. Vid. not. in lib. IV, 46. Mox προσάγουσαν omnes.

miles cenſebat; iamque acquiſitam praedam in eas depoſuerant: ſed Agathocles, conſentanea rebus geſtis animo agitans, cum nullum relinqui perfugii locum expedire vulgus docuiſſet, uſque dum collata hoſtem acie deviciſſet, urbes evertit, caſtraque ſub dio collocavit.

IX. Interea Carthaginienſes, qui prope ſtationem Siculorum ſubſtiterant, ubi claſſem videre incenſam, primum laeti erant, quaſi metu ipſorum hoſtes corrumpere naves coacti fuiſſent. Sed poſteaquam in agros ſuos promoveri hoſtiles copias viderunt, quid eventurum eſſet conieстantes, ſuum in damnum illam navium iacturam eſſe factam, arbitrabantur. Quamobrem pelles in proris ſuis expanderunt, quod moris eſt factitare perpetuo, ſi quid mali reipublicae Carthaginienſium conti-

δόξῃ τῇ [1] Καρχηδονίων πόλει. ἔλαβόν τε καὶ τὰ χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν εἰς τὰς ἰδίας τριήρεις, καὶ τοὺς ἀπαγγελοῦντας ὑπὲρ τῶν συμβεβηκότων [2] τἀκριβὲς ἐξαπέστειλαν εἰς τὴν Καρχηδόνα. πρὶν δὲ τούτους δηλῶσαι τὸ γεγονὸς, ἀπὸ τῆς χώρας τινὲς [3] αἰσθόμενοι τὸν κατάπλουν τοῦ Ἀγαθοκλέους, ἀπήγγειλαν κατὰ σπουδὴν τοῖς Καρχηδονίοις. οἱ δ᾽ ἐκπλαγέντες διὰ τὸ παράδοξον, ὑπέλαβον ἀπολωλέναι τὰς ἰδίας δυνάμεις ἐν Σικελίᾳ καὶ τὰς πεζικὰς καὶ τὰς ναυτικάς. οὐ γὰρ ἄν ποτε τὸν Ἀγαθοκλέα μὴ νενικηκότα τολμῆσαι καταλιπεῖν ἐρήμους βοηθείας τὰς Συρακούσας, οὐδ᾽ ἂν ἐπιβαλέσθαι περαιοῦν δύναμιν, θαλασσοκρατούντων τῶν πολεμίων. διόπερ θόρυβος καὶ πολλὴ ταραχὴ κατεῖχε τὴν πόλιν, καὶ συνδρομὴ τῶν ὄχλων εἰς τὴν ἀγορὰν [4] ἐγίνετο, καὶ βουλὴ τῆς γερουσίας ὅ, τι δέοι πράττειν. στρατόπεδον μὲν γὰρ οὐκ ἦν ἕτοιμον

1 Καρχηδονία. ἔλαβον ora Steph. & Reg. 1. In Reg. 2. deſit πόλει.
2 Τἀκριβῆ Steph. marg. Reg. 1.
3 Αἰσθανόμενοι Ven. Baſ. Paullo ante πρὶν δ᾽ ἢ τούτους Reg. 1.
4 Ἐγένετο Reg. 1.

giſſe videatur. Quin etiam ferramenta e navibus Agathoclis in triremes ſuas receperunt, & qui rem omnem, ut evenerat, accurate renuntiarent, Carthaginem miſere. At priuſquam hi, quid factum eſſet, indicatum venirent, quidam ex agro, qui claſſem Agathoclis imminere ſenſerant, rem propere Carthaginienſibus nuntiaverunt. Qui repentino perculſi eventu, copias ſuas tam navales quam terreſtres internecione periiſſe autumabant. Nunquam enim Agathoclem niſi victorem Syracuſas praeſidio deſtitutas auſurum fuiſſe relinquere, nec, hoſte maris imperium obtinente, traiicere copias animum inducturum. Tumultus igitur & trepidatio urbem occupat, populique ad forum fit concurſus, & ſenatus conſultatio initur, quid facto opus eſſet. Exercitus enim, qui ſigna

τὸ δυνάμενον ἀντιτάξασθαι· τὸ δὲ πολιτικὸν πλῆθος, ἄπειρον ὂν πολέμου, [1] προκατεπεπτώκει ταῖς ψυχαῖς· οἱ πολέμιοι δὲ πλησίον εἶναι τῶν τειχῶν προσεδοκῶντο. ἔνιοι μὲν οὖν [2] ἔφασκον πρεσβευτὰς ὑπὲρ εἰρήνης ἀποστέλλειν πρὸς Ἀγαθοκλέα, τοὺς αὐτοὺς ἅμα καὶ κατασκόπους ἐσομένους τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις· τινὲς δὲ ἀναμεῖναι μέχρις ἂν γνῶσιν ἀκριβῶς ἕκαστον τῶν πεπραγμένων. τοιαύτης δὲ συγχύσεως τὴν πόλιν ἐχούσης, κατέπλευσαν οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τοῦ ναυάρχου, καὶ τὰς αἰτίας τῶν πεπραγμένων ἐδήλωσαν.

Hannonem & Bomilcarem praetores creant Carthaginienſes.

ί. Ἀναθαῤῥησάντων οὖν [3] πάντων πάλιν ταῖς ψυχαῖς, ἡ γερουσία τοὺς μὲν ναυάρχους ἅπαντας κατεμέμψατο, ὅτι θαλαττοκρατοῦντες εἴασαν [4] πολεμίαν δύναμιν ἐπιβῆναι τῆς Λιβύης· στρατηγοὺς δὲ [5] ἀπέδειξε τῶν δυνάμεων Ἄννωνα καὶ [6] Βομίλκαν, πατρῴαν

1 Προσκατεπτώκει Reg. 1. Προκαταπεπτώκει Reg. 2.
2 Ἔφασαν Reg. 2.
3 Deeſt Reg. 1.
4 Πολεμίων Reg. 1.
5 Ἀπέδειξαν τῶν δυν. Vatic. non male.
6 Βομίλκαν ſemper Baſil. Βολμίλκαν Ven. In edd. Βορμίλκαν legebatur ubique.

cum hoſte conferre poſſet, ad manum non erat. Interim civica multitudo, belli rudis & ignara, iam animos deſponderat, hoſteſque iam propinquare moenibus putabantur. Proinde legatos de pace ad Agathoclem mittendos eſſe nonnulli cenſebant, qui ſimul, quid hoſtis gereret, explorarent: alii exſpectandum, dum quid actum eſſet exacte cognoviſſent. Haec perturbatio dum urbem tenet, a praetore claſſis miſſi appellunt, & rerum geſtarum rationes exponunt.

X. Ibi cum omnes denuo animos colligerent, ſenatus omnes claſſis praefectos incuſat, quod, dum mare in poteſtate haberent, hoſtiles Africam copias ingredi permiſiſſent. Summoſque militiae duces creant Hannonem & Bomilcarem, licet paternas inter ſe inimicitias exerce-

ἔχθραν ἔχοντας. ἡγοῦντο γὰρ διὰ τὴν ἰδίαν τούτοις ἀπιστίαν καὶ διαφορὰν κοινὴν ἔσεσθαι τῆς πόλεως [1] ἀσφάλειαν· πολὺ δὲ διεσφάλησαν τῆς ἀληθείας· ὁ γὰρ Βομίλκας πάλαι μὲν ἦν ἐπιθυμητὴς τυραννίδος, οὐκ ἔχων δ' ἐξουσίαν οὐδὲ καιρὸν οἰκεῖον ταῖς ἐπιβολαῖς, τότε ἔλαβεν ἀφορμὰς ἀξιολόγους, τυχὼν τῆς στρατηγίας. αἰτία δὲ μάλιστα τούτων ἡ πρὸς τὰς τιμωρίας πικρία τῶν Καρχηδονίων. τοὺς γὰρ ἐπιφανεστάτους τῶν ἀνδρῶν ἐν μὲν τοῖς πολέμοις προάγουσιν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας, νομίζοντες δεῖν αὐτοὺς τῶν ὅλων προκινδυνεύειν· ὅταν δὲ τύχωσι τῆς εἰρήνης, τοὺς αὐτοὺς τούτους συκοφαντοῦσι, καὶ κρίσεις ἀδίκους ἐπιφέροντες διὰ τὸν φθόνον, τιμωρίαις περιβάλλουσι. διὸ καὶ τῶν ἐπὶ τὰς ἡγεμονίας ταττομένων τινὲς μέν, φοβούμενοι τὰς ἐν τῷ δικαστηρίῳ κρίσεις, ἀποστάται γίνονται τῆς ἡγεμονίας· τινὲς δὲ ἐπιτίθενται τυραννίσιν· ὅπερ καὶ τότε Βομίλκας ὁ ἑτε-

1 Ἀσφάλειαν τῆς σωτηρίας ora Steph. & Reg. 1.

rent. Privatam enim horum diffidentiam ac diſſenſionem communem reipublicae incolumitatem fore exiſtimabant. Sed a vero multum aberrarunt. Nam Bomilcar iam dudum tyrannidem affectarat. Sed cum poteſtatem & tempus molitionibus ſuis accommodum hactenus non habuiſſet, tunc imperium adeptus occaſionem eximiam arripit. Cauſa horum potiſſima erat, Carthaginienſium in poenis acerbitas. Viros enim illuſtriſſimos in bellis ad ſumma imperia evehunt, quod his prae ceteris pro ſumma rerum propugnandum exiſtimant. Pacem vero nacti, eoſdem falſo criminantur, & iniquis iudiciis circumventos, per invidiam ſuppliciis afficiunt. Propterea nonnulli imperiis praefecti, ſententiarum in iudiciis metu ab imperio deficiunt, aut ad tyrannidem ſe convertunt. Quod & Bomilcar, alter Carthaginienſium imperator, tunc fa-

ρος τῶν στρατηγῶν ἐποίησε. περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦ-
μεν. οἱ γοῦν στρατηγοὶ τῶν Καρχηδονίων, ὁρῶντες τὸν
καιρὸν οὐδαμῶς ἀναβολῆς οἰκεῖον, τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς
χώρας καὶ τῶν συμμαχίδων πόλεων στρατιώτας οὐκ
ἀνέμειναν· αὐτοὺς δὲ τοὺς πολιτικοὺς ἐξήγαγον εἰς ὕπαι-
θρον, ὄντας πεζοὺς μὲν οὐκ ἐλάττους τετρακισμυρίων,
ἱππεῖς δὲ χιλίους, ἅρματα δὲ δισχίλια. καταλαβό-
μενοι δέ τινα γεώλοφον οὐ μακρὰν τῶν πολεμίων, ἐξέ-
ταττον τὴν δύναμιν εἰς μάχην. καὶ τοῦ μὲν δεξιοῦ κέ-
ρατος Ἄννων εἶχε τὴν ἡγεμονίαν, συναγωνιζομένων αὐ-
τῷ τῶν εἰς τὸν ἱερὸν λόχον συντεταγμένων· τοῦ δ' εὐω-
νύμου Βομίλκας ἡγούμενος βαθεῖαν ἐποίει τὴν φάλαγ-
γα, κωλύοντος τοῦ τόπου παρεκτείνειν ἐπὶ πλεῖον· τὰ
δ' ἅρματα καὶ τοὺς ἱππεῖς πρὸ τῆς φάλαγγος ἔστη-
σαν, διεγνωκότες τούτοις πρῶτον ἐμβαλεῖν, καὶ τῶν
Ἑλλήνων ἀποπειραθῆναι.

Copiae ſubito coactae & ad pugnam diſpoſitae deſcribuntur.

ια'. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς κατασκεψάμενος τὰς τῶν

Copiarum Agathoclis numerus

ctitavit: de quo paullo poſt dicemus. Praetores ergo Carthaginienſium, dum tempus cunctationi haud opportunum eſſe vident, militem ex agro & urbibus ſociis non praeſtolantur, ſed cives ipſos in apertum educunt, peditum non minus XL M. equites mille, ac CIↃ CIↃ curruum: & colle quodam haud procul hoſtibus occupato, copias ad pugnam explicant. Dextro in cornu Hanno praeerat, quem in cohorte ſacra conſtituti adiuvabant. Siniſtrum Bomilcar regens, profundam efficiebat phalangem, quod aciem longius extendere natura loci prohiberet. Currus autem & equitatum in fronte collocarunt eo conſilio, ut cum his prima incurſione facta Graecorum vires tentarent.

XI. Agathocles contra, aciem Barbarorum ſpeculatus,

βαρβάρων τάξεις, τὸ μὲν δεξιὸν κέρας ἔδωκεν Ἀρχαγάθῳ τῷ υἱῷ, παραδοὺς αὐτῷ πεζοὺς δισχιλίους καὶ πεντακοσίους· ἑξῆς δ' ἔταξε τοὺς Συρακουσίους, ὄντας τρισχιλίους πεντακοσίους· εἶτα μισθοφόρους Ἕλληνας τρισχιλίους·[1] τελευταίους δὲ Σαμνίτας, καὶ Τυῤῥηνοὺς καὶ Κελτοὺς τρισχιλίους. μετὰ δὲ τῆς θεραπείας αὐτὸς τοῦ ἡμίσους κέρατος προηγωνίζετο χιλίοις ὁπλίταις, πρὸς τὸν ἱερὸν λόχον[2] τῶν Καρχηδονίων ἀντιτεταγμένος. τοὺς δὲ τοξότας καὶ σφενδονήτας πεντακοσίους ὄντας ἐπὶ τὰ κέρατα διεῖλεν. ὅπλα μὲν οὖν οἱ στρατιῶται μόγις εἶχον ἱκανά. τοὺς δ' ἐκ τῶν ἀφράκτων ὁρῶν ἀνόπλους ὄντας, τὰ τῶν ἀσπίδων ἔλυτρα ῥάβδοις διέτεινε, καὶ τῇ φαντασίᾳ τὸν τῆς ἀσπίδος κύκλον μιμησάμενος, ἀνέδωκεν αὐτοῖς πρὸς μὲν τὴν χρείαν οὐδαμῶς ἐπιτήδεια, πρὸς δὲ τὴν πόῤῥωθεν ὁρωμένην ὄψιν δυνάμενα δόξαν ὅπλων ἐμποιῆσαι τοῖς ἀγνοοῦσι τἀληθές. ὁρῶν δὲ τοὺς στρατιώτας καταπεπληγμένους τὸ & diſpoſitio.

1 Τελευταῖον Baſ. Vat. 2 Abſunt R. 1. atque hinc Steph. aſteriſcus.

dextrum cornu Archagatho filio commendavit, attributis illi peditibus bis mille ac quingentis. Exinde Syracuſanos circiter ter mille & IↃ ordinat; poſtea mercenariorum ex Graecia tria millia; & poſtremo tria millia Samnitum, Tyrrhenorum & Celtarum. Ipſe cum ſatellitio & mille armatis pro dimidio cornu propugnabat, ſacrae Carthaginienſium cohorti oppoſitus. Sagittarios autem & funditores, qui IↃ numero erant, in cornua diſtribuerat. Armorum ſane militibus vix ſatis erat. Quare cum ex eorum numero, quibus munimenta deerant, quoſdam ſine ſcuto videret, integumenta clypeorum baculis diſtendit, ſpecieque orbem clypei imitatus, illis tradidit, ad uſum quidem neutiquam idonea, ſed quae ex longinquo intuitu armorum opinionem in illis efficere poſſent, qui verum ignorarent. Animadvertens praeterea milites ob

Noctuis, quas in caſtris aluerat, emiſſis, ſuis fauſta auſpicia procurat Agathocles.

πλῆθος τῆς βαρβαρικῆς ἵππου καὶ δυνάμεως, ἀφῆκεν εἰς τὸ στρατόπεδον κατὰ πλείονας τόπους γλαῦκας, ἃς ἐκ χρόνου παρεσκευάσατο πρὸς τὰς ἀθυμίας τῶν πολλῶν. αὗται δὲ διὰ τῆς φάλαγγος πετάμεναι, καὶ προσκαθίζουσαι ταῖς ἀσπίσι καὶ τοῖς κράνεσιν, εὐθαρσεῖς [1] ἐποίουν τοὺς στρατιώτας, ἑκάστων οἰωνιζομένων, διὰ τὸ δοκεῖν ἱερὸν εἶναι τὸ ζῶον τῆς Ἀθηνᾶς. ταῦτα δὲ καίπερ ἄν τισι δόξαντα [2] κενὴν ἔχειν ἐπίνοιαν, πολλάκις αἴτια γίνεται μεγάλων προτερημάτων· ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι. ἐμπεσόντος γὰρ εἰς τὰ πλήθη θάρσους, καὶ διαδοθέντων λόγων, ὡς τὸ θεῖον αὐτοῖς φανερῶς προσημαίνει νίκην, παραστατικώτερον τὸν κίνδυνον ὑπέμειναν.

Proelium commiſſum.

ιβʹ. Προεμβαλόντων γὰρ εἰς αὐτοὺς τῶν ἁρμάτων, ἃ μὲν κατηκόντισαν, ἃ δ' εἴασαν διεκπεσεῖν, τὰ δὲ πλεῖστα συνηνάγκασαν στρέψαι πρὸς τὴν τῶν πεζῶν

1 Ἐποιοῦντο τοὺς στρατιώτας &c. Reg. 1. Paullo ante καὶ ante προσκαθίζουσαι deeſt Reg. 2. & Baſil.

2 Καινὴν Baſil.

exercitus barbarici, inprimis vero equitatus, multitudinem conſternatos, compluribus per caſtra locis noctuas emiſit, quas iam olim ad hoc praeparatas habebat, ut vulgo timiditatem eximerent. Hae itaque per agmen volitantes, dum clypeis galeiſque inſident, animos militum confirmabant, pro felici augurio accipientibus ſingulis, propterea quod ſacrum Minervae animal id habetur. Haec vero commenta, licet vana quibuſdam videantur, magnis tamen ſucceſſibus haud raro cauſam praebent: quod & tunc evenit. Nam cum fiducia multitudini iniecta fuiſſet, didita inſuper fama, quod aperte victoriam illis numen portenderet, periculo animoſius ſe committebant.

XII. Nam ubi currus in eos impreſſionem fecere, partem miſſilibus conficiunt, partem praetervehi ſinunt, pleroſque in peditum aciem reverti cogunt. Eodemque

τάξιν. παραπλησίως δὲ καὶ τὴν τῶν ἵππων ἐπιφορὰν ὑποστάντες, καὶ πολλοὺς αὐτῶν κατατιτρώσκοντες, ἐποίησαν φυγεῖν εἰς τοὐπίσω· προαγωνισαμένων δ' αὐτῶν ἐν τούτοις λαμπρῶς, ἡ πεζὴ δύναμις τῶν Βαρβάρων ἅπασα συνῆψεν εἰς χεῖρας. γενναίας δὲ μάχης [1] γινομένης, Ἄννων μὲν ἔχων συναγωνιζόμενον τὸν ἱερὸν λόχον τῶν ἐπιλέκτων ἀνδρῶν, καὶ σπεύδων ποιῆσαι [2] δι' αὐτοῦ τὴν νίκην, ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι, καὶ συχνοὺς ἀνῄρει. φερομένων δ' ἐπ' αὐτὸν παντοδαπῶν βελῶν, οὐκ εἶκεν, ἀλλὰ καίπερ πολλοῖς τραύμασι περιπίπτων, ἐβιάζετο, μέχρις ὅτου [3] καταπονηθεὶς ἐτελεύτησε. τούτου δὲ πεσόντος, οἱ μὲν ταύτῃ τεταγμένοι τῶν Καρχηδονίων, ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα μετεωρισθέντες, πολὺ μᾶλλον ἐπερρώσθησαν. ἃ δὴ πυθόμενός τινων Βομίλκας ὁ ἕτερος στρατηγὸς, καὶ νομίσας παρὰ θεῶν αὐτῷ δεδόσθαι τὸν και-

Cadit Hanno.

Bomilcar male callidus & in ſummo rerum diſcrimine impius.

1 Γινομένης Reg. 1. Γιγνομένης Reg. 2. Baſil. Vulgo γενομένης.
2 Διὰ τούτων ora Steph. Reg. 1.
3 Καταπολεμηθεὶς Reg. 1.

modo excepto equorum impetu, cum vulneribus confeciſſent multos, in fugam retro illos convertunt. Dum ita praeclare in prima acie decertatur, pedeſtre Barbarorum agmen univerſum manus conſerere coepit. Commiſſo igitur proelio quam acerrimo, Hanno, delectorum circa ſe cohortem, quam ſacram vocant, habens, dum ſuo victoriam Marte conciliare ſtudet, magna Graecos mole urget, plurimoſque tollit. Et quamquam omni telorum genere obruitur, non tamen cedit; ſed ut ut multis affectus vulneribus porro graſſatur, uſque dum delaſſatus occubuit. Quo prolapſo, verſantes in ea parte Carthaginienſium animos ſubmittunt. Ex adverſo miles Agathoclis in ſpem arrectus, multo magis confirmatur. Quae poſtquam a quibuſdam reſcivit Bomilcar, copiarum praefectus alter, tyrannidis occupandae occaſionem a Deo

ρὸν τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος, διελογίζετο πρὸς ἑαυτὸν, εἰ μὲν ἡ μετ' Ἀγαθοκλέους διαφθαρείη δύναμις, μὴ δυνήσεσθαι τὴν ἐπίθεσιν ποιήσασθαι τῇ δυναστείᾳ, τῶν πολιτῶν ἰσχυόντων· εἰ δ' ἐκεῖνος νικήσας τὰ φρονήματα παρέλοιτο τῶν Καρχηδονίων, εὐχειρώτους μὲν ἑαυτῷ τοὺς προηττημένους ἔσεσθαι, τὸν δ' Ἀγαθοκλέα ῥᾳδίως καταπολεμήσειν, ὅταν αὐτῷ δόξῃ. ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, ἀνεχώρησε μετὰ τῶν [1] πρωτοστατῶν, δοὺς τοῖς μὲν πολεμίοις ἄσημον ἔκκλιμα, τοῖς δ' ἰδίοις δηλώσας τὸν Ἄννωνος θάνατον, καὶ παρακελευόμενος ἀναχωρεῖν ἐν τάξει πρὸς τὸν γεώλοφον· τοῦτο γὰρ συμφέρειν. ἐπικειμένων δὲ τῶν πολεμίων, καὶ τῆς ὅλης ὑποχωρήσεως φυγῇ παραπλησίας γινομένης, οἱ μὲν συνεχεῖς Λίβυες ἀπὸ κράτους ἡττῆσθαι τοὺς πρωτοστάτας νομίσαντες, πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. οἱ δὲ τὸν ἱερὸν λόχον ἔχοντες μετὰ τὸν Ἄννωνος τοῦ στρατηγοῦ θάνατον τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχον εὐρω-

Carthaginienſes fugam capeſſunt.

1 Στρατιωτῶν Reg. 1. cum Steph. marg. Mox ἔκκλειμμα Baſil.

ipſo ſibi oblatam ratus, ita ſecum rationes putavit: Si Agathoclis exercitus interiret, principatum a ſe invadi non poſſe, quod civium potentia ſuperaret; ſin victor ille animos Carthaginienſium infringeret, iam victos ſe facile ſubacturum, &, quando ſibi viſum fuerit, Agathoclem quoque debellaturum. His animo volutatis, cum anteſignanis referre pedem coepit, tacitam ſuorum inclinationem hoſtibus indulgens, & Hannonis morte ſuis indicata, ut ſervatis ordinibus in tumulum ſe recipiant, (id enim ſic expedire) hortatur. Urgente autem hoſte, cum tota regreſſio fugae inſtar prae ſe ferret, Afri proximi, aciem primam vi ſuperatam eſſe opinantes, etiam ipſi fugam arripiunt. In ſacram interea cohortem tributi, poſt interitum Hannonis imperatoris, fortiter pri-

τως, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν πίπτοντας ὑπερβαίνοντες, ὑπέμενον πάντα κίνδυνον· ἐπεὶ δὲ κατενόησαν τὸ πλεῖον μέρος τῆς [1] δυνάμεως πρὸς φυγὴν ὡρμημένον, καὶ τοὺς πολεμίους περιϊσταμένους κατὰ νώτου, συνηναγκάσθησαν ἐκκλῖναι. διὸ καὶ τροπῆς γενομένης κατὰ πᾶν τὸ τῶν Καρχηδονίων στρατόπεδον, οἱ μὲν Βάρβαροι τὴν φυγὴν ἐποιοῦντο πρὸς τὴν Καρχηδόνα· Ἀγαθοκλῆς δὲ μέχρι τινὸς ἐπιδιώξας, ἐπανῆλθε, καὶ τὴν στρατοπεδείαν τῶν Καρχηδονίων διήρπασεν. Caſtra diripiuntur.

ιγʹ. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰς διακοσίους, τῶν δὲ Καρχηδονίων οὐ πλείους [2] χιλίων· ὡς δ' ἔνιοι γεγράφασιν, ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους. ἐν δὲ τῇ τῶν Καρχηδονίων παρεμβολῇ σὺν ταῖς ἄλλαις ὠφελείαις εὑρέθησαν ἅμαξαι [3] πλείους, ἐν αἷς ἐκομίζετο ζεύγη χειροπεδῶν πλείω τῶν δισμυρίων. ἐξ ἑτοίμου γὰρ οἱ Βάρβαροι κρατήσειν ὑπειληφότες τῶν Ἑλ- Occiſorum numerus. In caſtris Poenorum manicarum magna vis inventa.

1 Φάλαγγος ora Steph. ex Reg. 2 Τῶν χιλίων Reg. 1.
1. Paullo ante κατενοήσαντο Baſ. 3 Πλήρεις Reg. 1.

mum reſiſtunt, & tranſcenſis cadaveribus ſuorum, omne proelii diſcrimen ſuſtinent. Ubi vero maximam exercitus partem in fugam eſſe coniectam, hosteſque a tergo circumſiſtere intellexere, ſimul cedere coguntur. Toto igitur Carthaginienſium exercitu iam terga vertente, Barbari Carthaginem verſus fugam intendunt; & Agathocles aliquo perſecutus uſque revertitur, caſtraque Carthaginienſium diripit.

XIII. Ceciderunt in hac pugna Graecorum CC, Carthaginienſium CIↃ haud plures; ut vero quidam memoriae prodidere, amplius IↃↃ CIↃ. In caſtris autem Carthaginienſium inter alias opes, currus inventi ſunt complures, in quibus plura quam CCIↃↃ CCIↃↃ manicarum paria vehebantur. Cum enim minimo ſe Graecos negotio ſuperaturos Barbari putarent, cohortati inter ſe fue-

λήνων, παρηγγέλκεισαν ἀλλήλοις ζωγρεῖν ὡς πλεί-
στους, καὶ δήσαντες εἰς συνεργασίαν ἐμβαλεῖν. ἀλλ'
οἶμαι τὸ δαιμόνιον ὥσπερ ἐπίτηδες τοῖς ὑπερηφάνω[ς]
διαλογιζομένοις τὸ τέλος τῶν κατελπισθέντων εἰς τοὐ-
ναντίον [1] μετατίθησιν. Ἀγαθοκλῆς μὲν οὖν Καρχηδο-
νίους παραλόγως νικήσας τειχήρεις συνεῖχεν· ἡ τύχη δ'
ἐναλλὰξ τὰ προτερήματα τοῖς ἐλαττώμασιν [2] ἐπεισά-
γουσα, τοὺς ὑπερέχοντας [3] ἴσον ἐταπείνωσε τοῖς ἡττη-
μένοις. ἐν Σικελίᾳ μὲν γὰρ Καρχηδόνιοι μεγάλῃ νενι-
κηκότες παρατάξει Ἀγαθοκλέα, τὰς Συρακούσας ἐπο-
λιόρκουν· ἐν Λιβύῃ δ' Ἀγαθοκλῆς τηλικαύτῃ μάχῃ
προτερήσας, εἰς πολιορκίαν συνέκλεισε Καρχηδονίους.
καὶ τὸ θαυμασιώτατον, ὁ δυνάστης κατὰ μὲν τὴν νῆ-
σον ἀκεραίους ἔχων τὰς δυνάμεις ἐλείπετο τῶν Βαρ-
βάρων, ἐπὶ δὲ τῆς ἠπείρου τῷ μέρει τῆς προηττημένης
στρατιᾶς περιεγένετο τῶν νενικηκότων.

Fortunae inſolentiam demiratur hiſtoricus.

1 Περιτίθησιν Reg. 1. 2 Ἐπεισαγαγοῦσα Baſ. 3 Ἴσας Reg. 1.

runt, ut quam plurimos caperent vivos, vinctoſque in ergaſtula detruderent. Verum numen coeleſte, ut mihi quidem videtur, data veluti opera, ſuperbe rationes ſubducentibus rerum ſperatarum exitum in contrarium mutat. Agathocles itaque, poſtquam Carthaginienſes praeter ſuam opinionem devicerat, intra moenia eos concluſit. Et fortuna, quae alternatim poſt clades felices ſucceſſus afferre ſolet, victores aeque ut victos humiliavit. Nam in Sicilia Carthaginienſes poſt victum magno proelio Agathoclem, Syracuſas obſidebant. In Africa tanto conflictu ſuperior Agathocles obſidione premebat Carthaginienſes. Et quod maxime admirandum, princeps iſte, in ſua inſula copias habens integras, Barbaris ſuccubuerat: in continente vero cum parte exercitus profligati victoribus ſuperior evadebat.

ιδ΄. Διόπερ οἱ Καρχηδόνιοι νομίσαντες ἐκ θεῶν αὐτοῖς γεγονέναι τὴν συμφορὰν, ἐτράπησαν πρὸς παντοίαν ἱκεσίαν τοῦ δαιμονίου, καὶ νομίσαντες μάλιστα μηνίειν [1] αὐτοῖς τὸν Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις, χρημάτων πλῆθος καὶ τῶν πολυτελεστάτων ἀναθημάτων ἔπεμψαν εἰς τὴν Τύρον οὐκ ὀλίγα. ἀποικισθέντες γὰρ ἐκ ταύτης, [2] εἰώθεισαν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις δεκάτην ἀποστέλλειν τῷ θεῷ πάντων τῶν εἰς πρόσοδον πιπτόντων· ὕστερον δὲ μεγάλους κτησάμενοι πλούτους, καὶ προσόδους ἀξιολογωτέρας λαμβάνοντες, μικρὰ παντελῶς ἀπέστελλον, ὀλιγωροῦντες τοῦ δαιμονίου. διὰ δὲ τὴν συμφορὰν ταύτην εἰς μεταμέλειαν ἐλθόντες, πάντων τῶν ἐν τῇ Τύρῳ θεῶν ἐμνημόνευον. ἔπεμψαν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν [3] χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι πρὸς τὴν ἱκεσίαν, ἡγούμενοι μᾶλλον [4] ἐξιλάσεσθαι τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν τῶν ἀναθημάτων πεμ-

Carthaginienſes, Diis iratis calamitatem tribuentes, ſupplicationem decernunt,

1 Αὐτοῖς Reg. 1. Baſil.
2 Εἰώθησαν Baſil.
3 Χρυσᾶς ναῦς Reg. 2.
4 Ἐξιλάσασθαι Reg. 1.

XIV. Quapropter Carthaginienſes, a Diis calamitatem hanc inflictam ſibi rati, ad omne genus ſupplicationum erga numen ſe converterunt. Inprimis vero Herculem, coloniae ſuae patronum, iratum ſibi arbitrati, vim magnam pecuniae, & pretioſiſſimorum donariorum copiam non exiguam, Tyrum miſere. Nam quod ex illa in coloniam erant deducti, per aetates ſuperiores decimam omnium, quae in proventuum rationem cadebant, Deo tranſmittere ſolebant. Sed poſteaquam magnis aucti opibus multo luculentiores percipiebant reditus, perexiguum, religione Dei poſthabita, mittebant. Clade igitur illa ad poenitentiam adacti, omnium in Tyro Deorum memores erant. Quin & aurea ſimulacris delubra e templis miſere ad ſupplicationem, quod ad averruncandam Dei iram plus facere exiſtimarent, ſi donaria mitterent

hoſtiaſque humanas immolant.

φθέντων ἐπὶ τὴν παραίτησιν. ᾐτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον [1] αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθόσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρα παῖδας, καὶ θρέψαντες, ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν. καὶ ζητήσεως γενομένης, εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες. τούτων δὲ λαβόντες ἔννοιαν, καὶ τοὺς πολεμίους πρὸς τοῖς τείχεσιν ὁρῶντες στρατοπεδεύοντας, ἐδεισιδαιμόνουν ὡς καταλελυκότες τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας [2] σπεύδοντες, διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων προκρίναντες ἔθυσαν δημοσίᾳ. ἄλλοι δ' ἐν διαβολαῖς ὄντες, ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἔδοσαν, οὐκ ἐλάττους ὄντες τριακοσίων. ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας [3] ἐγκεκλιμένας ἐπὶ τὴν γῆν, ὥστε τὸν [4] ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλίεσθαι, καὶ πίπτειν

1 Αὐτοῖς Euſeb. Reg. 1. Baſil.
2 Νομίζοντες ora Steph.
3 Ἐκτεταμένας Euſeb.
4 Συντιθέντα idem Praep. Evang. pag. 161, & ſtatim ἀποκαλύεσθαι, prave omnia.

ad deprecationem. Saturnum praeterea ſibi adverſum eſſe cauſabantur, quod, cum ſuperiori tempore filiorum praeſtantiſſimos huic Deo ſacrificarent, pueros deinde clam emtos & enutritos ad ſacrificium mitterent. Et habita inquiſitione, ſubdititii nonnulli ex immolandis ſunt reperti. His animo perpenſis, cum & hoſtes ante urbem caſtra habere cernerent, religio iniicitur, quaſi patrios Deorum honores abrogaſſent. Errata igitur illa ut abſque mora corrigant, ducentos ex praecipua delectos nobilitate pueros ſacrificio publico immolant. Alii etiam, criminationibus obnoxii, non pauciores trecentis ſponte ſe offerunt. Erat autem apud illos aenea Saturni ſtatua, quae manus ſupinas extendebat, ita ad terram inclinatas, ut impoſitus illis puer devolveretur, & in voragi-

εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. εἰκὸς δὲ καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐντεῦθεν εἰληφέναι τὰ μυθολογούμενα παρ' αὐτοῖς περὶ τὴν ἐν Ταύροις θυσίαν, ἐν οἷς εἰσάγει τὴν Ἰφιγένειαν ὑπὸ Ὀρέστου διερωτωμένην,

Τάφος δὲ ποῖος δέξεταί μ' ὅταν θάνω;
Πῦρ ἱερὸν ἔνδον, χάσμα τ' εὐρωπὸν χθονός.

καὶ ὁ παρὰ τοῖς Ἕλλησι δὲ μῦθος ἐκ παλαιᾶς φήμης παραδεδομένος, ὅτι Κρόνος ἠφάνιζε τοὺς ἰδίους παῖδας, παρὰ Καρχηδονίοις φαίνεται διὰ τούτου τοῦ [1] νομίμου τετηρημένος.

ιε'. Οὐ μὴν ἀλλὰ τοιαύτης [2] ἐν τῇ Λιβύῃ γεγενημένης μεταβολῆς, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι διεπέμποντο πρὸς Ἀμίλκαν εἰς τὴν Σικελίαν, ἀξιοῦντες κατὰ τάχος πέμψαι βοήθειαν· καὶ τὰ ληφθέντα χαλκώματα τῶν Ἀγαθοκλέους νεῶν ἀπέστειλαν αὐτῷ. ὁ δὲ τοῖς καταπλεύσασι παρεκελεύσατο σιωπᾶν μὲν τὴν γεγενημένην ἧτταν, διαδιδόναι δὲ λόγον εἰς τοὺς στρατιώτας ὡς

In Siciliam vero mittunt, qui auxilia requirant & rumorem divulgent, Agathoclem victum eſſe.

1 Νομίμου Reg. 1. quod malo. Νόμου cett. 2 Εἰς Λιβύην Reg. 1.

nem ignis plenam rueret. Hinc Euripidem, quae fabuloſe apud illum memorantur de ſacrificio in Tauris, deſumſiſſe conſentaneum eſt, ubi ſic interrogatam ab Oreſte Iphigeniam introducit:

At quod ſepulcrum me peremtum recipiet?
Sacer intus ignis, & cavum terrae ſpecus.

Fabula enim, quae ex priſca apud Graecos fama traditur, quod ſuos e medio liberos tollat Saturnus, hoc ritu apud Carthaginienſes ſervari videtur.

XV. Ceterum poſtquam talis in Africa mutatio accidit, Carthaginienſes ad Amilcarem in Siciliam poſtulatum mittunt, ut auxilium ſuum celerrime expediat, ac ferramenta ſimul navium Agathoclis ad eum perferenda curant. Is appulſis eo legatis imperat, ut clade ſilentio preſſa, rumorem inter milites ſpargant, Agathoclem tum

'Αγαθοκλῆς ἄρδην ἀπώλεσε καὶ τὰς ναῦς καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν. αὐτὸς δὲ πέμψας τινὰς τῶν παρόντων ἐκ Καρχηδόνος εἰς τὰς Συρακούσας πρεσβευτὰς, καὶ τὰ χαλκώματα συναποστείλας, ἠξίου παραδιδόναι τὴν πόλιν. τὴν μὲν γὰρ δύναμιν τῶν Συρακουσίων ὑπὸ Καρχηδονίων κατακεκόφθαι, τὰς δὲ ναῦς ἐμπεπυρίσθαι· τοῖς δ' ἀπιστοῦσιν ἀπόδειξιν παρέχεσθαι τὴν τῶν ἐμβόλων κομιδήν. τῶν δ' ἐν τῇ πόλει πυθομένων τὴν περὶ τὸν 'Αγαθοκλέα προσηγγελμένην συμφορὰν, οἱ πολλοὶ μὲν ἐπίστευσαν, οἱ προεστηκότες δὲ διστάζοντες διετήρησαν μὲν, χάριν τοῦ μὴ γενέσθαι ταραχήν· τοὺς πρεσβευτὰς δὲ ταχέως ἐξέπεμψαν. τοὺς δὲ τῶν φυγάδων συγγενεῖς καὶ φίλους καὶ τῶν ἄλλων τοὺς δυσχεραίνοντας τοῖς ὑπ' αὐτῶν πραττομένοις ἐξέβαλον ἐκ τῆς πόλεως, ὄντας οὐκ ἐλάττους ὀκτακισχιλίων· κᾆπειτα τοσούτου πλήθους ἄφνω συναναγκαζομένου τὴν πατρίδα φεύγειν, ἔγεμεν ἡ πόλις διαδρομῆς, καὶ θο-

Luctus idcirco Syracuſas occupat,

claſſem, tum exercitum omnem, funditus perdidiſſe. Ipſe vero, miſſis quibuſdam Syracuſas, qui tum ex Carthagine aderant, una cum ferramentis, urbis deditionem exigit. Copias enim illorum a Carthaginienſibus conciſas, naveſque exuſtas eſſe. Quod ſi qui fidem non habeant, roſtrorum exhibitione rem demonſtrari. Cum; qui in urbe erant, hanc Agathoclis calamitatem ex nuntiis audiviſſent, plerique credidere: primores, ut rem ambiguam, in occulto ſervarunt, ne quid tumultus exſiſteret, & extemplo dimiſere legatos. Exſulum vero propinquos & amicos, & ex aliis, qui, quae gerebantur ab illis, moleſte ferebant, non pauciores VIII M. ex urbe eiecerunt. Exinde cum tanta multitudo repente ex patria fugere cogeretur, urbs diſcurſatione, tumultu &

ῥύβου, καὶ γυναικείων κλαυθμῶν. οὐδεμία γὰρ ἦν οἰκία πένθους ἀκοινώνητος κατὰ τοῦτον τὸν καιρόν. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα τοῦ Ἀγαθοκλέους καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν τὴν συμφορὰν ὠδύροντο· τῶν δ' ἰδιωτῶν οἱ μὲν τοὺς ἀπολωλέναι δοκοῦντας κατὰ Λιβύην ἔκλαιον, οἱ δὲ τοὺς ἐκπίπτοντας ἀφ' ἑστίας καὶ πατρῴων θεῶν, οἷς οὔτε μένειν ἐξῆν, οὔτε ἐκτὸς τῶν τειχῶν προάγειν, πολιορκούντων τῶν Βαρβάρων. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις κακοῖς τηλικούτοις οὖσιν, ἠναγκάζοντο νηπίους παῖδας καὶ γυναῖκας συνεφέλκεσθαι τῇ φυγῇ. ὁ δ' Ἀμίλκας, καταφυγόντων πρὸς αὐτὸν τῶν φυγάδων, τούτοις μὲν τὴν ἀσφάλειαν [1] παρέσχετο· τὴν δὲ δύναμιν παρασκευάσας προῆγεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας, ὡς αἱρήσων τὴν πόλιν, διά τε τὴν ἐρημίαν, καὶ διὰ τὴν προσηγγελμένην τοῖς ὑπολελειμμένοις συμφοράν. quo fretus Amilcar urbe potiri conatur.

ιϛ'. Προαποστείλαντος δ' αὐτοῦ πρεσβείαν, καὶ

1 Παρείχετο Reg. 1.

femineis lamentis plena erat. Nec ulla domus per hoc tempus erat luctus non particeps. Nam qui tyrannidi favebant, Agathoclis ſuorumque natorum calamitatem deplorare: privatorum alii deflere eos, qui in Africa periiſſe exiſtimabantur: alii ſortem horum miſerari, qui focis ſuis Deiſque patriis ſubmoverentur, quibus neque manere, neque urbe excedere per obſidionem Barbarorum liceret, &, praeter iam enumerata tantae acerbitatis mala, tenellae aetatis ſobolem & uxores in fuga ſecum abſtrahere cogerentur. Amilcar vero, cum relegati fuga ſe ad ipſum recepiſſent, ſalutem illis donavit; inſtructoque exercitu Syracuſas contendit, quaſi propter ſolitudinem, & annuntiatam relictis ſuperſtitibus calamitatem, iam iam urbem in poteſtatem redacturus.

XVI. Mittit tamen prius legationem, & Antandro

Cum Antander & Erymnon de deditione urbis diſſentirent,

διδόντος Ἀντάνδρῳ καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ, εἰ παραδιδόασι τὴν πόλιν, ἀσφάλειαν, [1] συνήδρευσαν τῶν ἡγεμόνων οἱ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦντες ἔχειν, [καὶ] ῥηθέντων πολλῶν λόγων, Ἄντανδρος μὲν ᾤετο δεῖν παραδιδόναι τὴν πόλιν, ὢν ἄνανδρος φύσει, καὶ τῆς τἀδελφοῦ [2] τόλμης καὶ πράξεως ἐναντίαν ἔχων διάθεσιν· Ἐρύμνων δ' ὁ Αἰτωλὸς παρακαθεσταμένος ὑπ' Ἀγαθοκλέους τἀδελφῷ σύνεδρος, τὴν ἐναντίαν δοὺς γνώμην, ἔπεισεν ἅπαντας διακαρτερεῖν. [3] μέχρις ἂν πύθωνται τἀληθές. εἶτα Ἀμίλκας μὲν, μαθὼν τὰ δόξαντα τοῖς ἐν τῇ πόλει, συνεπήγνυε μηχανὰς παντοίας, διεγνωκὼς προσβάλλειν. Ἀγαθοκλῆς δὲ δύο τριακοντόρους μετὰ τὴν μάχην νεναυπηγημένος, τὴν ἑτέραν ἀπέστειλεν εἰς Συρακούσας, ἐρέτας ἐμβιβάσας τοὺς κρατίστους, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πιστευομένων φίλων ἕνα

venit victoriae nuntius ab Agathocle;

1 Συνεδρευσάντων τῶν ἡγ. editi, & mox ῥηθέντων πολλῶν.

2 Τόλμης ἐναντίαν Reg. 2. Ven. Baſil. Cett. καὶ πράξεως interponunt, quo carere poſſumus.

3 Μέχρις ἂν ὅπου Reg. 1. Legebatur μέχρι. Paullo ante Ἐρύμων Baſil.

cum adhaerentibus, ſi urbem ipſi tradant, impunitatem concedit. Fit igitur ducum, qui auctoritate praeſtare videbantur, conſeſſus. Ibi multis ultro citroque dictis, Antander natura effeminatus, & contrarium fratris audaciae rebuſque geſtis ingenium habens, urbem dedendam cenſet. Sed Erymnon Aetolus, quem conſiliarium fratri Agathocles adiunxerat, contrariam edens ſententiam, omnibus, dum verum explorarint, perſeverandi auctor eſt. Tum Amilcar, de oppidanorum ſententia edoctus, machinas omnis generis, obfirmato ad oppugnationem animo, compegit. Agathocles vero, poſt conflictum illum, duas naves, quas Triacontoros a XXX remis vocant, conſtruxerat. Harum alteram Syracuſas miſit, collocatis in eam remigibus praeſtantiſſimis & Nearcho, ex fideliſſimis, quos ſecum habebat, amicis uno, qui vi-

Νέαρχον, ἀπαγγελοῦντα τοῖς ἰδίοις τὴν νίκην. ἔπειτ' εὐπλοίας γενομένης, πεμπταῖοι ταῖς Συρακούσαις νύκτωρ προσεπέλασαν, καὶ στεφανωσάμενοι, καὶ παιανίσαντες κατὰ τὸ πλοῖον, ἅμ' ἡμέρᾳ κατέπλεον ἐπὶ τὴν πόλιν. αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων αἰσθόμεναι, κατὰ σπουδὴν ἐπεδίωκον· καὶ οὐ πολὺ προειληφότων τῶν ὑποφευγόντων, ἀγὼν τῆς εἰρεσίας [1] ἐγίνετο. ἅμα δὲ τῇ τῶν ἐρετῶν φιλοτιμίᾳ συνέβη τούς τε ἐκ τῆς πόλεως καὶ τοὺς πολιορκοῦντας αἰσθομένους συνδραμεῖν ἐπὶ τὸν λιμένα, καὶ τοῖς ἰδίοις ἑκατέρους συναγωνιῶντας ἀναβοᾶν θαῤῥεῖν. ἤδη δὲ τῆς τριακοντόρου καταλαμβανομένης, οἱ Βάρβαροι μὲν ἐπηλάλαξαν, οἱ δ' ἐκ τῆς πόλεως ἀδυνατοῦντες βοηθεῖν, τοῖς θεοῖς ηὔχοντο περὶ τῆς σωτηρίας τῶν καταπλεόντων. τῆς πρώρας δὲ τῶν διωκόντων [2] εἰς ἐμβολὴν ἤδη φερομένης, οὐκ ἄποθεν τῆς γῆς ἔφθασε τὸ διωκόμενον σκάφος ἐντὸς βέ-

1 Ἐγένετο Reg. 1. Mox τῇ τούτων φιλοτιμίᾳ Reg. 2. cum Baſil. & Venet.

2 Τῆς ἐμβολῆς ἤδη γενομένης &c. Reg. 1. & Steph. margo. Statim ἄπωθε Baſil. Reg. 2.

ctoriam ſuis domi renuntiaret. Secundis igitur ventis uſi, quinto die Syracuſas noctu accedunt, coronatique ac Paeana cantantes, cum illuceſceret, ad urbem provehuntur. Quod ubi naves Carthaginienſium excubitrices ſenſere, citato inſequuntur. Et quia non multum praeverterant fugientes, certamen remigationis oritur. Dumque remiges ita inter ſe contendunt, ab oppidanis & obſidentibus re animadverſa concurritur ad portum, & utrique de ſuis anxii, ut praeſenti ſint animo illos exhortantur. Et iam iam comprehendebatur trigintaremis; Barbarique iubilare, oppidani vero, quod ſuppetias ferre non poſſent, pro ſalute adnavigantium ſuorum vota Diis facere. Cumque perſequentes iam proram impacturi eſſent, non procul a terra navis appetita, intra teli ia-

λους γενόμενον, καὶ τῶν Συρακουσίων προσβοηθησάντων ἐξέφυγε τὸν κίνδυνον. Ἀμίλκας δ' ὁρῶν τοὺς ἐκ τῆς πόλεως διὰ τὴν ἀγωνίαν καὶ τὸ παράδοξον τῆς προσδοκωμένης ἀγγελίας [1] ἐπὶ τὸν λιμένα συνδεδραμηκότας, ὑπολαβὼν εἶναι μέρος τι τοῦ τείχους ἀφύλακτον, ἔπεμψε τῶν στρατιωτῶν τοὺς κρατίστους μετὰ κλιμάκων. οὗτοι δ' εὑρόντες [2] ἐκλελειμμένας τὰς φυλακὰς, ἔλαθον προσαναβάντες· καὶ σχεδὸν αὐτῶν μεσοπύργιον ἤδη κατειληφότων, ἡ κατὰ τὸ σύνηθες [3] ἐφοδία παραγενομένη κατενόησε. γενομένης δὲ μάχης, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως συνέδραμον, καὶ φθάσαντες τοὺς μέλλοντας τοῖς ἀναβεβηκόσι προσβοηθεῖν, οὓς μὲν ἀπέκτειναν, οὓς δ' ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων κατεκρήμνισαν. ἐφ' οἷς Ἀμίλκας περιαλγὴς γενόμενος, ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς εἰς Καρχηδόνα βοήθειαν ἐξέπεμψε μετὰ στρατιωτῶν πεντακισχιλίων.

quo accepto, cives incurrentes in obſidentes, Amilcarem urbe diſcedere cogunt.

ιζ'. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ὁ μὲν Ἀγαθο-

Interea Agathocles,

1 Ὑπὸ ora St. Reg. 1. 2 Λελειμμένας Reg. 2. Baſ. 3 Ἐφορεία R. 2.

ctum ſubire occupat, & opem ferentibus Syracuſanis periculum evadit. Tum Amilcar, cives prae ſollicitudine repentinoque exſpectati nuntii adventu ad portum confluxiſſe videns, quod partem muri incuſtoditam eſſe coniiceret, fortiſſimos militum cum ſcalis ire iuſſit. Qui derelictas nacti cuſtodias, nemine ſentiente conſcenderunt. Et iam intervallum inter duas turres prope occupaverant, cum uſitata vigilum luſtratio, ad eum locum deveniens, id animadvertit. Orta igitur pugna, fit civium concurſus: qui antevertentes ſubſidia ingreſſis ventura, illos partim interficiunt, partim de propugnaculis dant praecipites. Ob quae non parum contriſtatus Amilcar, exercitum ab urbe abduxit, & militum IↃↃ Carthaginienſibus auxilio miſit.

XVII. Dum haec geruntur, Agathocles, iam campe-

κλῆς, κρατῶν τῶν ὑπαίθρων, τὰ περὶ τὴν Καρχηδόνα χωρία κατὰ κράτος ᾕρει, καὶ τῶν πόλεων ἃς μὲν διὰ φόβον, ἃς δὲ διὰ τὸ πρὸς Καρχηδονίους μῖσος προσηγάγετο. παρεμβολὴν δὲ πλησίον τοῦ Τύνητος ὀχυρωσάμενος, καὶ τὴν ἱκανὴν ἀπολιπὼν φυλακὴν, ἀνέζευξε πρὸς τὰς [1] ἐπὶ θαλάττῃ κειμένας πόλεις· καὶ πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν κατὰ κράτος, φιλανθρώπως ἐχρήσατο τοῖς χειρωθεῖσιν. εἶτα παρελθὼν ἐπ᾽ Ἀδρύμητα, πρὸς μὲν ταύτην πολιορκίαν συνεστήσατο, [2] Ἐλύμαν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων εἰς συμμαχίαν προσελάβετο. ἃ δὴ πυθόμενοι οἱ Καρχηδόνιοι, πᾶσαν τὴν δύναμιν προσήγαγον ἐπὶ τὸν Τύνητα, καὶ τῆς μὲν Ἀγαθοκλέους στρατοπεδείας ἐκυρίευσαν, τῇ πόλει δὲ μηχανὰς προσαγαγόντες, συνεχεῖς προσβολὰς ἐποιοῦντο. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς, ἀπαγγειλάντων τινῶν αὐτῷ τὰ περὶ τοὺς ἰδίους ἐλαττώματα, τὸ μὲν πολὺ τῆς δυνάμεως κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πολιορκίας· τὴν δὲ θεραπείαν καὶ τῶν στρατιωτῶν ὀλίγους ἀναλαβὼν, λάθρα προσ-

quamvis multis ſubactis oppidis,

caſtris apud Tunetem exuitur.

1 Ἐπὶ τῇ θαλ. Reg. 1. 2 Αἰλύμαν Steph. m. Ἀλύμ. R. 2. Αιλύμ. Baſ.

ſtria in poteſtate habens, caſtella vicina Carthagini vi cepit, urbiumque alias metu, alias odio Carthaginienſium, ſubiunxit. Caſtriſque prope Tunetem munitis, cum praeſidium ſatis validum inibi reliquiſſet, in oppida mari vicina movit. Primamque vi ſubegit novam urbem; ſubactis autem clementem ſe exhibuit. Inde verſus Adrymetum progreſſus, obſidione illam cinxit. Elymam vero Afrorum regem ſocietate armorum ſibi adiunxit. Quibus auditis, Carthaginienſes vim belli omnem Tunetem convertunt, caſtriſque Agathoclis potiti, admotis urbi machinis, continua oppugnatione illam premunt. Agathocles, de ſuorum clade per nuntios quorundam certior factus, maximam exercitus partem in obſidione reliquit, aſſumtoque ſatellitio, cum exigua manu in montem quen-

ἦλθεν ἐπί τινα τόπον ὀρεινὸν, ὅθεν ὁρᾶσθαι δυνατὸν ἦν αὐτὸν ὑπὸ [1] τῶν Ἀδρυμητινῶν καὶ τῶν Καρχηδονίων, τοῖς Τύνητα πολιορκούντων· νύκτος δὲ συντάξας τοῖς στρατιώταις ἐπὶ πολὺν τόπον πυρὰ κάειν, δόξαν ἐποίησε τοῖς μὲν Καρχηδονίοις, ὡς μετὰ μεγάλης δυνάμεως [2] ἐπ' αὐτοὺς πορευόμενος, τοῖς δὲ πολιορκουμένοις, ὡς ἄλλης δυνάμεως ἁδρᾶς τοῖς πολεμίοις εἰς συμμαχίαν παραγεγενημένης. ἀμφότεροι δὲ τῷ ψεύδει τοῦ στρατηγήματος παραλογισθέντες, παραλόγως ἠλαττώθησαν· οἱ μὲν τὸν Τύνητα πολιορκοῦντες, φυγόντες εἰς Καρχηδόνα, καὶ τὰς μηχανὰς ἀπολιπόντες· οἱ δ' Ἀδρυμητινοὶ διὰ τὸν φόβον παραδόντες τὴν πατρίδα. Ἀγαθοκλῆς δὲ ταύτην δι' ὁμολογίας παραλαβὼν, [3] Θάψον εἷλε κατὰ κράτος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ πόλεων ἃς μὲν ἐξεπολιόρκησεν, ἃς δὲ προσηγάγετο. τὰς

Sed ſtrategemate Tunetem obſidentes fefellit,

& ingentes contra hoſtes progreſſus fecit.

1 Τῆς τῶν Ἀδρυμητινῶν καὶ τῶν Καρχηδονίων τὸν Τύνητα πολιορκούντων ora Steph. In Reg. 2. Baſ. Vat. deſt & χώρας poſt πολιορκούντων. Editum fuerat τῶν Ἀδρυμητινῶν τὸν Τύνητα πολιορκούντων χώρας &c.

2 Καὶ ἁδρᾶς ἐπ' αὐτοὺς Reg. 1. non bene.

3 Θάττον Venet. Statim κατακράτος Baſil.

dam tacite contendit, unde tum abs Adrymetinorum, tum Carthaginienſium, qui Tunetem obſidebant, multitudine conſpici poſſet. Noctu vero iuſſis ad longum tractum ignes excitare militibus, ſuſpicionem Carthaginienſibus iniecit, quaſi valida contra ipſos manu acceleraret; obſeſſis autem, veluti novae hoſtibus copiae magno numero ſuppetias latum adeſſent. Eo ſtrategematis mendacio utrique decepti, cladibus improviſis afficiebantur. Nam qui Tunetem obſidebant, Carthaginem refugere, machinis etiam relictis. Adrymetini vero prae metu patriae deditionem fecere. Hac igitur certis pactionibus recepta, vi Thapſum cepit Agathocles. Aliaſque in illo tractu urbes, tum expugnando, tum perſuadendo, ad ſe pertraxit. Oppidis tandem in univerſum plus quam

ἁπάσας δὲ πόλεις πλείους τῶν διακοσίων κεχειρωμένος, εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Λιβύης διενοεῖτο στρατεύειν.

ιη΄. Ἀναζεύξαντος οὖν αὐτοῦ, καὶ πλείους ἡμέρας ὁδοιποροῦντος, Καρχηδόνιοι τὴν ἐκ Σικελίας διακομισθεῖσαν δύναμιν καὶ τὴν ἄλλην στρατιὰν προαγαγόντες, πάλιν τὸν Τύνητα πολιορκεῖν ἐπεχείρησαν, καὶ τῶν ἐγχωρίων οὐκ ὀλίγα, τῶν ὑπὸ τοὺς πολεμίους ὄντων ἀνεκτήσαντο. Ἀγαθοκλῆς δὲ, βιβλιαφόρων αὐτῷ παραγεγενημένων ἀπὸ τοῦ Τύνητος, καὶ τὰ πεπραγμένα τοῖς Φοίνιξι διασαφούντων, εὐθὺς ἀνέστρεψεν. ὡς δ᾽ ἀπέσχε τῶν πολεμίων σταδίους διακοσίους, κατεστρατοπέδευσε, [1] καὶ τοῖς στρατιώταις πυρὰ καίειν ἀπηγόρευσε. χρησάμενος δὲ νυκτοπορίᾳ, προσέπεσεν ἅμ᾽ ἡμέρᾳ τοῖς τε προνομεύουσι τὴν χώραν, καὶ τοῖς ἐκτὸς τῆς παρεμβολῆς ἄνευ τάξεως πλανωμένοις. καὶ φονεύσας μὲν ὑπὲρ [2] τοὺς δισχιλίους, ζωγρήσας δ᾽ οὐκ ὀλίγους, πολλὰ πρὸς τὸ μέλλον ἐπλεονέκτησεν. οἱ γὰρ

Carthaginienſes de novo Tunetem obſident.

Haud opinatos opprimit Agathocles, iiſque novum terrorem iniicit.

1 Καὶ τοὺς στρατιώτας Reg. 1. 2 Articulum non habet Baſil.

ducentis in poteſtatem redactis, in ſuperioris Libyae terras expeditionem facere conſtituit.

XVIII. Motis igitur caſtris, cum multorum itinere dierum proceſſiſſet, Carthaginienſes, eductis tum aliis, tum quae ex Sicilia traiecerant, copiis, obſidionem Tunetis denuo aggrediuntur, nec pauca incolarum, quae ſub hoſtium fuerant ditione, recuperant. Quare cum tabellarii ex Tunete advenirent, & quae geſta eſſent a Poenis referrent, Agathocles e veſtigio regreditur. Ubi iam ducentis ab hoſte ſtadiis aberat, caſtra metatur, & militibus, ne ignes accendant, interdicit. Arreptoque per noctem itinere, ſub initium diei in depopulantes agrum, & inordinatim extra caſtra palantes, irruit, & plus quam duobus millibus caeſis, captiſque non paucis, magnos ad ſucceſſus futuros progreſſus fecit. Carthaginienſes enim,

Καρχηδόνιοι, τῆς ἐκ Σικελίας προσγενομένης βοηθείας, καὶ τῶν κατὰ Λιβύην συμμάχων συναγωνιζομένων, ἐδόκουν ὑπερέχειν τῶν περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα. τούτου δὲ τοῦ προτερήματος γενομένου, πάλιν συνεστάλη τὰ φρονήματα τῶν Βαρβάρων. καὶ γὰρ [1] Ἐλύμαν τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων ἀποστάτην γενόμενον ἐνίκησε μάχῃ, καὶ τόν τε δυνάστην καὶ πολλοὺς τῶν Βαρβάρων ἀνεῖλε. καὶ τὰ μὲν περὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην ἐν τούτοις ἦν.

In Macedonia Caſſander Autariatas bello ſubegerat.

ιθ΄. Κατὰ δὲ τὴν Μακεδονίαν, Κάσσανδρος μὲν βοηθήσας Αὐτολέοντι τῷ [2] τῶν Παιόνων βασιλεῖ διαπολεμοῦντι πρὸς Αὐταριάτας, τοῦτον μὲν ἐκ τῶν κινδύνων ἐρρύσατο, τοὺς δὲ Αὐταριάτας σὺν τοῖς ἀκολουθοῦσι παισὶ καὶ γυναιξὶν, ὄντας εἰς δισμυρίους, κατῴκισε παρὰ τὸ καλούμενον [3] Ὀρβηλὸν ὄρος. τούτου δὲ περὶ ταῦτ᾽ ὄντος, κατὰ μὲν τὴν Πελοπόννησον Πτολεμαῖος ὁ στρατηγὸς Ἀντιγόνου δυνάμεις πεπιστευμένος,

Ad eum Ptolemaeus, Antigoni in Peloponneſo legatus, deficit.

1 Ἐλύμαντον Reg. 1. & ora St. Ἀλύμαν vulgo. Statim ἐνίκησαν Reg. 1. & Vatic. Tum poſt pauca ἀνεῖλον iidem & Reg. 2.

2 Deſideratur in Baſ. & Reg. 2. Ceterum in utroque Αὐδολέοντι.

3 Ὀρβηλὸν Reg. 2. Baſil. Ven. ora Steph. Edd. Ὀρβίταον abſurde.

ſubſidiis e Sicilia iam aucti, & ſociorum in Africa auxiliis confirmati, Agathocle ſuperiores eſſe putabantur. Sed poſt hunc Agathoclis ſucceſſum, animi Barbarorum rurſus infracti ſunt. Nam & Elymam, Afrorum regem, qui deſciverat, proelio vicit, & principem cum magna Barbarorum multitudine occidit. Hic ergo Siciliae & Africae ſtatus tum erat.

XIX. Ceterum in Macedonia Caſſander, cum auxilium tuliſſet Autoleonti Paeonum regi, bellum gerenti cum Autariatis, illum e periculo exemit, & Autariatas cum liberis & uxoribus, quos in comitatu habebant, ad CCIↃↃ CCIↃↃ iuxta Orbelum, quem vocant, montem collocavit. Dum his ille occupatur, in Peloponneſo dux Antigoni Ptolemaeus, cuius fidei exercitum ille commiſerat,

καὶ τῷ δυνάστῃ προσκόψας ὡς οὐ κατὰ τὴν ἀξίαν τιμώμενος, Ἀντιγόνου μὲν ἀπέστη, πρὸς δὲ Κάσσανδρον συμμαχίαν [1] ἐποιήσατο. καταλελοιπὼς δὲ τῆς [2] ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπείας ἐπιστάτην Φοίνικα τῶν πιστοτάτων φίλων, ἀπέστειλεν αὐτῷ στρατιώτας, ἀξιῶν διαφυλάττειν τὰ φρούρια καὶ τὰς πόλεις, καὶ μὴ προσέχειν Ἀντιγόνῳ. τῶν δὲ κοινῶν συνθηκῶν τοῖς ἡγεμόσι περιεχουσῶν ἐλευθέρας ἀφεῖσθαι τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, οἱ περὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου δυνάστην ἐγκαλέσαντες Ἀντιγόνῳ, διότι φρουραῖς τινας διείληφε τῶν πόλεων, πολεμεῖν παρεσκευάζοντο. [3] καὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐξαποστείλας Πτολεμαῖος καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην, τὰς ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ πόλεις οὔσας ὑπ' Ἀντίγονον ἐχειρώσατο. διεπέμπετο δὲ καὶ τὰς ὑπὸ Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον πόλεις, ἀξιῶν συμφρονεῖν ἑαυτῷ, καὶ κωλύειν Ἀντίγονον ἰσχυρὸν γίνε-

Antigonum inſuper bello petit Ptolemaeus, Aegypti dynaſta.

1 Συνεστήσατο in Steph. marg. ex Reg. 1.
2 Ἐφ' Ἑλλήσποντον idem.
3 Καὶ τότε τὴν Reg. 1.

principi ſuo infenſus, quod meritis honoribus non afficeretur, fidem Antigoni deſerit, & ſocietatem cum Caſſandro init. Reliquerat autem procuratorem ſatrapiae ad Helleſpontum quendam ex fideliſſimis amicis Phoenicem. Huic milites tranſmittit, utque caſtella & urbes tueatur, nec Antigoni deinceps auctoritatem ſequatur, monet. Erat in communi ducum foedere etiam hoc comprehenſum, ut Graecas urbes liberas dimitterent. Ideo Ptolemaeus Aegypti princeps, Antigonum criminatus, quod oppida nonnulla praeſidiis muniiſſet, bellum ei moliebatur. Miſſiſque cum Leonide praefecto copiis, aſperae Ciliciae urbes, Antigono ſubiectas, poteſtatis ſuae faciebat. Ad urbes etiam Caſſandro & Lyſimacho addictas rogatum miſit, ut ſuam amplexae ſententiam, ne creſceret po-

Sed ubique victor Antigonus.

σθαι· ὁ δ' Ἀντίγονος τῶν υἱῶν Φίλιππον μὲν τὸν νεώτερον ἐξέπεμψεν ἐφ' Ἑλλήσποντον, διαπολεμήσοντα Φοίνικι καὶ τοῖς ἀφεστηκόσι, Δημήτριον δ' ἐπὶ Κιλικίαν. ὃς ἐνεργὸν ποιησάμενος τὴν στρατείαν, ἐνίκησε τοὺς τοῦ Πτολεμαίου στρατηγοὺς, καὶ τὰς πόλεις ἀνεκτήσατο.

Novos motus in Caſſandrum excitat Polyſperchon, Pergamo arceſſens Herculem, Alexandri F.

κ'. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Πολυσπέρχων περὶ Πελοπόννησον διατρίβων, καὶ Κασσάνδρῳ μὲν ἐγκαλῶν, τῆς δὲ Μακεδόνων ἡγεμονίας [1] πάλιν ὀρεγόμενος, ἐκ Περγάμου μετεπέμψατο τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα, ὃς ἦν Ἀλεξάνδρου μὲν υἱὸς, τρεφόμενος δ' ἐν Περγάμῳ, τὴν δ' ἡλικίαν περὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη γεγονώς. ὁ δ' οὖν Πολυσπέρχων διαπέμπων πολλαχοῦ πρὸς τοὺς ἰδιοξένους καὶ τοὺς ἀλλοτρίως διακειμένους πρὸς Κάσσανδρον, ἠξίου κατάγειν τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. [2] ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Αἰτωλῶν, ἀξιῶν δύναμίν τε δοῦναι καὶ συστρα-

1 Πάλαι ora Steph. ex Reg. 1. quo non indigemus.

2 Deſunt Baſil. uſque τῶν δὲ πραγμάτων.

tentia Antigoni, prohiberent. Antigonus vero natu minorem filium Philippum, cum Phoenice & defectoribus belligeratum, ad Helleſpontum miſit; ſed in Ciliciam Demetrium. Qui militiae ſuae munus ſtrenue exſequens, & Ptolemaei duces vicit, & urbes recuperavit.

XX. Dum iſta peraguntur, Polyſperchon, in Peloponneſo agens, dum in crimen vocat Caſſandrum, & Macedonum imperium rurſus affectat, e Pergamo Herculem Barſines arceſſit. Is Alexandri filius erat, & Pergami educabatur, iam circiter XVII annos natus. Polyſperchon igitur ſaepenumero ad hoſpites ſuos privatos & Caſſandri inimicos miſſitans, ut adoleſcentem in regnum paternum reducerent, orabat. Per literas etiam ad rempublicam Aetolorum miſſas rogaverat, ut ſuppeditatis copiis,

τεύειν, ἐπαγγελλόμενος πολλαπλασίους χάριτας ἀποδώσειν, ἐὰν συγκαταγάγωσι τὸ μειράκιον ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν. τῶν δὲ πραγμάτων αὐτῷ κατὰ νοῦν γενομένων, [1] προθύμως θ' ὑπακουόντων τῶν Αἰτωλῶν, καὶ πολλῶν ἄλλων συντρεχόντων ἐπὶ τὴν κάθοδον τοῦ βασιλέως, οἱ σύμπαντες ἠθροίσθησαν, πεζοὶ [2] μὲν ὑπὲρ τοὺς δισμυρίους, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους χιλίων. καὶ Πολυσπέρχων μὲν περὶ τὰς εἰς τὸν πόλεμον παρασκευὰς γινόμενος, χρήματά τε συνῆγε, καὶ πρὸς τοὺς οἰκείως ἔχοντας τῶν Μακεδόνων διαπεμπόμενος ἠξίου συνεργεῖν.

κα'. Πτολεμαῖος δὲ τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων κυριεύων, ἐπειδὴ τινῶν ἐπύθετο Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων ἐν ἀπορρήτοις ἰδίᾳ πρὸς Ἀντίγονον συντεθεῖσθαι φιλίαν, ἔπεμψε τῶν φίλων Ἀργαῖον καὶ Καλλικράτην, προστάξας αὐτοῖς ἀνελεῖν τὸν Νικοκλέα. πάνυ γὰρ εὐλαβεῖτο, μὴ καὶ τῶν ἄλλων τινὲς ὁρμήσωσι

Ptolemaeus, ſubacta Cypro, ſaevit in Nicoclem, Paphiorum regem.

1 Προθύμως τ' ἀκουόντων Baſil. 2 Abeſt Baſil.

in ſocietatem expeditionis venirent, multo ampliorem ſe gratiam, ſi reſtitutionem in regnum paternum pueri adiuvarent, retributurum pollicitus. Dumque e ſententia res eveniunt, & Aetoli ſe poſtulatis attemperant, multi inſuper alii ad reditum novi regis confluunt, ſummatim ſupra CCIↃↃ CCIↃↃ peditum, nec infra CIↃ equitum congregantur. Et Polyſperchon, in belli apparatum incumbens, pecunias colligit, ad Macedones etiam amice affectos, qui auxilia peterent, mittit.

XXI. Interea Ptolemaeus, iam Cypri urbes ſub ditione habens, poſtquam a Nicocle, Paphiorum rege, occultam cum Antigono amicitiam fuiſſe initam, ex relatu quorundam cognovit, ex amicorum numero Argaeum & Callicratem, cum mandatis de tollendo Nicocle, miſit. Magnopere enim metuebat, ne qui alii etiam ad mu-

πρὸς μεταβολὴν, [1] ὁρῶντες ἀθρόους γεγονότας τοὺς πρότερον ἀφεστηκότας. οὗτοι μὲν οὖν πλεύσαντες εἰς τὴν νῆσον, καὶ παρὰ Μενελάου τοῦ στρατηγοῦ στρατιώτας λαβόντες, περιέστησαν τὴν οἰκίαν τοῦ Νικοκλέους, καὶ τὰ δόξαντα τῷ βασιλεῖ δηλώσαντες, προσέταξαν ἑαυτὸν ἀπαλλάξαι τοῦ ζῆν. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον πρὸς τὴν ἀπολογίαν ἐτρέπετο τῶν ἐγκαλουμένων· ὡς δ' οὐδεὶς προσεῖχεν, ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. Ἀξιοθέα δὲ ἡ γυνὴ τοῦ Νικοκλέους, ἀκούσασα τὴν [2] τοῦ ἀνδρὸς τελευτὴν, τὰς μὲν θυγατέρας τὰς ἑαυτῆς παρθένους οὔσας ἀπέσφαξεν, ὅπως [3] μηδεὶς αὐτῶν πολέμιος κυριεύσῃ· τὰς δὲ τῶν ἀδελφῶν τῶν Νικοκλέους γυναῖκας προετρέψατο μεθ' αὐτῆς ἑλέσθαι τὸν θάνατον, [4] οὐδὲν συντεταχότος Πτολεμαίου περὶ τῶν γυναικῶν, ἀλλὰ συγκεχωρηκότος αὐταῖς τὴν ἀσφάλειαν. τῶν δὲ βασιλείων πεπληρωμένων φόνων καὶ συμπτωμάτων ἀπροσδοκήτων, οἱ τοῦ Νικοκλέους ἀδελφοὶ συγ-

1 Ὁρῶν Baſ. Οὓς ἀθρόους γεγονότας οὐ ῥᾴδιον ἦν πάντας συλλαβεῖν. οὗτοι Reg. 1. & ora Steph.

2 Deſit articulus Reg. 2. Baſil.

3 Μηθεὶς Baſil.

4 Οὐδὲν οὖν Reg. 2. Baſil.

tationem properarent, cum plurimos iam antea viderent defeciſſe. Illi ergo in inſulam profecti, a Menelao exercitus praefecto militibus acceptis, domum Nicoclis circumſiſtunt, & expoſito regis decreto, ut vita ſe abdicaret, imperant. Qui ad diluendum quae obiiciebantur, primum ſe convertit: aſt ubi nemo attendit, ſibi manus infert. Axiothea, Nicoclis uxor, audita viri morte, filias ſuas adhuc virgines iugulat, ne quis hoſtium ſibi illas mancipet, fratrumque Nicoclis coniuges, ut una cum ipſa mortem oppetant, inſtigat, cum tamen nihil acerbi in eas feminas ſtatuiſſet Ptolemaeus, ſed incolumitatem illis conceſſiſſet. Quamobrem regia tam improviſis repleta caedibus & infortuniis, fratres Nicoclis, fo-

κλείσαντες τὰς θύρας, τὴν μὲν οἰκίαν ἐνέπρησαν, ἑαυτοὺς δ᾽ ἀπέσφαξαν. ἡ μὲν οὖν τῶν ἐν Πάφῳ βασιλέων [1] οἰκία τραγικοῖς συγκυρήσασα πάθεσι, τὸν εἰρημένον τρόπον κατελύθη. ἡμεῖς δὲ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν γεγονότων [2] διελθόντες, ἐπὶ τὰς συνεχεῖς πράξεις μεταβιβάσομεν τὸν λόγον.

κβ΄. Περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐν τῷ Πόντῳ μετὰ τὴν Παρυσάδου τελευτὴν, ὃς ἦν βασιλεὺς τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διετέλουν οἱ παῖδες αὐτοῦ διαπολεμοῦντες πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, Εὔμηλός τε καὶ Σάτυρος καὶ Πρύτανις. τούτων δὲ ὁ μὲν Σάτυρος ὢν πρεσβύτερος παρὰ τοῦ πατρὸς παρειλήφει τὴν ἀρχὴν, βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ· ὁ δ᾽ Εὔμηλος φιλίαν συντεθειμένος πρός τινας τῶν πλησιοχώρων βαρβάρων, καὶ δύναμιν ἁδρὰν ἠθροικὼς, ἠμφισβήτει τῆς βασιλείας. ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Σάτυρος, ἀνέζευξεν ἐπ᾽ αὐτὸν μετὰ δυνάμεως ἁδρᾶς, καὶ διαβὰς

Moritur in Ponto Paryſades, Boſpori rex.

De regno oritur bellum inter relictos tres filios, Satyrum, Eumelum & Prytanim.

1 Συγγένεια margo St. Reg. 1. Stephan. Statim τὴν ἀπαγγελίαν
2 Διαλαβόντες ex Reg. 1. ora praeſtabat.

ribus aedium occluſis, domoque ſuccenſa, mortem cruentam ſibi ipſi conſcivere. Ita familia regum Paphiorum, tragicis oppreſſa calamitatibus, abolita fuit. Nos vero promiſſam rerum narrationem exſecuti, ad reliqua dehinc geſta ſtilum transferemus.

XXII. Per id tempus in Ponto, poſt obitum Paryſadae, qui Boſpori Cimmerici rex fuerat, Eumelus, Satyrus, & Prytanis eius filii, de principatu inter ſe contenderunt. Horum natu maximus Satyrus imperium a patre acceperat, quod ille per XXXVIII annos geſſerat. Eumelus autem, cum Barbaris quibuſdam finitimis amicitiam pactus, de regno fratri controverſiam movit. De quo Satyrus certior factus, cum numeroſa adverſus illum manu contendit, & ſuperato Thapſi fluvio, ubi ca-

τὸν [1] Θάψιν ποταμὸν, ἐπειδὴ πλησίον ἐγένετο τῶν πολεμίων, τὴν μὲν παρεμβολὴν ταῖς ἁμάξαις περιλαβὼν, αἷς ἦν κεκομικὼς τὰς ἀγορὰς οὔσας παμπληθεῖς, τὴν δὲ δύναμιν ἐκτάξας, αὐτὸς κατὰ μέσην ὑπῆρχε τὴν φάλαγγα, καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον. συνεστρατεύοντο δ' αὐτῷ μισθοφόροι μὲν Ἕλληνες οὐ πλείους [2] δισχιλίων, καὶ Θρᾷκες ἴσοι τούτοις· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ὑπῆρχον σύμμαχοι Σκύθαι, πλείους τῶν δισμυρίων, ἱππεῖς δ' οὐκ ἐλάττους μυρίων. τῷ δ' Εὐμήλῳ συνεμάχει μὲν [3] Ἀριοφάρνης ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς, ἱππεῖς μὲν ἔχων δισμυρίους, πεζοὺς δὲ δισχιλίους πρὸς τοῖς δισμυρίοις. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, Σάτυρος μὲν ἔχων περὶ ἑαυτὸν ἐπιλέκτους ἄνδρας, ἱππομαχίαν συνεστήσατο πρὸς τοὺς περὶ Ἀριοφάρνην ἀνθεστηκότας κατὰ μέσην τὴν τάξιν. καὶ πολλῶν παρ' ἀμφοτέροις πεσόντων, τέλος ἐκβιασάμενος ἐτρέψατο τὸν βασιλέα τῶν Βαρβάρων. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐπέκειτο, φονεύων

Ariopharnes, rex Thracum, Eumelum adiuvat.

1 Θάτην in marg. Steph. Baſil. Vatic. Venet.

2 Χιλίων Steph. m. ex Reg. 1.

3 Ἀριστοφάνης ſemper, nimis tamen Graece, Reg. 1. Ἀριφάρνης Vat. Reg. 2. ubique & Baſil.

ſtris hoſtium approximaverat, plauſtris, quibus maximam commeatus vim advexerat, caſtra circumdedit, inſtructaque acie, ipſe medium, ut Scytharum mos habet, agmen obtinebat. Militabant vero ipſi mercenariorum e Graecia duo millia, haud plures, Thraceſque totidem. Ceteri omnes Scythae erant auxiliares, ſupra viginti millia, & decem equitum millibus haud pauciores. Eumelum Ariopharnes rex Thracum adiutabat, vicies mille equites, & viginti duo millia peditum habens. Commiſſo igitur proelio quam acerrimo, Satyrus, qui circum ſe delectos habebat viros, equeſtre init proelium cum Ariopharne, in acie media ſibi oppoſito. Et poſtquam multi utrinque ceciderant, vi tandem perrumpens, regem Barbarorum in fugam convertit: ac primum hoſti incum-

τοὺς ἀεὶ καταλαμβανομένους· μετ᾽ ὀλίγον δὲ πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν Εὔμηλον προτερεῖν περὶ τὸ δεξιὸν κέρας, καὶ τοὺς παρ᾽ αὐτῷ μισθοφόρους τετράφθαι, τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, παραβοηθήσας δὲ τοῖς ἡττημένοις, καὶ τὸ δεύτερον αἴτιος γενόμενος τῆς νίκης, ἅπαν ἐτρέψατο τῶν πολεμίων τὸ στρατόπεδον, ὥστε πᾶσι γενέσθαι φανερὸν, ὅτι καὶ κατὰ γένος καὶ κατ᾽ ἀρετὴν προσῆκον ἦν αὐτῷ διαδέχεσθαι τὴν πατρῴαν βασιλείαν.

κγ΄. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀριοφάρνην καὶ τὸν Εὔμηλον λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ συνέφυγον εἰς τὰ βασίλεια. ταῦτα δ᾽ ἔκειτο μὲν παρὰ τὸν [1] Θάψιν ποταμὸν, ὃς περιῤῥέων αὐτὰ, καὶ βάθος ἔχων ἱκανὸν, ἐποίει δυσπρόσιτον, περιείχετο δὲ κρημνοῖς μεγάλοις, ἔτι δ᾽ ὕλης πλήθει τὰς πάσας εἰσβολὰς δύο ἔχοντι χειροποιήτους. ὧν ἡ μὲν ἦν ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις, ὠχυρωμένη πύργοις ὑψηλοῖς καὶ προτειχίσμασιν· ἡ δὲ [2] καθ᾽ ἑτέρου

Bello decertantes Satyrus & Prytanis, quamvis victores, mortem deinceps oppetunt.

1 Θάτην Steph. ora, Baſil. Vat. Venet. Paullo ante ἔχειντο Reg. 1. mox δυσπρόσιτα commodum foret. 2 Καθ᾽ ἕτερον μέρος Reg. 1.

bens, obvium quemque trucidat; poſt ubi fratrem Eumelum in dextro cornu vincere, ſuoſque mercenarios terga vertiſſe intellexit, a perſecutione deſiſtit, & profligatis ſuccurrens, iterum victoriam parit, totumque hoſtium agmen fundit fugatque, ita ut omnibus planum fieret, iure ad ipſum tum propter aetatem, tum etiam virtutem, pertinere in regno paterno ſucceſſionem.

XXIII. Ariopharnes vero & Eumelus proelio ſuperati in regiam confugere. Haec ſita erat ad Thapſin fluvium: qui circumfluens eam, cum altae ſit profunditatis, difficillimum aditum concedebat. Praecipitia illam ardua cingebant, ſilvaeque confertae, quae duos omnino ingreſſus, & quidem manu factos habebant. Quorum unus ad ipſam patebat regiam, turribus excelſis & propugna-

μέρους ἐν ἕλεσιν ὑπῆρχε, φρουρουμένη ξυλίνοις [1] *ἐρύμασι· διεστύλωτο δ' οἴκοις, ὑπεράνω δὲ τῶν ὑδάτων εἶχε τὰς οἰκήσεις. τοιαύτης δ' οὔσης τῆς περὶ τὸν τόπον ὀχυρότητος, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Σάτυρος τήν τε χώραν τῶν πολεμίων ἐδῄωσε, καὶ τὰς κώμας ἐνεπύρισεν, ἐξ ὧν αἰχμάλωτα σώματα καὶ λείας πλῆθος ἤθροισε. μετὰ δὲ ταῦτα ἐγχειρήσας διὰ τῶν παρόδων βιάζεσθαι, κατὰ μὲν τὸ προτείχισμα καὶ τοὺς πύργους πολλοὺς ἀποβαλὼν τῶν στρατιωτῶν ἀπεχώρησε· κατὰ δὲ τὰ ἕλη βιασάμενος, ἐκράτησε τῶν ξυλίνων φρουρίων· ταῦτα δὲ διαρπάσας, καὶ διαβὰς τὸν ποταμὸν, ἤρξατο κόπτειν τὴν ὕλην, δι' ἧς ἀναγκαῖον ἦν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ βασίλεια. τούτων δὲ ἐνεργῶς συντελουμένων, Ἀριοφάρνης ὁ βασιλεὺς,* [2] *ἀγωνιάσας μὴ κατὰ κράτος ἁλῶναι συμβῇ τὴν ἀκρόπολιν, διηγωνίζετο τολμηρότερον, ὡς ἐν μόνῳ τῷ νικᾷν κειμένης τῆς σωτηρίας.* [3] *διείλετο δὲ καὶ τοὺς*

1 Πείσμασι Steph. marg. & Reg. 1. qui ſtatim διεστύλωτο, ὑπεράνω δέ. at Reg. 2. διεστύλωτο δ' εὐκίοσι.

2 Ἀγωνιασάμενος καὶ ἀγωνιάσας Ven. duplici coniuncta lectione.

3 Διείλατο Reg. 1.

culis obfirmatus. Alter ex diverſa parte in paludibus erat, ligneis turribus & clauſtris munitus, & columnatis aedificiis, quae ſuper aquis habebat, interſeptus. Tanta cum loci firmitas eſſet, Satyrus initio agros hoſtium vaſtavit, pagoſque incendit, unde captivorum praedaeque vim ingentem coëgit. Deinde per aditus irrumpere conatus, ad propugnaculum & turres plurimis ſuorum amiſſis, retroceſſit. Impreſſione autem per paludes facta, ligneis caſtellis potitur. Quibus direptis, traiectoque fluvio, ſilvam etiam, qua neceſſario ad regiam tranſeundum erat, caedere aggreditur. Dumque ſtrenue haec peraguntur, metuens rex Ariopharnes, ne arx vi caperetur, in certamen incubuit confidentius, quippe in victoria ſola repoſitam eſſe incolumitatem videns. Quin &

τοξότας ἐπ' ἀμφότερα τὰ μέρη τῆς παρόδου, δι' ὧν ῥαδίως κατετίτρωσκε τοὺς τὴν ὕλην κόπτοντας, μὴ δυναμένους μήτε προορᾶσθαι τὰ βέλη, μήτ' ἀμύνεσθαι τοὺς βάλλοντας, διὰ τὴν πυκνότητα τῶν δένδρων. οἱ δὲ περὶ τὸν Σάτυρον ἐπὶ τρεῖς μὲν ἡμέρας ἔτεμνον τὴν ὕλην, ὁδοποιούμενοι καὶ διακαρτεροῦντες ἐπιπόνως· τῇ δὲ τετάρτῃ συνήγγισαν μὲν τῷ τείχει, νικώμενοι δὲ τῷ πλήθει τῶν βελῶν καὶ τῇ τῶν τόπων στενοχωρίᾳ, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιέπιπτον. Μενίσκος μὲν γὰρ ὁ τῶν μισθοφόρων ἡγεμὼν, ἀνὴρ καὶ συνέσει καὶ τόλμῃ διαφέρων, προσπεσὼν διὰ τῆς διόδου πρὸς τὸ τεῖχος, καὶ μετὰ τῶν περὶ [1] αὐτὸν λαμπρῶς ἀγωνισάμενος, ἐξεβιάσθη, [2] πολλαπλασίων ἐπ' αὐτὸν ἐπεξελθόντων. ὃν ἰδὼν ὁ Σάτυρος κινδυνεύοντα, ταχέως παρεβοήθει, καὶ τὴν ἐπιφορὰν τῶν πολεμίων ὑποστὰς, ἐτρώθη λόγχῃ διὰ τοῦ βραχίονος. [3] κακῶς δ' ἀπαλλάττων ὑπὸ

1 Ἑαυτὸν Baſil. 2 Πολλαπλασιόνων Reg. 1. 3 Καὶ κακῶς ἀπ. Baſ.

ſagittarios ab utroque tranſitus latere diſtribuit, quorum opera ligna caedentes vulnerabat, cum neque miſſilia praevidere, neque ferientes propulſare, aut ulciſci propter denſitatem arborum, poſſent. Ad triduum tamen ſilvam deiiciendo, viamque aperiundo, Satyri miles quamvis laborioſe perduravit. Quarto demum die muro ſucceſſerunt. At quia telorum copia & locorum anguſtia vincebantur, magnis affecti ſunt detrimentis. Meniſcus enim, mercede militantium ductor, vir intelligentia, animique intrepidi robore praecellens, per aditum illapſus, ad murum licet ſtrenue cum ſuis certaret, retro tamen, longe maiore globo in ipſum erumpente, pellitur. Quem Satyrus in periculo verſantem conſpicatus, auxilio maturato ſublevat: dumque hoſtium impreſſionem excipit, brachium eius haſta tranſverberatur. Quo vulnere gra-

τοῦ τραύματος, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν παρεμβολήν· καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης ἐξέλιπε τὸν βίον, [1] ἐννέα μόνον μῆνας βασιλεύσας μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Παρυσάδου. Μενίσκος δ' ὁ τῶν μισθοφόρων ἡγεμὼν, λύσας τὴν πολιορκίαν ἀπήγαγε τὴν δύναμιν εἰς Γάργαζαν πόλιν· κἀκεῖθεν τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα διὰ τοῦ ποταμοῦ διεκόμισεν εἰς Παντικάπαιον, πρὸς τὸν ἀδελφὸν Πρύτανιν.

κδ'. Ὃς ταφὴν συντελέσας μεγαλοπρεπῆ, καὶ καταθέμενος εἰς τὰς βασιλικὰς θήκας τὸ σῶμα, ταχέως [2] ἧκεν εἰς Γάργαζαν, καὶ τὴν δύναμιν ἅμα καὶ τὴν δυναστείαν παρέλαβεν. Εὐμήλου δὲ διαπρεσβευομένου περὶ μέρους τῆς βασιλείας, τούτῳ μὲν οὐ προσεῖχεν· ἐν δὲ Γαργάζῃ φρουρὰν ἀπολιπὼν, ἐπανῆλθεν εἰς Παντικάπαιον, ἀσφαλισόμενος τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν. καθ' ὃν δὴ χρόνον Εὔμηλος, συναγωνισαμένων αὐτῷ τῶν Βαρβάρων, τήν τε Γάργαζαν κατελάβετο, καὶ τῶν ἄλλων πολισμάτων καὶ χωρίων οὐκ ὀλίγα.

1 Ἐννέα μῆνας μόνον Baſil. 2 Εἶχεν Baſil.

viter affectus, in caſtra ſe recipit, & inſequente nocte vita excedit, cum a morte Paryſadae genitoris vix IX menſes regnaſſet. Meniſcus autem, conductitii militis ductor, obſidione ſoluta, in Gargazam urbem exercitum abduxit. Atque inde regis corpus Panticapaeum ad Prytanim eius fratrem per amnem deportavit.

XXIV. Is, ſepultura magnifice peracta, poſtquam in regia conditoria exuvias repoſuerat, Gargazam abſque mora profectus, exercitum ſimul & principatum accepit. Eumeli tum legatio de parte regni ipſum convenit; verum ille non obtemperavit. Praeſidio itaque Gargazae relicto, Panticapaeum rediit, ut regni ſtatum confirmaret. Per id vero tempus Barbarorum auxilio Gargazam occupat Eumelus, & de ceteris urbibus & caſtellis non

ἐπιστρατεύσαντος δὲ τοῦ Πρυτάνιδος, μάχῃ τε ἐνίκησε τὸν ἀδελφὸν, καὶ συγκλείσας εἰς τὸν ἰσθμὸν, τὸν πλησίον τῆς Μαιώτιδος λίμνης, συνηνάγκασεν ὁμολογίας θέσθαι, καθ' ἃς τούς τε στρατιώτας παρέδωκε, καὶ τῆς βασιλείας ἐκχωρεῖν ὡμολόγησεν. ὡς δὲ παρεγένετο εἰς Παντικάπαιον, ἐν ᾧ τὸ βασίλειον ἦν ἀεὶ τῶν ἐν Βοσπόρῳ βασιλευσάντων, ἐπεχείρησε μὲν πάλιν ἀνακτᾶσθαι τὴν βασιλείαν, κατισχυθεὶς δὲ καὶ φυγὼν εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους, ἀνῃρέθη. Εὔμηλος δὲ μετὰ τὸν τῶν ἀδελφῶν θάνατον βουλόμενος ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἀνεῖλε τούς τε φίλους τῶν περὶ τὸν Σάτυρον καὶ Πρύτανιν, ἔτι δὲ τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα. μόνος δὲ διέφυγεν αὐτὸν ὁ παῖς ὁ Σατύρου Παρυσάδης, νέος ὢν παντελῶς τὴν ἡλικίαν. ἐξιππεύσας γὰρ ἐκ τῆς πόλεως, κατέφυγε πρὸς Ἄγαρον τὸν βασιλέα τῶν Σκυθῶν. ἀγανακτούντων δὲ τῶν πολιτῶν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῶν οἰκείων, συναγαγὼν εἰς ἐκ-

Quo facto Eumelus regno potitus eſt,

pauca. Cumque exercitum in eum duceret Prytanis, ſignis ipſe collatis fratrem vincit; Iſthmoque, paludi Moeoticae vicino, incluſum, ad deditionis pacta adigit, quibus & militem tradit, & regno ſe exceſſurum pollicetur. Ubi vero Panticapaeum rediit, in qua omnium regia erat perpetuo, qui in Boſporo regnarunt, imperium denuo recuperare conatur. Sed victus in Hortos, uti vocant, perfugit, ibique occiditur. Tum Eumelus, poſt mortem fratrum, ut imperium ſtabiliret, amicos Satyri & Prytanis, coniuges praeterea & liberos, e medio ſuſtulit. Solus tantum Paryſades, Satyri filius, oppido iuvenis adhuc, manus eius evaſit. Nam equi celeritate uſus, ex urbe ad Agarum, Scytharum regem, profugit. Cum autem cives neceſſariorum caedem indigne ferrent, advocata in concionem multitudine, Eu-

κλησίαν τὰ πλήθη, περί τε τούτων ἀπελογήσατο, καὶ [1] τὴν πάτριον πολιτείαν ἀποκατέστησε. συνεχώρησε δὲ καὶ τὴν ἀτέλειαν ἔχειν τὴν ἐπὶ τῶν προγόνων [2] οὖσαν τοῖς Παντικάπαιον οἰκοῦσι. προσεπηγγείλατο δὲ καὶ τῶν [3] εἰσφορῶν ἅπαντας ἀφήσειν, καὶ πολλὰ διελέχθη δημαγωγῶν τὰ πλήθη. ταχὺ δὲ πάντων εἰς τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἀποκαταστάντων διὰ τὰς εὐεργεσίας, τὸ λοιπὸν ἐβασίλευεν, ἄρχων νομίμως τῶν ὑποτεταγμένων, καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν οὐ μετρίως θαυμαζόμενος.

idque feliciſſime geſſit & maximopere auxit.

κέ. Βυζαντίους μὲν γὰρ καὶ Σινωπεῖς, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων [4] τῶν τὸν Πόντον οἰκούντων τοὺς πλείστους διετέλεσεν εὐεργετῶν· Καλλαντιανῶν δὲ πολιορκουμένων ὑπὸ Λυσιμάχου, καὶ πιεζομένων τῇ σπάνει τῶν ἀναγκαίων, χιλίους ὑπεδέξατο τοὺς διὰ τὴν σιτοδείαν [5] ἀποχωρήσαντας. οἷς οὐ μόνον τῆς καταφυγῆς παρέσχετο τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλὰ καὶ πόλιν ἔδωκε

1 Deſit articulus Baſil.
2 Omittit Reg. 1.
3 Μισθοφόρων Reg. 1.
4 Τῶν τὴν πόντου Reg. 1.
5 Ἐκχωρήσαντας Vat. Baſ. non male.

melus de perpetratis ſe purgavit, & patriam eis reipublicae formam reſtituit; immunitatem etiam, quam incolae Panticapaei habuerant, illis conceſſit, omnia inſuper tributa ſe illis remiſſurum pollicitus; multaque ad favorem populi conciliandum ſibi tum diſſeruit. Cunctis igitur brevi ad priſtinam benevolentiam per beneficia reductis, aequum deinceps iuxta leges imperium exercuit, nec mediocrem ſibi virtutum admirationem peperit.

XXV. Byzantinos enim & Sinopenſes, ceteroſque Graecos Ponti accolas beneficiis proſequi non intermiſit. Quando Callantiani obſidione premebantur a Lyſimacho, magnaque rerum neceſſariarum inopia laborabant, mille horum, ob victus penuriam emigrantes, ſuſcepit, quibus non perfugium ſolummodo tutum, ſed

[1] κατοικεῖν. ἐπὶ δὲ τούτοις, τὴν ὀνομαζομένην Ψόαν καὶ τὴν χώραν κατεκληρούχησεν. ὑπὲρ δὲ τῶν πλεόντων τὸν Πόντον πόλεμον ἐξενέγκας πρὸς τοὺς λῃστεύειν εἰωθότας βαρβάρους Ἡνιόχους καὶ Ταύρους, ἔτι δ' Ἀχαιοὺς, καθαρὰν λῃστῶν ἀπέδειξε τὴν θάλασσαν· ὥστε μὴ μόνον κατὰ τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην διαγγελλόντων τῶν ἐμπόρων τὴν μεγαλοψυχίαν, ἀπολαμβάνειν τῆς εὐεργεσίας καρπὸν κάλλιστον τὸν ἔπαινον. προσεκτήσατο δὲ καὶ τῆς συνοριζούσης βαρβάρου πολλὴν, καὶ τὴν βασιλείαν ἐπιφανεστέραν ἐπὶ πολὺ κατεσκεύασε· καθόλου δ' ἐπεχείρησε πάντα τὰ περὶ τὸν Πόντον ἔθνη καταστρέφεσθαι, καὶ τάχα ἂν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, εἰ μὴ σύντομον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. πέντε γὰρ ἔτη καὶ τοὺς ἴσους μῆνας βασιλεύσας κατέστρεψε τὸν βίον, παραδόξῳ συμπτώματι χρησάμενος. ἐκ γὰρ τῆς [2] Σκυθι-

Poſt v annorum imperium, curru vectus, conſternatis equis, occubuit.

1 Εἰς ἀσφάλειαν κατοικεῖν Ven. 2 Ἰνδικῆς Baſil. Vatic.

neris ergo nobilitatem Caſſander & Lyſimachus, Antigonus etiam & Ptolemaeus, denique praeſtantiſſimus quiſque ducum, poſt Alexandri obitum, eius matrimonium ambiebat. Cum enim Macedones coniugium hoc ſectaturos unuſquiſque ſperaret, familiam regiam, tanquam ſummum hac ratione imperium ad ſe translaturus, affectabat. At Sardium praefectus, cui attinendae Cleopatrae mandatum dederat Antigonus, diſceſſum eius inhibebat. Et principis deinde iuſſu muliercularum quarundam opera doloſe illam necavit. Antigonus vero, ſe necis auctorem diffamari nolens, quaſdam ex mulierculis, quaſi vitae illius inſidiatas, capite plexit, & funus regia magnificentia curavit. Talem ergo Cleopatra, certatim a nobiliſſimis ambita ducibus, ante nuptiarum conciliationem, vitae exitum ſortita eſt. Nos iam Aſiae Grae-

κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Ἑλλάδα, [1] μεταβιβάσομεν τὸν λόγον ἐπὶ τὰ ἄλλα μέρη τῆς οἰκουμένης.

In Africa Agathocles, relicto ad Tunetem filio, Poenorum caſtra inſequitur,

λη΄. Κατὰ γὰρ τὴν Λιβύην Καρχηδονίων ἐκπεμψάντων δύναμιν τὴν προσδεξομένην τοὺς ἀφεστηκότας Νομάδας, Ἀγαθοκλῆς ἐπὶ μὲν τοῦ Τύνητος [2] ἀπέλιπεν Ἀρχάγαθον τὸν υἱὸν μετὰ μέρους τῆς στρατιᾶς· αὐτὸς δ᾽ ἀναλαβὼν τοὺς κρατίστους, πεζοὺς μὲν ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὀκτακοσίους, ζεύγη δὲ Λιβύων πεντήκοντα, κατὰ σπουδὴν ἐπηκολούθει τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραγενηθέντες εἰς τοὺς Νομάδας τοὺς καλουμένους Ζούφωνας, πολλοὺς τῶν ἐγχωρίων προσηγάγοντο, καὶ τῶν ἀφεστηκότων ἐνίους εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκατέστησαν συμμαχίαν. ἐπεὶ δ᾽ ἤκουσαν πλησίον εἶναι τοὺς πολεμίους, κατεστρατοπέδευσαν ἐπί τινος γεωλόφου περιεχομένου ῥείθροις βαθέσι καὶ δυσπεράτοις· καὶ πρὸς μὲν τὰς ἀπροσδοκήτους ἐπιθέσεις τῶν ἐναντίων ταῦτα προεβάλοντο· τῶν δὲ Νομάδων τοὺς

1 Διαβιβάσομεν Reg. 1. 2 Κατέλιπεν Reg. 1.

ciaeque res exſecuti, ad reliquas orbis partes ſtilum transferemus.

XXXVIII. In Africa Carthaginienſes exercitum ad Numidas, qui defecerant, in ditionem recipiendos miſerant. Agathocles ergo Archagathum filium cum parte exercitus ad Tunetem reliquit. Ipſe cum fortiſſimorum agmine, peditum IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ, & octingentorum equitatu, & Afrorum carrucis L, magnis hoſtem itineribus ſequitur. Interim Carthaginienſes ad Numidas, quos Suphones vocant, progreſſi, multos incolarum ſibi adiungunt. Rebellium etiam nonnullos ad ſocietatem priſtinam reducunt. Audito vero, in propinquo hoſtem eſſe, in tumulo quodam, profundis tranſituque difficillimis fluentis incluſo, caſtra ponunt, eaque repentinis hoſtium incurſionibus opponunt. Numidarum autem maxime ido-

μάλιστα εὐθέτους προσέταξαν ἐπακολουθεῖν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρενοχλοῦντας κωλύειν αὐτῶν τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν. ὧν ποιησάντων τὸ προσταχθὲν, Ἀγαθοκλῆς ἐπὶ μὲν τούτους ἀπέστειλε τούς τε σφενδονήτας καὶ τοξότας, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως ὥρμησεν ἐπὶ τὴν ἄλλην στρατοπεδείαν τῶν πολεμίων. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι, τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ κατανοήσαντες, ἐξήγαγον τὴν στρατιὰν ἐκ τῆς παρεμβολῆς, καὶ παρατάξαντες ἕτοιμοι πρὸς μάχην καθειστήκεισαν. ἐπεὶ δ' ἑώρων τοὺς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα διαβαίνοντας ἤδη τὸν ποταμὸν, συντεταγμένοι ἐνέβαλον, καὶ περὶ τὸ ῥεῖθρον δυσπέρατον ὑπάρχον πολλοὺς τῶν ἐναντίων ἀνήρουν. προσβιαζομένων δὲ τῶν μετ' Ἀγαθοκλέους, οἱ μὲν Ἕλληνες ταῖς ἀρεταῖς ὑπερεῖχον, οἱ δὲ Βάρβαροι τοῖς πλήθεσι περιεγίνοντο. ἔνθα δὴ τῶν στρατοπέδων ἐπὶ πολὺν χρόνον φιλοτίμως ἀγωνιζομένων, οἱ παρ' ἀμφοτέροις Νομάδες τῆς μὲν μάχης ἀφειστήκεισαν, ἐπετήρουν δὲ τὸ τέλος τοῦ κινδύνου, διεγνωκότες τῶν ἡττημέ-

eoſque ad proelium provocatos acri certamine fundit.

neos Graecorum tergis adhaereſcere, & vexationibus moleſtis progreſſum retardare, iubent. Quibus imperata exſequentibus, funditores & ſagittarios Agathocles obiectat, & ipſe cum ceteris copiis ad caſtra hoſtium contendit. Sed Carthaginienſes, animadverſo eius conſilio, e caſtris exercitum educunt, acieque inſtructa, ad conflictum parati reſiſtunt. Ut Agathoclis vero milites iam flumen tranſire vident, compoſito illos agmine invadunt, magnamque hoſtium ad fluvium traiectu difficillimum ſtragem edunt. Interea dum Agathocleani vi tranſitum ſibi facere nituntur, Graeci virtute praecellunt, multitudine Barbari ſuperant. Dumque acies utrinque ad longum temporis ſpatium fortiter dimicant, ex utraque parte Numidae a pugna deſiſtunt, finemque certaminis exſpectant, im-

νων τὰς ἀποσκευὰς διαρπάσαι. Ἀγαθοκλῆς δὲ τοὺς ἀρίστους ἔχων περὶ αὐτὸν, πρῶτος ἐβιάσατο τοὺς ἀνθεστηκότας, καὶ τῇ τούτων τροπῇ τοὺς λοιποὺς Βαρβάρους φυγεῖν ἐποίησε· μόνοι δὲ τῶν ἱππέων συναγωνιζόμενοι τοῖς Καρχηδονίοις Ἕλληνες, ὧν Κλίνων ἡγεῖτο, τοὺς περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα βαρεῖς [1] ἐπικειμένους ὑπέστησαν. ἀγωνισαμένων δ' αὐτῶν λαμπρῶς, οἱ πλεῖστοι μὲν ἀνῃρέθησαν μαχόμενοι γενναίως· οἱ δὲ περιλειφθέντες [2] αὐτῶν τύχῃ τινὶ διεσώθησαν.

λθ'. Ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀφεὶς τὸ διώκειν τούτους, ὥρμησεν ἐπὶ τοὺς καταφεύγοντας Βαρβάρους εἰς τὴν παρεμβολήν· καὶ προσβιαζόμενος τόποις προσάντεσι καὶ δυσπροσίτοις, οὐχ ἧττον ἔπασχεν ἢ διετίθει τοὺς Καρχηδονίους. οὐ μὴν ἔληγε τῆς τόλμης, ἀλλὰ τῇ νίκῃ μετεωριζόμενος ἐνέκειτο, διαλαμβάνων κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν στρατοπεδείαν. ἐν τοσούτῳ δὲ τὸ τέλος τῆς μάχης καραδοκοῦντες οἱ Νομάδες, ταῖς μὲν τῶν Καρ-

Interea Numidae Graecorum caſtra ſpoliant.

1 Ἐγκειμένους Reg. 1. 2 Hanc vocem omittit cum Baſ. Reg. 2.

pedimenta profligatorum diripiendi conſilio. Tandem Agathocles cum ſuis, quos circa ſe fortiſſimos habebat, primus aciem ſibi oppoſitam perrupit, huiuſque fuga, ut ceteri etiam terga Barbari verterent, effecit. Equites tantum Graeci, qui Carthaginienſibus militabant ductu Clinonis, Agathocleanos milites graviter incumbentes ſuſtinebant. Acrique certamine commiſſo, illorum plerique ſtrenue pugnantes occubuere; reliqui caſu quodam evaſerunt.

XXXIX. Tum Agathocles, ab inſecutione deſiſtens, impetu in Barbaros, qui in caſtra refugerant, converſo, dum locis arduis & acceſſu difficilibus irrumpere nititur, non minus damni patitur, quam infert Carthaginienſibus; nihil tamen idcirco de pertinacia remittit, ſed victoria elatus hoſtem urget, vi caſtra expugnaturum ſe confidens. Interea intenti in pugnae eventum Numidae,

χηδονίων ἀποσκευαῖς οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἐπιθέσθαι, διὰ τὸ τὰς δυνάμεις ἀμφοτέρας πλησίον τῆς παρεμβολῆς ἀγωνίζεσθαι· ἐπὶ δὲ τὴν τῶν Ἑλλήνων στρατοπεδείαν ὥρμησαν, εἰδότες τὸν Ἀγαθοκλέα μακρὰν ἀπεσπασμένον. ἐρήμου δ' αὐτῆς οὔσης τῶν δυναμένων ἀμύνασθαι, ῥᾳδίως ἐπιπεσόντες τοὺς μὲν ἀντιστάντας ὀλίγους ὄντας ἀπέκτειναν, αἰχμαλώτων δὲ πλήθους καὶ τῆς ἄλλης ὠφελείας ἐκυρίευσαν. ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀγαθοκλῆς, ἦγε κατὰ τάχος τὴν δύναμιν, καί τινα μὲν τῶν ἀφηρπασμένων ἀνέσωσε, τῶν δὲ πλείστων οἱ Νομάδες [1] ἐκυρίευσαν, καὶ νυκτὸς ἐπιγενομένης μακρὰν ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν. ὁ δὲ δυνάστης στήσας τρόπαιον, τὰ μὲν λάφυρα [2] διεῖλε τοῖς στρατιώταις, ὅπως μηδεὶς ἀγανακτήσῃ περὶ τῶν ἀπολωλότων· τοὺς δ' αἰχμαλώτους Ἕλληνας τοὺς συστρατευσαμένους τοῖς Καρχηδονίοις εἰς τὸ φρούριον ἀπέθετο. αὐτοὶ μὲν οὖν εὐλαβούμενοι τὴν ἀπὸ τοῦ δυνάστου τιμωρίαν, νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἐν τῷ φρουρίῳ·

Captivos Graecos Agathocles contra datam fidem exſtinguit.

1 Ἐκυρίευον Reg. 2. Vat. Baſ. 2 Διείλετο Baſ.

in impedimenta Carthaginienſium involare non poterant, quod uterque exercitus prope caſtra decertabat. In Graecorum igitur caſtra facto impetu, cum Agathoclem inde longius avulſum, eaque propugnatorum auxilio deſtituta ſcirent, facili irruptionis negotio repugnantes interemerunt, & captivorum multitudine, aliiſque emolumentis ſunt potiti. Quae ubi reſcivit Agathocles, raptim eo copias duxit, & direptorum nonnulla recuperavit. Sed Numidae partem maximam aſportarunt, ortaque nocte ſe procul inde ſubduxere. Hinc tropaeo erecto, princeps ſpolia inter milites diviſit, ne quis rerum ſuarum iacturam aegre ferret. Captivos autem Graecos, qui a partibus Carthaginienſium ſteterant, in caſtellum depoſuit. Qui principis ultionem veriti, de nocte praeſidium

καὶ τῇ μάχῃ κρατούμενοι, κατελάβοντο τόπον ἐρυμνὸν, ὄντες οὐκ ἐλάττους τῶν χιλίων, ὧν ἦσαν Συρακούσιοι πλείους τῶν πεντακοσίων. Ἀγαθοκλῆς δὲ πυθόμενος τὸ πεπραγμένον, ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ καταβιβάσας ὑποσπόνδους τοὺς ἐπιθεμένους, ἅπαντας ἀπέσφαξεν.

Iam augendis opibus intentus, Ophellam, Cyrenaicae praefectum, in ſocietatem allicit.

μʹ. Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης ταύτης γενόμενος, καὶ [1] πάντῃ τῇ διανοίᾳ σκοπούμενος, πρὸς τὸ λαβεῖν τοὺς Καρχηδονίους ὑποχειρίους, ἐξέπεμψε πρεσβευτὴν Ὄρθωνα τὸν Συρακούσιον πρὸς Ὀφέλλαν εἰς Κυρήνην. οὗτος δ' ἦν μὲν τῶν φίλων τῶν συνεστρατευμένων Ἀλεξάνδρῳ, κυριεύων δὲ τῶν περὶ Κυρήνην πόλεων καὶ δυνάμεως ἁδρᾶς, περιεβάλετο ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν. τοιαύτην οὖν αὐτοῦ διάνοιαν ἔχοντος, ἧκεν ὁ παρ' Ἀγαθοκλέους πρεσβευτὴς, ἀξιῶν συγκαταπολεμῆσαι Καρχηδονίους· ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς χρείας ἐπηγγέλλετο τὸν Ἀγαθοκλέα συγχωρήσειν αὐτῷ τῶν ἐν Λιβύῃ πραγμάτων κυ-

1 Πάντα ora Steph. ex Reg. 1. non abſurde.

caſtelli invadunt. At pugna ſuperati, locum quendam munitum occupant, numero haud infra mille, quorum ſupra IↃ erant Syracuſani. Quod factum ubi cognovit Agathocles, cum exercitu illuc contendit; & poſt datam fidem, iſtinc deductos inſidiatores illos omnes mactavit.

XL. Hac igitur pugna defunctus, cum omnia, quae ad ſubiungandos Carthaginienſes facerent, ſpeculatione mentis exigeret, Orthonem Syracuſanum Cyrenen ad Ophellam legationem obire iuſſit. Hic amicorum, qui cum Alexandro militarant, unus erat, & Cyrenen cum vicinis urbibus validumque exercitum in poteſtate habens, maiorem animo principatum complexus fuerat. Dumque in his cogitationibus verſatur, legatus Agathoclis venit cum hac petitione, ut ad debellandos Carthaginienſes ſuam cum illo operam coniungere velit. In cuius officii remunerationem Africae dominium ei permiſſurum Agatho-

ριεύειν. εἶναι γὰρ ἱκανὴν αὐτῷ τὴν Σικελίαν, ἵν' ἐξῇ τῶν ἀπὸ τῆς Καρχηδόνος κινδύνων ἀπαλλαχθέντα μετ' ἀδείας κρατεῖν ἁπάσης τῆς νήσου. παρακεῖσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτῷ πρὸς ἐπαύξησιν τῆς ἀρχῆς, ἐὰν κρίνῃ μειζόνων ὀρέγεσθαι. τὴν μὲν γὰρ Λιβύην, διεζευγμένην μεγάλῳ καὶ χαλεπῷ πελάγει, μηδαμῶς ἁρμόζειν αὐτῷ, εἰς ἣν καὶ νῦν οὐ κατ' ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ κατ' ἀνάγκην ἀφῖχθαι. ὁ δὲ Ὀφέλλας, τῇ πάλαι βεβουλευμένῃ κρίσει προστεθείσης τῆς γενομένης ἐλπίδος, ἀσμένως ὑπήκουσε· καὶ πρὸς μὲν Ἀθηναίους περὶ συμμαχίας διεπέμπετο, γεγαμηκὼς Εὐθυδίκην τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα, τοῦ τὴν προσηγορίαν φέροντος εἰς τὸν στρατηγήσαντα τῶν ἐν Μαραθῶνι νικησάντων. διὰ δὴ ταύτην τὴν ἐπιγαμίαν καὶ τὴν ἄλλην σπουδὴν ὑπῆρχεν ἀποδεδεγμένος εἰς τὴν πόλιν, καὶ πολλοὶ τῶν Ἀθηναίων προθύμως ὑπήκουσαν [1] εἰς τὴν στρατείαν· οὐκ

Ophellas Graecorum etiam auxilia advocat.

1 *Εἰς στρατείαν* Baſ. omiſſo articulo.

clem, pollicetur. Sufficere huic Siciliam, ubi periculis, quae a Carthaginienſibus immineant, exſolutus, totam inſulam in ditionem redigere ſecure liceat. Ad ampliandum vero imperium Italiam in propinquo eſſe, ſi ad maiora cenſeat adſpirandum. Africam enim, vaſto difficilique ſalo disiunctam, ipſi nequaquam convenire: in quam nunc equidem, non cupiditate, ſed neceſſitate adactus, venerit. Ophellas igitur, cum ad conſilium iam olim meditatum nunc ſpes nova accederet, lubens obtemperavit, & Athenienſes de ſocietate per legationem convenit. Euthydicam enim Miltiadis, qui nomen ſuum ad imperatorem referebat eorum, qui ad Marathonem victores exſtiterant, natam in matrimonium duxerat. Quare tum ob hanc coniugii neceſſitudinem, tum ob alia benevolentiae ſtudia, civitati acceptus fuerat; multique Athenienſium ad hanc militiam promtis animis ob-

ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἔσπευδον κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβολῆς, ἐλπίζοντες τήν τε κρατίστην τῆς Λιβύης κατακληρουχήσειν, καὶ τὸν ἐν Καρχηδόνι διαρπάσειν πλοῦτον. τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους καὶ τὰς τῶν δυναστῶν πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίας, ἀσθενῆ καὶ ταπεινὰ καθειστήκει· ὥσθ' ὑπελάμβανον μὴ μόνον ἐγκρατεῖς ἔσεσθαι πολλῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν παρόντων κακῶν ἀπαλλαγήσεσθαι.

Ophellae copiarum numerus, & per regiones memoratu dignas iter.

μα'. Ὁ δ' οὖν Ὀφέλλας, ἐπειδὴ πάντ' αὐτῷ πρὸς τὴν στρατείαν κατεσκεύαστο λαμπρῶς, ἐξώρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔχων πεζοὺς μὲν πλείους τῶν μυρίων, ἱππεῖς δὲ [1] ἑξακοσίους, ἅρματα δὲ ἑκατὸν, ἡνιόχους δὲ καὶ [2] παραβάτας πλείους τῶν τριακοσίων. ἠκολούθουν δὲ καὶ τῶν ἔξω τάξεως λεγομένων οὐκ ἐλάττους [3] τῶν μυρίων. πολλοὶ δὲ τούτων τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ τὴν

1 Ἑπτακοσίους ora Steph. cum Reg. 1.
2 Παραιβάτας Reg. ambo, Baſ.
3 Deeſt articulus Reg. 2.

ſequebantur. Ex aliis praeterea Graecis non pauci adiungere ſe expeditioni huic properabant, quod florentiſſimam ſe Africae partem ſorte diviſuros, & Carthaginis opes direpturos, ſperarent. Nam res Graeciae ob bella perpetua, & contentiones principum inter ſeſe, infirmae profligataeque erant. Itaque non multis tantum commodis ſe potituros, ſed a praeſentibus etiam malis liberatum iri, perſuaſum habebant.

XLI. Ophellas tandem, ubi cuncta expeditioni neceſſaria affatim comparaverat, copias eduxit, pluſquam CCIↃↃ peditum, & ſexcentos equites, centumque currus, & aurigas eſſedarioſque milites ſupra CCC ſub ſignis habens. Ad haec qui extraordinarii appellantur non infra CCIↃↃ comitabantur. Multique horum liberos & uxores, nec

ἄλλην παρασκευὴν ἦγον, ὥστε ἐμφερῆ τὴν στρατιὰν ὑπάρχειν ἀποικίᾳ. ὀκτωκαίδεκα μὲν οὖν ἡμέρας ὁδοιπορήσαντες, καὶ διελθόντες σταδίους τρισχιλίους κατεσκήνωσαν περὶ Αὐτομόλας. ἐντεῦθεν δὲ πορευομένοις ὑπῆρχεν ὄρος ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν ἀπόκρημνον, ἐν μέσῳ δ' ἔχον φάραγγα βαθεῖαν, ἐξ ἧς [1] ἀνέτεινε λισσὴ πέτρα, πρὸς ὀρθὸν ἀνατείνουσα σκόπελον. περὶ δὲ τὴν ῥίζαν αὐτῆς ἄντρον ἦν εὐμέγεθες, κιττῷ καὶ σμίλακι συνηρεφές, ἐν ᾧ μυθεύουσι γεγονέναι βασίλισσαν Λαμίαν, τῷ κάλλει διαφέρουσαν. διὰ δὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἀγριότητα διατυπῶσαί φασι τὴν ὄψιν αὐτῆς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον θηριώδη. τῶν γὰρ γινομένων αὐτῇ [2] παιδίων ἁπάντων τελευτώντων, βαρυθυμοῦσαν ἐπὶ τῷ πάθει, καὶ φθονοῦσαν ταῖς τῶν ἄλλων γυναικῶν εὐτεκνίαις, κελεύειν ἐκ τῶν ἀγκαλῶν ἐξαρπάζεσθαι τὰ βρέφη, καὶ παραχρῆμα ἀποκτείνειν. διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς μέχρι τοῦ νῦν βίου παρὰ τοῖς νηπίοις διαμένειν

Epiſodium de Lamiae antro & fabula.

1 Ἀνέτειλε Baſ. 2 Παιδίων Reg. 1. quod placet. Cett. παίδων.

non alia ſecum impedimenta, ducebant, ita ut hic exercitus coloniae ſpeciem haberet. Octodecim ergo dierum itinere confecto, tria ſtadiorum millia emenſi, circa Automolas caſtra poſuere. Inde progredientibus mons erat utrinque praeruptus, profundam in medio vallem habens, ex qua laevis quaedam petra in arduum ſcopuli verticem aſſurgebat: ad cuius radicem ſpatioſum fuit antrum, hedera & taxo opacum, in quo Lamiam reginam, pulchritudinis eximiae feminam, degiſſe fabulantur; ſed propter animi ferocitatem inſequente tempore faciem eius in belluinam fuiſſe transformatam. Exſtinctis enim omnibus eius liberis, caſum hunc illam graviſſime tuliſſe, & invidentem aliis matronis liberorum felicitatem, ex ulnis ipſarum abripi, & confeſtim necari iuſſiſſe infantes. Quamobrem noſtra etiamnum aetate fama de

τὴν περὶ τῆς γυναικὸς ταύτης φήμην, καὶ φοβερωτάτην αὐτοῖς εἶναι τὴν ταύτης προσηγορίαν. ὅτε δὲ μεθύσκοιτο, [1] ἄδειαν διδόναι πᾶσιν ἃ βούλοιντο ποιεῖν ἀπαρατηρήτως. μὴ πολυπραγμονούσης οὖν αὐτῆς κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τὰ γινόμενα κατὰ τὴν χώραν, ὑπολαμβάνειν μὴ βλέπειν αὐτήν· καὶ διὰ τοῦτ' ἐμυθολόγησάν τινες ὡς εἰς [2] μάρσιπον ἐμβάλοι τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὴν ἐν οἴνῳ συντελουμένην ὀλιγωρίαν εἰς τὸ προειρημένον μέτρον μεταφέροντες, ὡς τούτου παρῃρημένου τὴν ὅρασιν. ὅτι δὲ κατὰ τὴν Λιβύην γέγονεν αὕτη, καὶ τὸν Εὐριπίδην δεῖξαι τὶς ἂν μαρτυροῦντα. λέγει γὰρ,

Τίς τοὔνομα τὸ [3] ἐπονείδιστον βροτοῖς
Οὐκ οἶδε Λαμίας τῆς [4] Λιβυστικῆς γένος;

Regiones peragrandae porro deſcribuntur.

μβ'. Ὁ γοῦν Ὀφέλλας ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, προῆγε διὰ τῆς ἀνύδρου καὶ θηριώδους ἐπιπόνως. οὐ μό-

1 Τὴν ἄδειαν Reg. 2. Baſil. Mox ἀπαρατηρήτους Reg. 1.
2 Ἄρσιχον Venet. Vatic. Baſil. Reg. 2. ſtatim παραφέροντες Reg. 1.
3 Ἐπωνείδιστον Baſil.
4 Λιγυστικῆς Reg. ambo, ſed in ſec. margine vulgatum, tum Ven. Vatic.

muliere iſta permanet apud pueros, eiuſque nomen ſummo illis eſt terrori. Cum vero ebrietati indulgeret, quidvis pro arbitrio citra inquiſitionem faciendi licentiam omnibus dediſſe. Quoniam ergo nihil eorum, quae tum in provincia gererentur, animadverteret ſedulo, quaſi non videret illa, creditum fuiſſe. Propterea fabulati ſunt quidam, quod oculos in marſupium coniecerit, negligentiam vini abuſu commiſſam in merum ſupra dictum, quaſi hoc viſum adimeret, transferentes. In Africa autem hanc fuiſſe, Euripidem quis teſtem exhibuerit; dicit enim:

Quis non probroſum nomen id mortalibus,
Nec Africanae noverit Lamiae genus?

XLII. Ceterum Ophellas, aſſumto exercitu, per ſiticuloſam & beſtiis infeſtam, magno cum labore pergebat.

νον γὰρ ὕδατος ἐσπάνιζεν, ἀλλὰ καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς [1] ἀπολιπούσης, ἐκινδύνευσεν ἅπαν ἀπολέσαι τὸ στρατόπεδον. δακέτων δὲ θηρίων παντοίων ἐπεχόντων τὰ περὶ τὰς Σύρτεις ἔρημα, καὶ τῶν πλείστων ὀλέθριον ἐχόντων τὸ δῆγμα, πολλῇ τῇ συμφορᾷ περιέπιπτον, ἀβοήθητον ἔχοντες τὴν ἐκ τῶν ἰατρῶν καὶ φίλων ἐπικουρίαν· καὶ γὰρ ἔνιοι τῶν ὄφεων, ὁμοίαν ἔχοντες τὴν χρόαν τῇ κατ' αὐτοὺς οὔσῃ χώρᾳ, τὴν ἰδίαν φύσιν ἀπρόορατον ἐποίουν. οἷς πολλοὶ διὰ τὴν ἄγνοιαν ἐπιβαίνοντες, δήγμασι θανατηφόροις περιέπιπτον. τέλος δὲ, κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν [2] πλεῖον ἢ δύο μῆνας κακοπαθήσαντες, μόγις διήνυσαν πρὸς τοὺς περὶ Ἀγαθοκλέα· καὶ βραχὺ [3] διαχωρίσαντες ἀπ' ἀλλήλων τὴν δύναμιν, κατεστρατοπέδευσαν. εἶθ' οἱ μὲν Καρχηδόνιοι, πυθόμενοι τὴν τούτων παρουσίαν, κατεπλάγησαν, ὁρῶντες τηλικαύτην δύναμιν κατ' αὐτῶν ἥκουσαν· ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς ἀπαν-

Socium, cum advenſſet, impia caede opprimit Agathocles,

1 Ὑπολιπούσης Reg. 1. & ſtatim δακετῶν τε.
2 Πλείω Reg. 2. Baſil.
3 Διαχωρίσαντες Reg. 2. Baſil. Διαχωρήσαντες vulgo.

Non enim aqua tantum carebat, ſed etiam nutrimento ſicco deſtitutus, amittendi totius exercitus periculum ſubiit. Solitudines praeterea Syrtibus vicinas, angues & omnis generis ferae obtinebant. Et quia morſus plerorumque letales erant, multi in calamitatem incidebant, quos nec medicorum nec amicorum opitulatio quidquam ſublevavit. Nam ſerpentum aliqui eundem, quem terra, colorem referebant. Hoc faciebat, ut a nemine praeviderentur. Quos cum multi per ignorantiam calcarent, mortiferis ſauciati ictibus interibant. Ad poſtremum, itinere duorum amplius menſium aerumnoſiſſime confecto; vix tandem Agathoclis caſtra aſſequuntur: ubi, copiis exiguo inter ſe disiunctis intervallo, caſtra poſuere. Atqui Carthaginienſes cognito horum adventu trepidabant, quod tantum contra ſe robur veniſſe cernerent. Agatho-

τήσας τοῖς περὶ τὸν Ὀφέλλαν, καὶ φιλοφρόνως ἅπαντα χορηγήσας, τούτους μὲν ἠξίου τὴν στρατιὰν [1] ἀναλαμβάνειν ἐκ τῆς κακοπαθείας· αὐτὸς δ' ἐπιμείνας ἡμέρας ὀλίγας, καὶ κατασκεψάμενος ἕκαστα τῶν πραττομένων ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν παρόντων, ἐπεὶ τὸ πλεῖον μέρος τῶν στρατιωτῶν ἐπὶ χορτάσματα καὶ σιτολογίαν ἐξεληλύθει, τὸν δὲ Ὀφέλλαν ἑώρα μηδὲν τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ βεβουλευμένων ὑπονοοῦντα, συνήγαγεν ἐκκλησίαν τῶν ἰδίων στρατιωτῶν, κατηγορήσας δὲ τοῦ παρόντος ἐπὶ [2] τὴν συμμαχίαν, ὡς ἐπιβουλεύοντος, καὶ παροξύνας τὸ πλῆθος, εὐθὺς διεσκευασμένην τὴν δύναμιν ἦγεν ἐπὶ τοὺς Κυρηναίους. εἶθ' ὁ μὲν Ὀφέλλας διὰ τὸ παράδοξον καταπλαγεὶς, ἐπεχείρησε μὲν ἀμύνασθαι· καταταχούμενος δὲ, καὶ τὴν ὑπολελειμμένην δύναμιν οὐκ ἔχων ἀξιόχρεων, μαχόμενος ἐτελεύτησεν. ὁ δ' Ἀγαθοκλῆς συναναγκάσας τὸ λοιπὸν πλῆθος ἀποδόσθαι τὰ ὅπλα, καὶ

totoque eius exercitu potitur.

1 Ἀναλαβεῖν Reg. 1. 2 Τῇ συμμαχίᾳ ora Steph. Reg. 1.

cles vero, Ophellae obviam progreſſus, benigne omnibus ſuppeditatis, ut exercitum ad vires ab aerumnis reparandas curaret, monebat. Ipſe per dies aliquot cunctatus, cum ſingula, quae in caſtris vicinis agebantur, explorata haberet, iamque maiore parte militum pabulatum & frumentatum egreſſa, Ophellam, nihil a ſe deliberatorum ſuſpicantem, animadverteret, concionem militum ſuorum advocat, & Ophellam criminatus, quod qui ad ſocietatem armorum veniſſet, nunc inſidias pararet, exacerbata multitudine, confeſtim inſtructum contra Cyrenaeos exercitum educit. Inſolentia rei perculſus Ophellas, defendere ſe conatur. At celeritate hoſtis oppreſſus, dum & reliquiae exercitus ad reſiſtendum non ſufficiunt, inter proeliandum occumbit. Agathocles multitudinem adhuc reliquam ad ponendum arma cogit, ani-

φιλανθρώποις ἐπαγγελίαις παραστησάμενος ἅπαντας, κύριος ἐγένετο τῆς δυνάμεως πάσης. Ὀφέλλας μὲν οὖν, ἐλπίσας μεγάλα, καὶ προχειρότερον [1] ἑαυτὸν πιστεύσας, τοιαύτης ἔτυχε τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς.

μγ'. Ἐν δὲ τῇ Καρχηδόνι [2] Βομίλκας, πάλαι διανενοημένος ἐπιθέσθαι τυραννίδι, καιρὸν ἐπεζήτει ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς οἰκεῖον. πολλάκις δὲ διδόντος τοῦ καιροῦ τὰς ἀφορμὰς τοῦ πράττειν τὸ βεβουλευμένον, ἀεί τις αἰτία μικρὰ παρεμπίπτουσα διεκώλυε. δεισιδαίμονες γὰρ οἱ μέλλοντες ἐγχειρεῖν ταῖς παρανόμοις καὶ μεγάλαις πράξεσι, καὶ τὸ μέλλειν ἀεὶ τοῦ πράττειν καὶ τὴν ὑπέρθεσιν τῆς συντελείας προκρίνουσιν· ὃ καὶ τότε [3] συνέβαινεν. ἀλλ' ἐπεὶ καιρὸν ἐξευρεῖν ἐνόμισε, τοὺς μὲν περὶ ἐκεῖνον ἐπιφανεστάτους τῶν πολιτῶν ἐξέπεμψεν εἰς τὴν ἐπὶ τοὺς Νομάδας στρατείαν, ἵνα μηδένα τῶν ἀξιολό-

Eodem tempore Bomilcar tyrannidis obtinendae conſilia agitavit;

1 Αὐτὸν Reg. 2. Baſil.

2 Βομίλκας Baſil. ſemper. Βορμίλκας cett.

3 Συνέβαινε καὶ περὶ ἐκεῖνον. ἐξέπεμψε μὲν γὰρ τοὺς ἐπιφανεστάτους ora Steph. Reg. 2. Baſil. Vat.

miſque omnium promiſſionum liberalitate conciliatis, toto ſic exercitu potitur. Ophellas ergo, dum amplae nimis ſpei indulget, & ad credendum eſt proclivior, eiuſmodi vitae exitum ſortitus eſt.

XLIII. Carthagine interea Bomilcar, iam dudum tyrannidis occupandae conſilia animo tractans, idoneum inſtituto ſuo tempus quaerebat. Tametſi vero ſaepius occaſio meditata exſequendi oblata fuerat, ſemper tamen levis aliqua cauſa interveniens illum remorabatur. Religioſi enim ſunt, qui magnas & nefarias res aggredi parant, & ſemper cunctari quam agere, differre quam exſequi rem, malunt. Quod etiam tunc evenit. Verum ubi commodum ſe tempus inveniſſe iudicavit, civium, qui circa ipſum erant, clariſſimos in expeditionem contra Numidas emiſit, ne quem ex nobilitate ſibi adver-

γων ἔχῃ τὸν ἀντιστησόμενον. [1] οὐκ ἐτόλμα δὲ ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα, μετακαλούμενος ὑπὸ τῆς εὐλαβείας. καθ' ὃν δὲ καιρὸν Ἀγαθοκλῆς ἐπέθετο τοῖς περὶ τὸν Ὀφέλλαν, [2] ὁρμῆσαι καὶ τοῦτον συνέβη πρὸς τὴν δυναστείαν, ἀγνοούντων ἀμφοτέρων τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις πραττόμενα. [3] οὔτε γὰρ Ἀγαθοκλῆς ἔγνω τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος, καὶ τὴν ἐν τῇ πόλει ταραχήν. [4] (ἐπεὶ ῥᾳδίως ἂν ἐκράτησε τῆς Καρχηδόνος. εἵλετο γὰρ ἂν Βομίλκας, ἐφ' αὐτοφώρῳ γενόμενος, συνεργεῖν Ἀγαθοκλεῖ μᾶλλον, ἢ τοῖς πολίταις δοῦναι τὴν ἐκ τοῦ σώματος τιμωρίαν·) [5] οὔτε πάλιν οἱ Καρχηδόνιοι τὴν ἐπίθεσιν τὴν Ἀγαθοκλέους ἐπύθοντο. ῥᾳδίως [6] γὰρ ἂν αὐτὸν ἐχειρώσαντο προσλαβόμενοι τὴν μετ' Ὀφέλλα δύναμιν. ἀλλ' οἶμαι παρ' ἀμφοτέροις οὐκ ἀλογίστως συνέβη γενέσθαι ταύτην τὴν ἄγνοιαν, καίπερ μεγάλων μὲν οὐσῶν τῶν πράξεων, ἐγγὺς δ' ἀλ-

1 Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐτόλμα, μετακαλούμενος Reg. 1.
2 Συνέβη καὶ τοῦτον ὁρμῆσαι id.
3 Εἴτε γὰρ Reg. 1. Tum ſtatim ἐγένετο νοήσας τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυρ. Reg. 1. Edd. τῆς ἐν τῇ πόλει τυρανν.
4 Deeſt hoc loco in Reg. 1. ſed mox ἐπεὶ εἵλετο ἄν.
5 Εἴτε Reg. 1.
6 Omittit Reg. 1.

ſantem haberet. Interim metu revocatus, nemini tyrannidis conſilia detegere audebat. Sub idem vero tempus, quo ab Agathocle Ophellas fuit oppreſſus, accidit, ut hic etiam principatum invaderet, ubi neuter, quae apud hoſtes gererentur, compertum habebat. Nam nec Agathocli quidquam de tyrannidis affectione urbiſque tumultu conſtabat; (ubi facile Carthaginem ſubegiſſet. Bomilcar enim, in ipſo facinore deprehenſus, Agathoclis partes adiuvare, quàm corporis ſupplicium expendere, maluiſſet) nec rurſum Carthaginienſes aliquid de Agathoclis impreſſione cognoverant. Nam facile ipſum, adiunctis Ophellae copiis, domuiſſent. Utriſque vero non temere hanc ignorantiam accidiſſe reor; quamvis res arduae eſſent,

λήλων ἐπικεχειρηκότων τοῖς τηλικούτοις τολμήμασιν. ὅ, τε γὰρ Ἀγαθοκλῆς, ἄνδρα [1] Φίλον μέλλων ἀναιρεῖν, πρὸς οὐδὲν ἐπέβαλλε τὴν διάνοιαν τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις συντελουμένων· ὅ, τε Βομίλκας, τὴν τῆς πατρίδος ἐλευθερίαν ἀΦαιρούμενος, οὐδὲν ὅλως ἐπολυπραγμόνει τῶν παρὰ τοῖς ἀντιστρατοπεδεύουσιν, ὡς ἂν ἔχων προκείμενον ἐν τῇ ψυχῇ τὸ μὴ τοὺς πολεμίους ἐπὶ τοῦ παρόντος, ἀλλὰ τοὺς πολίτας καταπολεμῆσαι. [2] τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ταύτῃ ἄν τις καὶ τὴν ἱστορίαν καταμέμψαιτο, θεωρῶν ἐπὶ μὲν τοῦ βίου πολλὰς καὶ διαΦόρους πράξεις συντελουμένας κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν, τοῖς δ' ἀναγράΦουσιν ἀναγκαῖον ὑπάρχον τὸ μεσολαβεῖν τὴν διήγησιν, καὶ τοῖς ἅμα συντελουμένοις μερίζειν [3] τοὺς χρόνους παρὰ Φύσιν· ὥστε τὴν μὲν ἀλήθειαν τῶν πεπραγμένων τὸ πάθος ἔχειν, τὴν δ' ἀναγραΦὴν ἐστερημένην τῆς ὁμοίας ἐξουσίας, μιμεῖσθαι

1 Ὀφείλων μὲν Baſil.
2 Ταύτῃ δ' ἄν τις καὶ τὴν margo Steph. Baſ. Reg. 2. Paullo ſuperius τοὺς πολλοὺς pro πολίτας Reg. 1.
3 Τὸν χρόνον ora Stephan. & Reg. 1.

atque inter ſe propinqui facinora tanta ſuſciperent. Agathocles enim, virum ſibi amicum e medio ſublaturus, nihil eorum, quae apud hoſtes gererentur, advertendum curabat. Bomilcar vero, in libertatem patriae adimendam intentus, quid in hoſtium caſtris ageretur, nihil penſi habebat; quippe cui in praeſentia non hoſtes, ſed cives, debellare propoſitum eſſet. Haec cum ita ſe habeant, hoc quiſpiam loco hiſtoriam reprehendat, videns multas generiſque diverſi res in vita eodem tempore geri, ſcriptores vero ad interrumpendam narrationem, & ad res, quae uno geruntur tempore, dividendas neceſſitate contra naturam adigi: unde ſequatur, ut veritas quidem geſtorum affectionem ſuam habeat, deſcriptio vero, cui facultas haec negatur, quamquam res quidem

μὲν τὰ γεγενημένα, πολὺ δὲ λείπεσθαι τῆς ἀληθοῦς διαθέσεως.

μδ΄. Ὁ δ' οὖν Βομίλκας, ἐξετασμὸν τῶν στρατιωτῶν ποιησάμενος ἐν τῇ καλουμένῃ [1] Νέᾳ πόλει, μικρὸν ἔξω τῆς ἀρχαίας Καρχηδόνος οὔσης, τοὺς μὲν ἄλλους διαφῆκε· τοὺς δὲ συνειδότας περὶ τῆς ἐπιθέσεως, ὄντας πολίτας μὲν πεντακοσίους, μισθοφόρους δὲ [2] τετρακισχιλίους, ἀνέδειξεν ἑαυτὸν τύραννον. εἰς πέντε δὲ μέρη τοὺς στρατιώτας διελόμενος ἐπῄει, πάντας τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀπαντῶντας ἀποσφάττων. [3] Φυγῆς δὲ γενομένης κατὰ τὴν πόλιν καὶ ταραχῆς ἐξαισίου, τὸ μὲν πρῶτον οἱ Καρχηδόνιοι τοὺς πολεμίους ὑπέλαβον παρεισπεπτωκέναι, προδιδομένης τῆς πόλεως· ὡς δ' ἐπεγνώσθη τἀληθὲς, συνέτρεχον οἱ νέοι, καὶ εἰς τάξεις καταστάντες ὥρμησαν [4] ἐπὶ τὸν τύραννον. ὁ δὲ Βομίλκας τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀναιρῶν, ὥρμησεν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ πολ-

ſed oppreſſus a civibus ſupplicio occubuit.

1 Νεαπόλει Reg. 1. ora Steph. Mox ἔξωθεν Reg. 1.

2 Τετρακισχιλίους Reg. 1. & ora Steph. Περὶ χιλίους vulgo.

3 Γενομένης δὲ κατὰ τὴν πόλιν ταραχῆς Reg. 2. Ven. Baſil.

4 Deſunt amanuenſis ſocordia in Baſ. & Ven. uſque εἰς τήν.

imitetur, longo tamen intervallo poſt veram illarum affectionem relinquatur.

XLIV. Bomilcar ergo, militum delectu in Nova, quam vocant, urbe habito, (illa vero haud veteri Carthagine procul ſita eſt) ceteros tum dimiſit. Quingentos vero cives inceptorum ſuorum conſcios, & mercenariorum millia quatuor, ad opem ferendam exhortatus, Tyrannum ſe declaravit. Diviſoque in partes v agmine, urbem invaſit, quotquot in vicis occurrerent, trucidans. Tum incredibilis per urbem fuga trepidatioque oritur. Et Carthaginienſes initio hoſtem irrupiſſe, prodita urbe, ſuſpicari. Aſt ubi verum innotuit, iuvenes concurrere, factiſque ordinibus contra tyrannum tendere. Ille mactans in plateis obvios quoſque in forum prope-

λοὺς τῶν πολιτῶν ἀνόπλους [1] καταλαβὼν ἀπέκτεινε. τῶν δὲ Καρχηδονίων καταλαβομένων τὰς περὶ τὴν ἀγορὰν οἰκίας ὑψηλὰς οὔσας, καὶ τοῖς βέλεσι πυκνοῖς χρωμένων, οἱ μετέχοντες τῆς ἐπιθέσεως κατετραυματίζοντο, τοῦ τόπου παντὸς ἐμβελοῦς ὄντος· διόπερ κακοπαθοῦντες συνέφραξαν ἑαυτοὺς, καὶ διὰ τῶν στενωπῶν συνεξέπεσον εἰς τὴν Νέαν πόλιν, βαλλόμενοι συνεχῶς [2] ἀπὸ τῶν οἰκιῶν, καθ' ἃς τυγχάνοιεν ἀεὶ γινόμενοι. καταλαβομένων δ' αὐτῶν ὑπερδέξιόν τινα τόπον, οἱ Καρχηδόνιοι, τῶν πολιτῶν πάντων συνδραμόντων ἐν τοῖς ὅπλοις, ἀντεστρατοπέδευσαν τοῖς ἀφεστηκόσι. τέλος δὲ πρέσβεις πέμψαντες τῶν πρεσβυτάτων τοὺς εὐθέτους, καὶ τῶν ἐγκλημάτων δόντες ἄφεσιν, διελύθησαν· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις οὐδὲν ἐμνησικάκησαν διὰ τοὺς περιεστῶτας [3] τὴν πόλιν κινδύνους, αὐτὸν δὲ τὸν Βομίλκαν αἰκισάμενοι δεινῶς, τοῦ ζῆν ἐστέρησαν, οὐδὲν φροντί-

1 Καταλαβόντες ἀπέκτειναν Vat. Reg. 2. unde ſuſpicor & ab illis ſuperiora abfuiſſe, Ven. Baſil.

2 Ἀπὸ τῶν bene Reg. 1. Cett. ὑπὸ τῶν.

3 Τῇ πόλει Reg. 1.

rat, magnamque civium, quos inermes offenderat, ſtragem edit. Cum vero Carthaginienſes altas circa forum domos occupaſſent, teliſque crebris rem gererent, coniurationis ſocii, quod locus miſſilibus expoſitus eſſet, vulneribus inceſſebantur. Male igitur affecti in globum coëunt, & per vicorum anguſtias in Novam urbem evadunt; ex aedibus interim, quas ſubibant, crebris iactibus impetiti. Cumque editum quendam locum occupaſſent, iam tota civitate in armis congregata, caſtra defectoribus opponunt Carthaginienſes. Tandem legatos e numero ſeniorum maxime idoneos mittunt, & impunitate delictorum conceſſa, pacifice dirimuntur. Erga ceteros ſane, propter impendentia urbi pericula, iniuriarum memores haud erant: ſed Bomilcari, graviſſimis cruciatibus ignominioſe affecto, nulla iurisiurandi ratione

Agathocles naves ſpoliis onuſtas Syracuſas mittit.

Romanorum bella in Samnites & Etruſcos.

σαντες τῶν δεδομένων ὅρκων. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν, κινδυνεύσαντες τοῖς ὅλοις σφαλῆναι, τοῦτον τὸν τρόπον ἐκομίσαντο τὴν πατρῴαν πολιτείαν. Ἀγαθοκλῆς δὲ πλοῖα φορτηγὰ γεμίσας τῶν λαφύρων, καὶ τοὺς ἀχρήστους εἰς πόλεμον τῶν ἐκ Κυρήνης παραγενομένων ἐμβιβάσας, ἀπέστειλεν εἰς Συρακούσας. χειμώνων δ' ἐπιγενομένων, ἃ μὲν διεφθάρη τῶν πλοίων, ἃ δ' ἐξέπεσε πρὸς τὰς κατ' Ἰταλίαν [1] Πιθηκούσσας νήσους, ὀλίγα δ' εἰς τὰς Συρακούσας διεσώθη. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, [2] οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι Μαρσοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Σαμνιτῶν βοηθήσαντες, τῇ τε μάχῃ ἐπροτέρησαν, καὶ συχνοὺς τῶν πολεμίων ἀνεῖλον. εἶτα διὰ τῆς [3] Ὀμβρίκων χώρας διελθόντες, ἐνέβαλον εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν, πολεμίαν οὖσαν, καὶ τὸ καλούμενον [4] Κάπριον φρούριον ἐξεπολιόρκησαν. διαπρεσβευομένων δὲ τῶν ἐγχωρίων ὑπὲρ

1 Πιθηκούσας Reg. 1.

2 Μαρσοῖς πολεμουμένοις ὑπὸ Σαμνιτῶν οἱ τῶν Ῥωμαίων ὕπατοι βοηθήσαντες Reg. 1.

3 Ἰμβρικῶν Reg. 1.

4 Καίριον ora Steph. Reg. 2. Baſ. Vatic. Κώριον Venet. Paullo ante ἐπροετέρησαν Baſ. Cett. προετέρησαν.

habita, vitam ademerunt. Hoc pacto Carthaginienſes, ſumma rerum in extremum periculum adducta, priſtinam reipublicae patriae formam recuperarunt. Interea Agathocles onerarias naves ſpoliis refercit, impoſitoſque ex Cyrene advenas, qui bello minus habiles eſſent, Syracuſas deportat. Verum exorta tempeſtate, naves partim demerſae, partim ad inſulas Italiae Pithecuſſas reiectae ſunt: adeoque paucae Syracuſas integrae pervenerunt. In Italia Conſules Romani, Marſis, quos Samnites bello vexabant, auxiliati, pugna ſuperiores erant, magna hoſtium caede facta. Deinde per agros Umbrorum profecti, in Hetruriam hoſtiliter animatam invadunt, & caſtellum, quod Caprium vocatur, expugnant. Cum vero incolae regionis ſuper induciis legatos mitterent; cum

ἀνοχῶν, πρὸς μὲν [1] Ταρκυνίτας εἰς ἔτη τεσσαράκοντα, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους Τυῤῥηνοὺς ἅπαντας εἰς ἐνιαυτὸν ἀνοχὰς ἐποιήσαντο.

με'. Τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχεν Ἀναξικράτης· ἐν Ῥώμῃ δὲ ὕπατοι κατέστησαν Ἄππιος Κλαύδιος καὶ Λεύκιος [2] Οὐολούμνιος. ἐπὶ δὲ τούτων, Δημήτριος μὲν ὁ Ἀντιγόνου, [3] παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς δύναμιν ἁδρὰν πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν, ἔτι δὲ βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν εἰς πολιορκίαν χρησίμων τὴν ἁρμόζουσαν παρασκευὴν, ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Ἐφέσου. παράγγελμα δ' εἶχεν ἐλευθεροῦν πάσας μὲν τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πόλεις, πρώτην δὲ τὴν Ἀθηναίων, φρουρουμένην ὑπὸ Κασσάνδρου. καταπλεύσαντος δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς τὸν [4] Πειραιᾶ, καὶ πανταχόθεν προσβαλόντος ἐξ ἐφόδου, καὶ [5] κήρυγμα ποιησαμένου, Διονύσιος ὁ καθεσταμένος ἐπὶ

Olymp. CXVIII, 2.

Demetrius, Antigoni F. a patre iuſſus, Epheſo ſolvit, ad Graeciam in libertatem vindicandam.

Prima omnium Athenarum urbs vi capta, adhuc Caſſandri praeſidio occupata.

1 Ταρκυνήτας Baſ. Ταρχυχνίταν Reg. 2.

2 Οὐολούμνιος Reg. 1. In edd. Οὐολόμνιος.

3 Λαβὼν Reg. 1.

4 Πειραιέα idem & mox iterum.

5 Κηρύγματα Reg. 1. Stephan. marg. Mox ἐπὶ abeſt Reg. 2. Baſ.

Tarquinienſibus in annos XL, cum Hetruſcis vero ceteris in annum dumtaxat, inducias fecere.

XLV. Poſt anni exitum Athenis Anaxicrates creatus fuit Archon; Romae Conſules Appius Claudius & Lucius Volumnius. Per id vero tempus Demetrius, Antigoni filius, validis a patre copiis terreſtribus ſimul & navalibus, telorum inſuper aliorumque ad obſidionem utilium convenienti apparatu inſtructus, ab urbe Epheſo ſolvit. Iniunctum vero illi fuerat, ut omnes per Graeciam urbes, primamque omnium civitatem Athenienſium, Caſſandri adhuc praeſidio inſeſſam atque occupatam, in libertatem vindicaret. Piraeeum igitur cum exercitu appellit. Primoque ſtatim adventu, poſt edicti proclamationem, undique oppugnationem inceptat. Diony-

τῆς Μουνυχίας φρούραρχος, καὶ Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐπιμελητὴς τῆς πόλεως γεγενημένος ὑπὸ Κασσάνδρου, πολλοὺς ἔχοντες στρατιώτας, ἀπὸ τῶν τειχῶν ἠμύνοντο. τῶν δ' Ἀντιγόνου στρατιωτῶν τινες βιασάμενοι, καὶ κατὰ τὴν ἀκτὴν ὑπερβάντες ἐντὸς τοῦ τείχους, παρεδέξαντο πλείους τῶν συναγωνιζομένων. τὸν μὲν οὖν Πειραιᾶ τοῦτον τὸν τρόπον ἁλῶναι συνέβη. τῶν δ' ἔνδον Διονύσιος μὲν ὁ φρούραρχος εἰς τὴν Μουνυχίαν συνέφυγε, Δημήτριος δ' ὁ Φαληρεὺς ἀπεχώρησεν εἰς ἄστυ. τῇ δ' ὑστεραίᾳ πεμφθεὶς μεθ' ἑτέρων πρεσβευτὴς ὑπὸ τοῦ δήμου πρὸς Δημήτριον, καὶ [1] περὶ τῆς αὐτονομίας διαλεχθεὶς [2] καὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας, ἔτυχε παραπομπῆς, καὶ τὰ κατὰ τὰς Ἀθήνας ἀπογινώσκων ἔφυγεν εἰς τὰς Θήβας, ὕστερον δὲ πρὸς Πτολεμαῖον εἰς Αἴγυπτον. οὗτος μὲν οὖν, ἔτη δέκα τῆς πόλεως ἐπιστατήσας, ἐξέπεσεν ἐκ τῆς πατρίδος τὸν εἰρη-

Demetrius Phalereus, urbis curator, Thebas & inde in Aegyptum aufugit;

1 Ὑπὲρ τῆς Reg. 1.
2 Καὶ περὶ τῆς Reg. 1. & ſtatim παραφυλακῆς, quomodo & Steph. ora.

ſius vero, praeſidii Munychiani praefectus, & Demetrius Phalerenſis, curator urbi datus a Caſſandro, valido militum robore de muris hoſtem propulſant. Sed ex Antigonianis quidam, facta per vim irruptione, iuxta litus moenia tranſcendunt, plureſque certaminis ſocios accipiunt. Hoc itaque modo capitur Piraeeus. Ex incluſis Dionyſius, praeſidii ductor, in Munychiam refugit. Demetrius autem Phalerenſis in urbem ſe recepit. Poſtridie legatus a populo cum aliis ad Demetrium miſſus, cum de libera iurisdictione, ſuaque incolumitate diſſeruiſſet, ut cum comitatu dimitteretur, impetravit; & Athenas retineri haud poſſe videns, Thebas, atque inde ad Ptolemaeum in Aegyptum, perfugit. Hic ergo, cum urbis adminiſtrationem decem annos tenuiſſet, eo, quem dixi-

μένον τρόπον. ὁ δὲ δῆμος τῶν Ἀθηναίων κομισάμενος τὴν ἐλευθερίαν, ἐψηφίσατο τιμὰς τοῖς αἰτίοις τῆς αὐτονομίας. Δημήτριος δ' ἐπιστήσας τοὺς πετροβόλους καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς, καὶ τὰ βέλη, [1] προσέβαλλε τῇ Μουνυχίᾳ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. ἀμυνομένων δὲ τῶν ἔνδον ἀπὸ τῶν τειχῶν εὐρώστως, συνέβαινε τοὺς μὲν περὶ Διονύσιον προέχειν ταῖς δυσχωρίαις καὶ ταῖς τῶν τόπων ὑπεροχαῖς, (οὔσης τῆς Μουνυχίας ὀχυρᾶς οὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς·) τοὺς δὲ περὶ τὸν Δημήτριον τῷ τε πλήθει τῶν στρατιωτῶν πολλαπλασίους εἶναι, καὶ ταῖς παρασκευαῖς πολλὰ πλεονεκτεῖν. τέλος δ' ἐπὶ δύο ἡμέρας συνεχῶς τῆς πολιορκίας γενομένης, οἱ μὲν φρουροὶ τοῖς καταπέλταις καὶ πετροβόλοις συντιτρωσκόμενοι, καὶ διαδόχους οὐκ ἔχοντες, ἠλαττοῦντο· οἱ δὲ περὶ τὸν Δημήτριον ἐκ διαδοχῆς κινδυνεύοντες, καὶ νεαλεῖς ἀεὶ γινόμενοι, διὰ τῶν πετροβόλων [2] ἐρημωθέν-

Dionyſius, Munychiae praefectus, una cum urbe vi captus.

1 Προσέβαλε Reg. 1. 2 Ἐρημωθέντες Baſil.

mus, modo, e patria excuſſus eſt. Populuſque Athenienſis in libertatem vindicatus de honorandis iurisdictionis reſtitutae auctoribus decretum fecit. Demetrius autem, balliſtis aliiſque machinis admotis, una cum miſſilibus, Munychiam terra marique oppugnabat. Cumque obſeſſi de muris ſtrenue ſe tutarentur, accidit, ut Dionyſiani locorum difficultate & altitudine ſuperiores eſſent, (nam Munychia non ſolum natura loci, ſed etiam ſtructuris murorum firma eſt;) Demetrius vero maiore militum numero, apparatuque multum praevaleret. Tandem oppugnatione ad biduum continuata, cum praeſidiarii, catapultis & balliſtis ſauciati, qui ſufficerentur, non haberent, ſuccumbebant. Interim Demetriani, qui per vices pericula ſubirent, & recentes ſibi mutuo ſuccede-

τος τοῦ τείχους, ἐνέπεσον εἰς τὴν Μουνυχίαν· καὶ τοὺς μὲν Φρουροὺς ἠνάγκασαν θέσθαι τὰ ὅπλα, τὸν δὲ Φρούραρχον Διονύσιον ἐζώγρησαν.

Antigono & Demetrio ſtatuae poſitae, & ara Servatorum dicata.

μϛʹ. Τούτων [1] δ' ἐν ὀλίγαις ἡμέραις κατευτυχηθέντων, ὁ μὲν Δημήτριος κατασκάψας τὴν Μουνυχίαν, ὁλόκληρον τῷ δήμῳ τὴν ἐλευθερίαν ἀποκατέστησε, καὶ Φιλίαν καὶ συμμαχίαν πρὸς αὐτοὺς συνέθετο. οἱ δ' Ἀθηναῖοι, γράψαντος ψήΦισμα Στρατοκλέους, ἐψηΦίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἅρματος στῆσαι τοῦ τε Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου, πλησίον Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος· στεΦανῶσαι δὲ ἀμΦοτέρους ἀπὸ ταλάντων διακοσίων, καὶ βωμὸν ἱδρυσαμένους προσαγορεῦσαι σωτήρων· πρὸς δὲ [2] ταῖς δέκα Φυλαῖς προσθεῖναι δύο, Δημητριάδα καὶ Ἀντιγονίδα, καὶ συντελεῖν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἀγῶνας, καὶ πομπὴν, καὶ θυσίαν, ἐνυΦαινόντων αὐτοὺς εἰς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς πέπλον κατ' ἐνιαυτόν. ὁ μὲν οὖν δῆμος, ἐν τῷ Λαμιακῷ πολέ-

1 Δὲ ὀλίγαις Baſ. 2 Τὰς δέκα φυλὰς Steph. marg. Vat. Baſ.

rent, nudato balliſtarum ictibus muro, in Munychiam irrumpunt, coactiſque ad ponendum arma praeſidiariis vivum capiunt ductorem.

XLVI. His intra paucos dies feliciter expeditis, Munychiam Demetrius exſcindit, & libertatem populo integram reſtituit, amicitiae quoque & ſocietatis foedus cum eis ſancit. Ob quae communi decreto, quod Stratocles ſcripſerat, a populo ſciſcitur, ut Antigoni Demetriique ſtatuae ex auro prope Harmodium & Ariſtogitonem in curru erigantur, & uterque CC talentûm corona inſigniatur, araque ipſis dicata Servatorum appelletur; ad decem praeterea tribus alias duas Antigonidem & Demetrianam adiiciant; denique ludos, pompamque, & ſacrificium quotannis exhibeant, ita ut uterque Minervae peplo intexatur. Populus itaque, Lamiaco bel-

μῳ καταλυθεὶς ὑπ᾽ Ἀντιπάτρου, μετ᾽ ἔτη πεντεκαίδεκα παραδόξως ἐκομίσατο τὴν πάτριον πολιτείαν. ὁ δὲ Δημήτριος, φρουρουμένης τῆς Μεγαρέων πόλεως, ἐκπολιορκήσας αὐτὴν ἀπέδωκε τὴν αὐτονομίαν τῷ δήμῳ, καὶ τιμῶν ἀξιολόγων ἔτυχε ὑπὸ τῶν εὖ παθόντων. Ἀντίγονος δὲ, παραγενομένων πρὸς αὐτὸν Ἀθήνηθεν πρεσβευτῶν, καὶ τό, τε περὶ τῶν τιμῶν [1] ἀναδόντων ψήφισμα, καὶ περὶ σίτου καὶ ξύλων εἰς ναυπηγίαν διαλεχθέντων, ἔδωκεν αὐτοῖς πυροῦ μὲν μεδίμνων πεντεκαίδεκα μυριάδας, ὕλην δὲ τὴν ἱκανὴν ναυσὶν ἑκατόν. ἐξ Ἴμβρου δὲ τὴν φρουρὰν ἐξαγαγὼν, ἀπέδωκεν αὐτοῖς τὴν πόλιν. πρὸς δὲ τὸν υἱὸν Δημήτριον ἔγραψε, κελεύων τῶν μὲν συμμαχίδων πόλεων συνέδρους [2] συστήσασθαι, [3] τοὺς βουλευσομένους κοινῇ περὶ τῶν τῇ Ἑλλάδι συμφερόντων· αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Κύπρον πλεῦσαι, καὶ διαπολεμῆσαι τὴν ταχίστην πρὸς

Inde liberae Athenae, Megara, Imbrus.

Senatus e civitatibus ſociis conſtitutus.

1 Αὐτοδιδόντων Reg. 1. pro αὐτῷ διδόντων.

2 Στήσασθαι Reg. 2. Baſil.

3 Deeſt τοὺς in Baſil.

lo poteſtate ſua exutus, poſt xv annos avitum reipublicae ſtatum recuperavit. Praeſidio tenebatur adhuc urbs Megarenſium. Hanc expugnat Demetrius, liberamque populo iuriſdictionem reddit. Amplos igitur honores & beneficia a civibus reportat. Antigonus porro, cum Athenienſium legatio ad ipſum profecta de honoribus decretis ſcitum exhibuiſſet, ubi ſimul de frumento ligniſque ad ſtructuram navium egere, centum & quinquaginta millia medimnûm tritici, & quantum ad centum naves ſufficeret materiae, populo largitus eſt. Tum Imbri praeſidio deducto, urbem civibus reſtituit. Scriptis inde literis ad Demetrium filium mandavit, ut ſenatum e civitatibus ſociis conſtitueret, qui de communi Graeciae utilitate conſilia tractaret: ipſe vero, tranſportatis in Cyprum copiis, quam ociſſime cum Ptolemaei duci-

τοὺς Πτολεμαίου στρατηγούς. οὗτος μὲν οὖν συντόμως πάντα πράξας κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ πατρὸς, καὶ κομισθεὶς ἐπὶ Καρίας, παρεκάλει τοὺς Ῥοδίους πρὸς τὸν κατὰ Πτολεμαίου πόλεμον. οὐ [1] προσεχόντων δ' αὐτῶν, ἀλλὰ κοινὴν εἰρήνην αἱρουμένων ἄγειν πρὸς ἅπαντας, ταύτην ἀρχὴν συνέβη γενέσθαι τῷ δήμῳ τῆς πρὸς Ἀντίγονον ἀλλοτριότητος.

Demetrius vero ultra tendens in Cyprum traiecit, ut in Ptolemaei duces bellum gereret.

μζ'. Ὁ δὲ Δημήτριος παραπλεύσας εἰς Κιλικίαν, κἀκεῖθεν ναῦς καὶ στρατιώτας προσλαβόμενος, διέπλευσεν εἰς τὴν Κύπρον, ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους πεντακισχιλίους, [2] ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους, ναῦς δὲ ταχυναυτούσας μὲν τριήρεις [3] πλείους τῶν ἑκατὸν δέκα, τῶν δὲ βαρυτέρων [4] στρατιωτίδων πεντήκοντα καὶ τρεῖς· καὶ πορεῖα τῶν παντοδαπῶν ἱκανὰ τῷ πλήθει τῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον κατεστρατοπέδευσεν ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρπασίας, καὶ νεωλκήσας τὰ σκάφη, χάρακι καὶ τάφρῳ βαθείᾳ τὴν παρεμβολὴν

1 Προσεχόντων δ' αὐτῷ Reg. 1.
2 Deſunt duae iſtae voces Baſ. & Reg. 2.
3 Πλείω τῶν Baſil.
4 Στρατιωτικῶν ora Steph. Mox πόρια Reg. 2. Baſil.

bus belligeraret. Is iuſſa parentis ſine mora exſequens, in Cariam tranſmittit, Rhodioſque ad bellum Ptolemaeo inferendum exhortatur. Quod cum illi detrectarent, pacemque cum omnibus aeque colendam praeferrent, inimicitiarum populi cum Antigono primordium inde exſtitit.

XLVII. Demetrius ergo in Ciliciam devectus, militibuſque & navibus inde acceptis, in inſulam Cyprum traiecit, habens tum ſecum CCIƆƆ IƆƆ peditum, CCCC equites, navium ad curſum expeditarum triremes ſupra X & C, tardiorum vero, ſed tamen militarium, LIII, pontones inſuper omnis generis, quot tantae equitum peditumque multitudini ſufficerent. Ac primo in maritima Carpaſiae ora caſtra poſuit, ſubductiſque navibus, vallo & foſſa

ὠχύρωσεν. ἔπειτα τοῖς πλησιοχώροις προσβολὰς ποιησάμενος, εἷλε κατὰ κράτος [1] Οὐρανίαν καὶ Καρπασίαν· τῶν δὲ νεῶν τὴν ἱκανὴν Φυλακὴν ἀπολιπὼν, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Σαλαμῖνα. ὁ δὲ τεταγμένος ὑπὸ Πτολεμαίου τῆς νήσου στρατηγὸς Μενέλαος συναγαγὼν τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν Φρουρίων, διέτριβεν ἐν Σαλαμῖνι. [2] ἀπεχόντων δὲ τεσσαράκοντα σταδίους τῶν πολεμίων, ἐξῆλθεν ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους καὶ δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ περὶ ὀκτακοσίους. γενομένης δὲ μάχης ἐπ' ὀλίγον χρόνον, οἱ μὲν περὶ τὸν Μενέλαον ἐκβιασθέντες ἐτράπησαν· ὁ δὲ Δημήτριος συνδιώξας τοὺς πολεμίους εἰς τὴν πόλιν, αἰχμαλώτους μὲν ἔλαβεν οὐ πολὺ ἐλάττους τρισχιλίων, ἀνεῖλε δὲ περὶ χιλίους. τοὺς δ' ἁλόντας τὸ μὲν πρῶτον ἀπολύσας τῶν ἐγκλημάτων, καταδιεῖλεν εἰς τὰς τῶν ἰδίων [3] στρατιωτῶν τάξεις· ἀποδιδρασκόντων δ' αὐτῶν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μενέλαον, διὰ τὸ τὰς ἀποσκευὰς ἐν Αἰγύπτῳ

Apud Salaminem obviam factus Menelao, Ptolemaei legato, proelium commiſit, & Menelaum fudit.

1 Ἡρανίαν marg. Steph.
2 Προεχόντων Reg. 1. Steph. ora.
3 Stigmate hoc vocabulum inuſſit Steph. quod Reg. 1. id deeſſet.

profunda caſtra munivit. Vicinas deinde urbes aggreſſus oppugnare, Uraniam & Carpaſiam vi cepit. Ac relicta tutandis navibus cuſtodia non mediocri, Salaminem exercitu infeſto petivit. Menelaus vero, inſulae cum imperio praefectus a Ptolemaeo, eductis e caſtellis hinc inde militibus, Salamine tum ſubſiſtebat. Iamque ſtadia XL hoſtes aberant: tum XII M. peditum, & circiter IↃ CCC equites, ille eduxit. Proelioque paullisper commiſſo, Menelaus ab hoſte preſſus, cum ſuis terga vertit. Et Demetrius, in urbem uſque hoſtes inſecutus, CIↃ CIↃ CIↃ haud pauciores cepit, mille autem interemit. Ac captivos quidem, criminibus exſolutos, in ordines ſuos diſtribuit. Sed cum ad Menelaum transfugerent, propterea quod impedimenta ſua in Aegypto penes Ptolemaeum

καταλελοιπέναι παρὰ Πτολεμαίῳ, γνοὺς ἀμεταθέτους ὄντας, ἐνεβίβασεν εἰς τὰς ναῦς, καὶ πρὸς Ἀντίγονον εἰς Συρίαν ἀπέστειλεν. οὗτος δὲ τοῦτον τὸν χρόνον διέτριβε περὶ τὴν ἄνω Συρίαν, πόλιν κτίζων περὶ τὸν Ὀρόντην ποταμὸν, [1] ἣν ὠνόμασεν Ἀντιγονίαν ἀφ' ἑαυτοῦ· κατεσκεύαζε δὲ πολυτελῶς, τὴν περίμετρον [2] ὑποστησάμενος σταδίων ἑβδομήκοντα. εὐφυὴς γὰρ ἦν ὁ τόπος ἐφεδρεῦσαι τῇ τε [3] Βαβυλωνίᾳ καὶ ταῖς ἄνω σατραπείαις, καὶ πάλιν τῇ κάτω σατραπείᾳ, καὶ ταῖς ἀπ' Αἰγύπτου σατραπείαις. οὐ μὴν πολύν γε χρόνον συνέβη μεῖναι τὴν πόλιν, Σελεύκου καθελόντος [4] αὐτὴν, καὶ μεταγαγόντος ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπ' ἐκείνου δὲ κληθεῖσαν Σελεύκειαν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβῶς ἕκαστα δηλώσομεν, ἐπὶ τοὺς οἰκείους χρόνους παραγενηθέντες. τῶν δὲ κατὰ τὴν Κύπρον οἱ περὶ τὸν Μενέλαον ἡττημένοι τῇ μάχῃ, τὰ

Captivi ad Antigonum miſſi, qui tum in Syria Antigoniam, novam urbem, condebat.

Menelaus, in urbem Salaminem pulſus, a Ptolemaeo auxilia requirit.

1 Τὴν Reg. 2. Baſil. Vatic. qui ambo ὠνομασμένην, male.
2 Ὑποστάμενος Reg. 1.
3 Βαβυλῶνι Steph. ora, Ven. Baſ. Reg. 2. Mox τῇ πάλιν κάτω Baſil.
4 Ταύτην, καὶ μεταγαγόντος R. 1. Poſterius etiam Vatic. Reg. 2. Baſil. In edd. καταγαγόντος.

reliquerant, eos in propoſito contumaciter perſeverare animadvertens, in navigia collocatos ad Antigonum tranſmiſit. Is per id tempus in ſuperiore Syria commorans, urbem, ſuo nomine Antigoniam vocitatam, iuxta Orontem fluvium condebat, magnificos in eam ſumtus faciens, ita ut ambitu LXX ſtadia complecteretur. Nam locus ad inſidiandum Babyloniae, & ſuperioribus provinciis, inferiori etiam ſatrapiae, & praefecturis Aegyptum uſque, idoneus erat. At non longo haec urbs tempore duravit. Seleucus enim illam deſtruxit, & oppidanos in aliam a ſe conſtructam, ſuoque nomine Seleuciam appellatam, deduxit. Verum haec ſingula exponemus accurate, ubi tempora illa attigerimus. Ceterum Menelaus, in Cypro pu-

μὲν βέλη καὶ τὰς μηχανὰς παρεκόμισαν ἐπὶ τὰ τείχη· καὶ τοῖς στρατιώταις διαλαβόντες τὰς ἐπάλξεις, παρεσκευάζοντο πρὸς τὸν κίνδυνον, ὁρῶντες καὶ τὸν Δημήτριον πρὸς πολιορκίαν ἑτοιμαζόμενον. πρὸς δὲ Πτολεμαῖον ἀπέστειλαν εἰς Αἴγυπτον τοὺς δηλώσοντας περὶ τῶν ἐλαττωμάτων, καὶ ἀξιώσοντας βοηθεῖν, ὡς κινδυνευόντων αὐτῷ τῶν ἐν τῇ νήσῳ πραγμάτων.

μη΄. Δημήτριος δὲ, τήν τε τῶν Σαλαμινίων ὁρῶν πόλιν οὐκ εὐκαταφρόνητον οὖσαν, καὶ στρατιωτῶν πλῆθος ὑπάρχον ἐν αὐτῇ [1] τῶν ἀμυνομένων, ἔκρινε μηχανάς τε τοῖς μεγέθεσιν ὑπεραιρούσας κατασκευάζειν, καὶ καταπέλτας ὀξυβελεῖς, καὶ λιθοβόλους παντοίους, καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν καταπληκτικήν. μετεπέμψατο δὲ [2] καὶ τεχνίτας ἐκ τῆς Ἀσίας, καὶ σίδηρον, ἔτι δ' ὕλης πλῆθος, καὶ τῆς ἄλλης χορηγίας τὴν ἐπιτήδειον κατασκευήν. ταχὺ δὲ πάντων [3] εὐτρεπῶν αὐτῷ

Oppugnatio urbis Salaminis a Demetrio interea ſuſcepta.

1 Omittunt articulum Baſil. & Reg. 2.

2 Ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ τεχν. Reg. 1.

3 Εὐπρεπῶν frequenti librariorum lapſu Baſil.

gna ſuperatus, miſſilia & machinamenta in moenia tranſtulit, & diſpoſitis per propugnacula militibus, ad conflictum ſe accinxit, cum & Demetrium ad pugnam ſe praeparare videret. Ad Ptolemaeum quoque in Aegyptum miſit, qui clades acceptas nuntiarent, & auxilium, quia res Cypri in ſummo periculo verſarentur, flagitarent.

XLVIII. Demetrius autem, cum Salaminiorum urbem non contemnendam, & propugnatorum magnam in ea vim eſſe, cerneret, eximiae magnitudinis machinas, & catapultas balliſtaſque omnis generis, ceterumque apparatum, qui terrorem incuteret, conficere decrevit. Accivit praeterea ex Aſia opifices cum ferro, lignorumque copia, & idoneo rerum inſumendarum apparatu. Iamque omnibus celeriter maturatis, conſtruxit machi-

Novae machinae Helepolis deſcriptio.

γενομένων, συνέπηξε μηχανὴν τὴν ὀνομαζομένην Ἑλέπολιν, τὸ πλάτος ἔχουσαν ἑκάστην πλευρὰν τεσσαράκοντα καὶ πέντε πήχεις, τὸ δ' ὕψος πηχῶν ἐννενήκοντα, διειλημμένην [1] στέγαις ἐννέα· ὑπότροχον δὲ πᾶσαν τροχοῖς στερεοῖς τέτταρσιν, ὀκταπήχεσι τὸ ὕψος. κατεσκεύασε δὲ καὶ κριοὺς ὑπερμεγέθεις, καὶ χελώνας δύο κριοφόρους. τῆς δ' Ἑλεπόλεως εἰς μὲν τὰς κάτω στέγας εἰσήνεγκε πετροβόλους παντοίους, ὧν ἦσαν οἱ μέγιστοι τριτάλαντοι· εἰς δὲ τὰς μέσας, καταπέλτας ὀξυβελεῖς μεγίστους· εἰς δὲ τὰς ἀνωτάτας, ὀξυβελεῖς τε τοὺς ἐλαχίστους, καὶ πετροβόλων πλῆθος, ἄνδρας τε τοὺς χρησομένους τούτοις κατὰ τρόπον πλείους τῶν διακοσίων. προσαγαγὼν δὲ τὰς μηχανὰς τῇ πόλει, καὶ πυκνοῖς χρώμενος τοῖς βέλεσι, τῇ μὲν τὰς ἐπάλξεις ἀπέσυρε τοῖς πετροβόλοις, τῇ δὲ τὰ τείχη διέσειε τοῖς κριοῖς. ἀμυνομένων δὲ καὶ τῶν ἔνδον εὐρώστως, καὶ τοῖς μηχανήμασιν ἑτέρας μηχανὰς ἀντιταττόντων, ἐφ'

1 Ταῖς στέγαις Reg. 1.

nam, quam Helepolin, ab expugnandis urbibus, vocarunt, in unoquoque latere quadragenos quinos cubitos latam, & XC cubitos altam, inque IX contignationes diſtinctam, quae IV rotis firmiſſimis, octonoſque cubitos altis incumbens, ageretur. Arietes etiam praegrandes, & duas teſtudines, portandis arietibus aptas, fecit. In tabulata Helepolis inferiora varias intulit petrarias, quarum maximae trium talentorum erant. In media catapultas, quae ſpicula iacerent, maximas. In ſuprema tandem catapultas minimas, petrariarumque vim magnam, & viros, qui his recte uti ſcirent, plures ducentis. Admotis itaque urbi machinis, dum miſſilibus crebris utitur, qua pinnas balliſtarum iactu detergit, qua muros arietum incuſſu diruit. Sed quod obſeſſi fortiter repugnarent, & machinamentis alias opponerent machi-

ἡμέρας μέν τινας ἀμφίδοξος ἦν ὁ κίνδυνος, ἀμφοτέρων κακοπαθούντων καὶ κατατραυματιζομένων· τὸ δὲ τελευταῖον τοῦ τείχους πίπτοντος, καὶ τῆς πόλεως κινδυνευούσης ἁλῶναι κατὰ κράτος, νυκτὸς ἐπιγενομένης ἔληξε τὰ τῆς τειχομαχίας. οἱ δὲ περὶ τὸν Μενέλαον, ἀκριβῶς εἰδότες ἁλωσομένην τὴν πόλιν εἰ μή τι καινοτομεῖν ἐπιχειρήσειαν, ἤθροισαν ὕλης ξηρᾶς πλῆθος. ταύτην δὲ περὶ τὸ μεσονύκτιον ἐμβαλόντες ταῖς τῶν πολεμίων μηχαναῖς, καὶ ἅμα πάντας τοὺς πυρσοφόρους ἀπὸ τῶν τειχῶν ἀφέντες, ἀνῆψαν τὰ μέγιστα τῶν ἔργων. ἄφνω δὲ τῆς φλογὸς [1] εἰς ὕψος ἀρθείσης, οἱ περὶ τὸν Δημήτριον ἐπεχείρησαν μὲν βοηθεῖν, τοῦ δὲ πυρὸς καταχήσαντος, συνέβη τὰς μηχανὰς κατακαυθῆναι, καὶ [2] πολλοὺς τῶν ἐν αὐταῖς ὄντων διαφθαρῆναι. ὁ δὲ Δημήτριος, ἀποσφαλεὶς τῆς ἐλπίδος, οὐ δ' ὡς ἔληγεν, ἀλλὰ

Oppugnantium machinas incendio vaſtat Menelaus.

1 Omittuntur haec ambo in eodem.

2 Πολλοὺς τῶν ἐν αὐταῖς ὄντων ora Steph. Reg. 2. Baſ. Ven. quos ſequor. Vulgo πολλοὺς τῶν στρατιωτῶν ἐν αὐταῖς ὄντας.

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ Τυῤῥηνοὺς ταραχωδῶς ἀπῃτηκέναι τοὺς μισθοὺς τὸν υἱὸν Ἀγάθαρχον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ, πάντας ἀπέσφαξεν οὐκ ἐλάττους ὄντας τῶν δισχιλίων.

(Eclog. IV, pag. 490.)

Olymp. CXX, 2. a. C. 299. U. C. 455. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις ἀθροίσας, διέπλευσεν εἰς Ἰταλίαν. διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνος στρατεύειν, πρὸς Μενέδημον τὸν Κροτωνιάτην τύραννον, ἑαυ-

1 Πολιορχήσας, & Συραχόσας ſtatim.

modeſtius poſtulaſſe, omnes trucidavit, duobus millibus haud pauciores. Ob quae cum alienari eſſent ab eo Brutii, oppidum illorum, Ethas nomine, obſidere inſtituit. Sed cum Barbari, magnis viribus coactis, noctu ex improviſo illum adorirentur, militum IV mllia amiſit, atque ita Syracuſas repetivit.

⁂

Agathocles, cum didiciſſet, Ligures ac Tyrrhenos abſente ſe ſtipendium a filio ſuo Agatharcho ſeditioſe flagitaſſe, omnes trucidavit numero fere bis mille.

⁂

Agathocles, coactis navalibus copiis, in Italiam transfretavit, in animoque habens adverſum Crotonem exercitum ducere, nuntium ad Menedemum, qui amicus illi

τοῦ φίλον ὄντα, [1] ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὸν, ψευδῶς θέλων αὐτὴν πολιορκῆσαι, Λάνασσαν τὴν θυγατέρα λέγει πέμπειν πρὸς τὴν Ἤπειρον ἐπὶ τὸν γάμον, στόλῳ κεκοσμημένην βασιλικῷ. καὶ οὕτως ἀπατήσας εὗρεν ἀνετοίμους. εἶτα πολιορκήσας ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν περιέβαλε τείχη, καὶ διὰ πετροβόλου καὶ διορυχῆς τὸν μέγιστον οἶκον καταῤῥάξας, ὡς ἴδον οἱ Κροτωνιᾶται, φόβῳ τὰς πύλας ἀνοίξαντες ἐδέξαντο τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ τὸ στράτευμα. εἰσπεσόντες δὲ εἴσω τῆς πόλεως, τὰς μὲν οἰκίας διήρπαζον, τοὺς δὲ ἄνδρας κατέσφαξαν· πρὸς δὲ τοὺς [2] ὁμόρους Βαρβάρους καὶ Ἰάπυγας καὶ Πευκετίους συμμαχίαν ἐποιήσαντο. καὶ ναῦς λῃστρικὰς χορηγῶν αὐτοῖς, τὰ μέρη τῶν [3] λειῶν ἐλάμβανε. καὶ φρουρὰν ἀπολείπων εἰς Κρότωνα, εἰς Συράκουσαν ἔπλευσεν.

1 Πέμψας αἰχλίσφορον -- αὐτὰς -- λέγων πέμπειν.
2 Ὁμόῤῥους.
3 Νεῶν. Paullo ante χορηγῶν ed. Hoeſch. pro quo χωρηγῶν in ſuo invenit Rhodom.

erat, miſit, ne turbaretur: perque mendacium obſidere urbem volens, filiam prae ſe ferebat Lanaſſam in Epirum ad nuptias mittere, regia ornatam claſſe; & hac fraude illectans illos imparatos offendit. Hinc obſidioni incumbens, a mari ad mare moenia circumdedit. Cumque petrariae & foſſae adiumento domum maximam diruiſſet, Crotoniatae id conſpicati, apertis prae metu portis, Agathoclem exercitumque receperunt. Tum irruptione in oppidum facta aedes diripuerunt, viroſque trucidarunt. Rex vero cum Barbaris finitimis Iapygibus & Peucetiis ſocietatem armorum iniit, naveſque praedatorias ſubminiſtrans partes de praedis accepit. Tandem praeſidio ad Crotonem relicto, Syracuſas renavigavit.

(Eclog. V, pag. 490.)

"Οτι Δίαλλος, 'Αθηναῖος συγγραφεὺς, τὰς κοινὰς πράξεις συντάξας ἔγραψε βίβλους εἴκοσι ἕξ· Ψάων δὲ ὁ [1] Πλαταιεὺς τὰς ἀπὸ τούτου διαδεξάμενος πράξεις ἔγραψε βίβλους τριάκοντα.

(Eclog. VI, pag. 490.)

Olymp. CXXI, 2. a. C. 295. U. C. 459. "Οτι ἐπὶ τοῦ πολέμου τῶν Τυῤῥηνῶν καὶ Γαλατῶν καὶ Σαμνιτῶν, καὶ τῶν ἑτέρων συμμάχων, ἀνῃρέθησαν ὑπὸ 'Ρωμαίων, Φαβίου ὑπατεύοντος, δέκα [2] μυριάδες, ὥς φησι Δοῦρις.

(Eclog. VII, pag. 490.)

Olymp. CXXI, 3. a. C. 294. U. C. 460. "Οτι 'Αντίπατρος διὰ φθόνον τὴν ἰδίαν μητέρα ἀνεῖλε. ὅτι 'Αλέξανδρος ἀδελφὸς 'Αντιπάτρου, προσκαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα εἰς βοήθειαν, δολοφονεῖται ὑπ' αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ 'Αντίπατρον τὸν μητραλοίαν ἀδελφὸν αὐτοῦ 'Αλεξάνδρου καὶ αὐτὸν ἐδολοφόνησεν, οὐ βουλόμενος σύνεδρον τῇ βασιλείᾳ.

1 Πλατεύς. 2 Μυρία δὲ -- φασὶ Δοῦρις ed. Hoeſch.

*

Diallus, Athenienſis ſcriptor, de rebus ubique terrarum geſtis XXVI lib. hiſtoriam coagmentavit. Pſaon vero Plataeenſis res ab eo ſuſceptas XXX libris deſcripſit.

*

In bello Hetruſcorum, Gallorum, Samnitum, ceterorumque ſociorum, a Romanis Fabio Conſule deleta ſunt centum millia, ut Duris teſtatur.

*

Antipater ex invidia matrem e medio ſuſtulit. Alexander etiam frater Antipatri, rege Demetrio in auxilium arceſſito, per dolum ab eo necatur. Conſimili modo ipſum etiam Antipatrum matricidam, ipſius Alexandri fratrem, doloſe occidit, regni ſocium habere nolens.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 559 ſq.)

Ὅτι οἱ Θρᾶκες τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἀγαθοκλέα λαβόντες αἰχμάλωτον ἀπέστειλαν μετὰ δώρων· ἅμα μὲν πρὸς τὰ παράδοξα τῆς τύχης ἑαυτοῖς παρασκευάζοντες καταφυγάς, ἅμα δὲ διὰ τῆς φιλανθρωπίας ταύτης ἐλπίζοντες ἀπολήψεσθαι τὴν ἀφῃρημένην αὐτῶν χώραν ὑπὸ Λυσιμάχου. οὐκέτι γὰρ ἤλπιζον αὐτοὺς δύνασθαι κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, συμπεφρονηκότων ἁπάντων σχεδὸν τῶν δυνατωτάτων βασιλέων, καὶ συμμαχούντων ἀλλήλοις. Olymp. CXXI, 4. a. C. 293. U. C. 461.

Ὅτι ὁ Δρομιχαίτης ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς κατὰ πάντα τὸν Λυσίμαχον τὸν βασιλέα δεξιωσάμενος καὶ φιλήσας, ἔτι δὲ πατέρα προσαγορεύσας, ἀπήγαγε μετὰ τῶν τέκνων εἰς πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἧλιν.

Ὅτι μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Λυσιμάχου δυνάμεως, συνδραμόντων τῶν Θρακῶν καὶ βοώντων, ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν ἡλωκότα βασιλέα πρὸς τὴν κόλασιν, δεῖν

*

Thraces, qui Agathoclem, Lyſimachi regis filium, in proelio ceperant, eum ad patrem cum muneribus remiſerunt, cum hoc facto ad incertos fortunae caſus praeſidium ſibi compararent, & ſimul ſperarent, ob eam gratiam agrum ſuum, quem Lyſimachus occupaverat, ſe gratuito recuperaturos. Iam enim omnem victoriae ſpem abiecerant, cum tot tantoſque reges viderent ſocietate inter ſe facta Lyſimacho opem ferre.

Dromichaetes, Thracum rex, Lyſimachum in proelio captum omni humanitatis genere excepit, amplexuſque ac deoſculatus, & patrem eum compellans, cum liberis in urbem, quae Helis dicitur, deduxit.

Cumque Thraces concurſu facto exclamarent, iuberentque, ut rex in pugna captus, in medium produceretur, ac ſupplicium de eo ſumeretur, (quippe aequum

γὰρ τὴν ἐξουσίαν ἔχειν τὸ τῶν κινδύνων μετεσχηκὸς πλῆθος βουλεύσασθαι, πῶς χρηστέον ἐστὶ τοῖς ἡλωκόσιν· ὁ μὲν Δρομιχαίτης περὶ τῆς τιμωρίας τοῦ βασιλέως ἀντειπὼν, ἐδίδαξε τοὺς στρατιώτας, ὅτι συμφέρει σῶσαι τὸν ἄνδρα. ἀναιρεθέντος μὲν γὰρ αὐτοῦ βασιλεῖς ἄλλους καταλήψεσθαι τὴν Λυσιμάχου δυναστείαν, φοβερωτέραν οὖσαν, ἂν τύχῃ, τοῦ προϋπάρξαντος· διαφυλαχθέντος δὲ χάριν ἕξειν ὀφειλομένην τοῖς Θρᾳξὶ παρὰ τοῦ σωθέντος, καὶ τὰ φρούρια τὰ πρότερον ὑπάρξαντα Θρᾳκῶν ἀπολήψεσθαι χωρὶς κινδύνων. συγκαταθεμένου δὲ τοῦ πλήθους ὁ Δρομιχαίτης ἀναζητήσας ἐκ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς φίλους τοῦ Λυσιμάχου, καὶ τοὺς περὶ τὴν θεραπείαν εἰωθότας διατρίβειν, ἀπήγαγε πρὸς ἡλωκότα βασιλέα. μετὰ δὲ ταῦτα συντελέσας θυσίαν, παρέλαβεν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν τόν τε Λυσίμαχον μετὰ τῶν αὐτοῦ φίλων, καὶ τῶν Θρᾳκῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. διττὰς δὲ κλισίας παρασκευάσας, τοῖς

eſſe, ut populus, qui in pugnae diſcrimine verſatus fuiſſet, de hoſtibus captis pro arbitrio ſtatueret;) Dromichaetes progreſſus milites monuit, e re publica eſſe hominem incolumem ſervare: etenim illo occiſo, alios ſtatim reges, Lyſimachi ditionem occupaturos, maiori fortaſſis quam Lyſimachum terrori fore. Contra vero ſervatum plurimam Thracibus gratiam habiturum incolumitatis ergo, & caſtella, quaecunque prius ditionis Thracum fuiſſent, abſque periculo recuperatum iri. Quibus cum multitudo aſſenſum praebuiſſet, Dromichaetes amicos ac miniſtros omnes Lyſimachi, quoſcunque inter captivorum numerum conquirere potuit, ad Lyſimachum perduxit. Poſtea vero cum ſollemne ſacrum Diis faceret, Lyſimachum cum omnibus amicis, ac primores Thracum ad coenam invitavit, duobuſque apparatis tricli-

μὲν περὶ τὸν Λυσίμαχον ἔστρωσε τὴν ἁλοῦσαν βασιλικὴν στρωμνὴν, ἑαυτῷ δὲ καὶ τοῖς φίλοις εὐτελῆ στιβάδα. ὁμοίως δὲ διττῶν ἑτοιμασθέντων δείπνων, ἐκείνοις μὲν παντοδαπῶν πολυτέλειαν βρωμάτων παρέθηκεν ἐπὶ τραπέζης ἀργυρᾶς· τοῖς δὲ Θρᾳξὶ λάχανα καὶ κρέα μετρίως ἐσκευασμένα, ἐπὶ σανίδος εὐτελοῦς [1] ἐπικειμένης αὐτῆς τῆς τραπέζης. τὸ δὲ τελευταῖον τοῖς μὲν ἐνέχει τὸν οἶνον ἐν ἀργυροῖς καὶ χρυσοῖς ποτηρίοις, τοῖς δὲ μεθ' ἑαυτοῦ κερατίνοις, καὶ ξυλίνοις, καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς Γέταις. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου πληρώσας τὸ μέγιστον τῶν κεράτων, καὶ προσαγορεύσας πατέρα τὸν Λυσίμαχον ἠρώτησε, πότερον αὐτῷ δοκεῖ τὸ δεῖπνον βασιλικώτερον τὸ Μακεδονικὸν ἢ τὸ Θρᾴκιον; τοῦ δὲ Λυσιμάχου τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος. . . . ΖΗΤΕΙ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΓΝΩΜΩΝ.

Ὅτι ὁ βασιλεὺς Δημήτριος παραλαβὼν καὶ τὰς

1 Ὑποκειμένης Valeſ. corrigit.

niis, lectos quidem, quibus Lyſimachus cum amicis diſcubiturus erat, regiis ſtragulis in proelio captis ſtravit; ſibi vero ac reliquis Thracibus vile ſtramentum paravit. Similiter & duabus apparatis coenis, illis quidem opiparas omnis generis dapes in argenteis menſis appoſuit; Thracibus autem olera, & carnes modice conditas, in ligneis tabulis menſae nudae ſuperponi iuſſit. Poſtremo illis quidem vinum in argenteis aureiſque poculis miniſtravit; ſibi vero ac ſuis more Getarum ligneis ac corneis vaſis propinari iuſſit. Poſtea vero cum convivium proceſſiſſet, maximum cornu mero implevit, & Lyſimachum patrem appellans interrogavit, utra ipſi regalior coena videretur, Thracica an Macedonica? Cumque Lyſimachus Macedonicam dixiſſet. . . . Reliqua pete ex sententiarum excerptis.

Demetrius rex, cum reliquas quoque urbes ad deditio-

ἄλλας πόλεις, προσηνέχθη τοῖς Βοιωτοῖς μεγαλοψύχως. πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων τῶν αἰτιωτάτων τῆς ἀποστάσεως, ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας.

(Eclog. VIII, pag. 491.)

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς συναθροίσας δυνάμεις, εἰς Ἰταλίαν διεπέρασεν ἔχων πεζοὺς τρισμυρίους, ἱππεῖς τρισχιλίους. τὴν δὲ ναυτικὴν δύναμιν Στίλπωνι παραδοὺς, λεηλατεῖν ἐπέταξε τὴν Βρεττίων χώραν. οὗτος [1] πορθῶν τὰς παραθαλασσίους κτήσεις, χειμῶνι περιπεσὼν τὰς πλείους τῶν νηῶν ἀπέβαλε. ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς πολιορκήσας τῶν [2] Ἱππονιατῶν πόλιν καὶ διὰ μηχανῶν πετροβόλων τῆς πόλεως [3] ἐκυρίευσε, καὶ ταύτην εἷλε· τῶν δὲ Βρεττίων καταπλαγέντων, πρέσβεις ἀπέστειλαν ὑπὲρ διαλύσεως· καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν ἑξακοσίους ὁμήρους καὶ φρουρὰν ἀπολιπὼν, εἰς Συρακούσας ἐπανῆλθεν. οἱ

1 Πορθοῦντας -- κτίσεις. 2 Ἱππονιακῶν. 3 Ἐκυρίευσαν -- εἷλον.

nem compuliſſet, clementer ac magnifice erga Boeotos ſe geſſit. Nam praeter quatuordecim admodum homines, qui praecipui defectionis auctores fuerant, ceteros immunes abſolvit.

*

Agathocles, vi militum coacta, in Italiam traiecit, peditum XXX millia, equitum CIↃ CIↃ CIↃ in armis habens. Navalibuſque copiis Stilponi traditis, Brutiorum agrum praedis agendis infeſtum habere iuſſit. Is dum fundos maritimos populatur, in tempeſtatem incidens pleraſque naves perdidit. Agathocles autem, Hipponiatarum urbe circumſeſſa, petrariarum adminiculo machinarum urbem cepit, & in poteſtatem redegit. Quo perculſi Brutii de pace legatos mittunt. Sexcentis igitur obſidibus acceptis, praeſidioque inibi relicto, Syracuſas

δὲ Βρέττιοι τοῖς ὅρκοις μὴ ἐμμείναντες, ἀλλὰ πανδημεὶ στρατεύσαντες ἐπὶ τοὺς ἀπολειφθέντας στρατιώτας, τούτους κατέκοψαν· τοὺς δὲ ὁμήρους ἀνασώσαντες ἀπελύθησαν τῆς Ἀγαθοκλέους δυναστείας.

Συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα.

(Eclog. IX, pag. 491.)

Ὅτι οἱ πλεῖστοι τῶν ἀγόντων στρατόπεδα, καθ' οὓς ἂν καιροὺς ἐν ἀτυχήμασιν ὑπάρχωσι μεγάλοις, ἀκολουθοῦσι ταῖς τῶν πολλῶν ὁρμαῖς, φοβούμενοι τὰς ἐναντιώσεις αὐτῶν.

(Eclog. X, pag. 491.)

Ὅτι Δημήτριος ὁ βασιλεὺς, τὸ δεύτερον [1] ἀποστα- Olymp. CXXII, 2.
τησάντων Θηβαίων, πολιορκίᾳ τὰ τείχη καθελὼν, τὴν a. C. 291.
πόλιν κατὰ κράτος εἷλε, δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν, U. C. 463.
τοὺς τὴν ἀποστασίαν κατεργαζομένους.

(Eclog. XI, pag. 491.)

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ἀπέστειλεν Ἀγαθοκλῆ τὸν υἱὸν Olymp. CXXII, 4. a. C. 289. U. C. 465.

1 Ἀποστατήσαντος Θηβῶν.

redit. At Brutii, non ſervato iuramento, omni civitatis robore milites oppugnant, ipſoſque concidunt, & recuperatis obſidibus, ab imperio Agathoclis ſeſe vindicant.

Veniae lenitas pro ſupplicii rigore deligenda.

*

Maxima illorum pars, qui exercitus ducunt, quo tempore in maximis fortunae difficultatibus haerent, vulgi affectus ſequuntur, dum adverſationes illorum metuunt.

*

Demetrius rex, cum iterum deſciviſſent Thebani, dirutis expugnatione muris, ſumma vi oppidum cepit, & x dumtaxat viros, defectionis auctores ſuſtulit.

*

Agathocles filium Agathoclem miſit ad regem Deme-

πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα, φιλίαν συνθέσθαι καὶ συμμαχίαν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀσμένως δεξάμενος τὸν νεανίσκον, [καὶ] στολὴν περιτιθεὶς βασιλικὴν, καὶ δῶρα δοὺς μεγαλοπρεπῆ, συναπέστειλεν [1] Ὀξύθεμιν τῶν φίλων ἕνα· τῷ μὲν δοκεῖν τὰ πιστὰ λαβεῖν τῆς συμμαχίας, τῷ δὲ ἔργῳ κατασκεψόμενον τὴν Σικελίαν.

(Eclog. XII, pag. 491.)

Ὅτι Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς, πολὺν χρόνον εἰρηνεύων πρὸς Καρχηδονίους, μεγάλην ἐπεποίητο παρασκεύασιν ναυτικῶν δυνάμεων. διενοεῖτο γὰρ πάλιν εἰς τὴν Λιβύην διαβιβάζειν στρατόπεδα, καὶ ταῖς ναυσὶν εἴργειν τοὺς Φοίνικας τῶν ἀπὸ τῶν Σαρδῶν καὶ Σικελῶν σιτοπομπίων. καὶ ἐν τῷ προγεγονότι κατὰ τὴν Λιβύην πολέμῳ θαλαττοκρατοῦντες οἱ Καρχηδόνιοι διέσωσαν ἐκ τῶν κινδύνων τὴν πατρίδα. εἶχε δὲ ναῦς Ἀγαθοκλῆς ὁ βασιλεὺς ἐξηρτυμένας διακοσίας τετρήρεις

1 Ὀξυθέμιν. Mox τὸ μέν.

trium, ut ſociale armorum foedus cum eo faceret. Rex vero iuvenem lubens ſuſcepit, regiaque amictum ſtola donis cumulavit magnificis. Cumque eo unum ex amicis Oxythemin dimiſit, opinione quidem confirmandae per acceptam fidem ſocietatis, at re ipſa, ut ſpeculator foret Siciliae.

*

Rex Agathocles, ubi longo tempore pacem cum Carthaginienſibus coluiſſet, magnos tandem navalium copiarum apparatus faciebat. Iterum namque caſtra in Lybyam tranſportare, navibuſque frumenti ex Sardinia & Sicilia exportationem Poenis intercludere animo ſuo propoſuerat. Superiori enim per Africam bello maris imperium adepti Carthaginienſes, patriam e periculis in tutum collocarant. Etſi autem naves habebat Agathocles omni inſtructas copia, CC quadriremes & hexeres, ad

καὶ ἐξήρεις· ὅμως εἰς πέρας τὴν προαίρεσιν οὐκ ἤνεγκε, διὰ τοιαύτας αἰτίας. Μαίνων ἦν [1] Αἰγεσταῖος τὸ γένος· ἐν δὲ τῇ καταλήψει τῆς πατρίδος ἡλωκὼς, δοῦλος ἐγίνετο διὰ τὴν εὐπρέπειαν τοῦ σώματος τῷ βασιλεῖ. καὶ μέχρι μέν τινος [2] εὐδοκεῖν προσεποιεῖτο, τῶν ἐρωμένων καὶ φίλων εἷς ἀριθμούμενος. διὰ δὲ τὴν τῆς πατρίδος συμφορὰν, καὶ τὴν περὶ αὐτὸν ὕβριν, ὑπούλως ἔχων πρὸς τὸν δυνάστην, καιρὸν ἔλαβε τῆς κατὰ αὐτοῦ τιμωρίας. ὁ γὰρ βασιλεὺς ἤδη γεγηρακὼς τὰς [3] ὑπαίθρους δυνάμεις Ἀρχαγάθῳ παραδεδώκει. οὗτος δὲ ἦν Ἀρχαγάθου [4] μὲν υἱὸς, τοῦ κατὰ Λιβύην σφαγέντος, υἱωνὸς δὲ τοῦ βασιλέως Ἀγαθοκλέους, ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων. στρατοπεδεύοντος αὐτοῦ περὶ τὴν Αἴτνην, ὁ μὲν βασιλεὺς βουλόμενος [5] προάγειν ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας τὸν υἱὸν Ἀγαθοκλῆ, πρῶτον μὲν [τοῖς] ἐν ταῖς

1 Αἰγυπταῖος.
2 Εὐδοκιμεῖν -- εἰσαριθμούμενος.
3 Ὑπέθρους.
4 Μένων υἱός.
5 Προσάγειν ἐπὶ τήν. Mox μὲν ἐν ταῖς.

finem tamen quod moliebatur non perduxit, his de cauſis. Aegeſtanus quidam genere Maenon apud illum erat, qui in excidio patriae captus, in ſervitium regis, ob formae elegantiam adſcitus erat. Et ad tempus quidem perplacere ſibi conditionem ſimulabat, adeo ut unus ex amatis & amicis regis numeraretur. Sed quia ob patriae calamitatem, ſuique propudioſam dehoneſtationem clam principi infenſus erat, ultionis de illo ſumendae tempus arripuit. Rex enim iam ſenio affectus, ſubdiales copias Archagatho commiſerat. Is Archagathi in Libya mactati filius erat, atque ita regis Agathoclis nepos, virili ſtrenuitate, audaciaque generoſi animi longe ceteros ex delectu ſupergrediens. Qui cum circa Aetnam caſtra haberet, rex, ad ſucceſſionem regni filium Agathoclem pro-

Συρακούσαις συνέστησε τὸν νεανίσκον, ἀποφαινόμενος διάδοχον ἀπολείψειν τῆς ἀρχῆς· μετὰ δὲ ταῦτα ἐξέπεμψεν αὐτὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. γράψας ἐπιστολὴν ἐπὶ τὸν Ἀρχάγαθον, προσέταξε, τοῦτον παραδιδόναι τὰς πεζικὰς καὶ ναυτικὰς δυνάμεις. δι᾽ ἃς ὁ μὲν Ἀρχάγαθος ὁρῶν τὴν βασιλείαν εἰς ἕτερον καταντῶσαν, ἀμφοτέροις ἐπιβουλεῦσαι διέγνω. πρὸς Μαίνωνα τὸν [1] Αἰγεσταῖον διαπεμψάμενος, ἔπεισεν ἀνελεῖν τὸν βασιλέα διὰ φαρμάκου· αὐτὸς δὲ ἔν τινι νήσῳ [2] θυσίαν ἐπιτελέσας, καὶ καταπλεύσαντα τὸν νεώτερον Ἀγαθοκλέα παραλαβὼν πρὸς τὴν εὐωχίαν, νυκτὸς καταμεθύσας ἀπέσφαξε. τοῦ δὲ σώματος ῥιφθέντος εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ τοῦ κλύδωνος [ἐκβρασθέντος,] ἐπιγνόντες τινὲς ἀπεκόμισαν εἰς Συρακούσας. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰωθὼς μετὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ πτερῷ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὀδόντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου, τὸν Μαίνωνα τὸ πτερὸν ᾔτησεν. εἶτα ὁ μὲν φαρμάκῳ

1 Αἰγεταῖον, & paullo ſuperius ἐπιβουλῆσαι. 2 Θυσίαν ἐπιτελεύσας.

vehere cupiens, primum Syracuſanis adoleſcentem commendat, & hunc imperii ſucceſſorem relicturum ſe denuntiat. Poſtea in caſtra illum mittit, ſcriptiſque ad Archagathum literis, terreſtres & nauticas ei copias tradere iubet. Quare in alium devolvi regnum videns Archagathus, utrique inſidias tendit. Ad Maenonem enim Aegeſtanum miſſo nuntio, ut regem veneno tollat, perſuadet: ipſeque, ſacris in inſula quadam celebratis, cum Agathoclem navigio illuc delatum epulo excepiſſet, noctu inebriatum iugulat. Cumque eius cadaver in mare deiectum ad terram fluctus expuliſſet, agnitum id incolae Syracuſas retulerunt. Cum autem rex in more haberet, ut ſemper a coena dentes penna repurgaret; compotatione tum deſurgens, pennam expetebat. Tum Maeno pu-

σηπτικῷ χρίσας ἀπέδωκεν. ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ Φιλοτιμότερον, διὰ τὴν ἄγνοιαν, ἥψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τοὺς ὀδόντας σαρκός. καὶ πρῶτον μὲν πόνοι συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀλγηδόνων· ἔπειτα σηπεδόνες ἀνίατοι πάντῃ τοὺς ὀδόντας περιεῖχον. ἐπὶ δὲ τῆς τελευτῆς γενόμενος, ἐκκλησιάσας τὸν λαὸν, κατηγόρησε τῆς ἀσεβείας Ἀρχαγάθου· καὶ τὰ μὲν πλήθη παρώξυνε πρὸς τὴν [1] αὐτοῦ τιμωρίαν, τῷ δὲ δήμῳ τὴν δημοκράτειαν ἔφησεν ἀποδιδόναι. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις, ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκαυσεν ὄντα μὲν ἔμπνουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδόνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνὴν [2] προΐεσθαι. Ἀγαθοκλῆς μὲν πλείστους καὶ ποικιλωτάτους φόνους ἐπιτελεσάμενος κατὰ τὴν δυναστείαν, καὶ τῇ κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὠμότητι προσθεὶς καὶ τὴν εἰς θεοὺς ἀσέβειαν, πρέπουσαν παρέ-

1 Αὐτήν. Paullo ſuperius στηπτικῷ edd. 2 Προεῖσθαι.

trefaciente veneno illitam ei tradebat. Qui operoſius per errorem illa utens, carnem dentibus circumiectam undique contingebat. Unde primum continuae aegritudines exortae, & cruciatus indies vehementiores. Deinde immedicabilis putredo undique dentes complexa. Morti ergo proximus, populo in concionem advocato, impietatem Archagathi accuſare, & multitudinem ad vindictam de illo ſumendam incitare, democratiam populo ſe iam reſtituturum, confirmans. Poſt haec extreme iam afflictum in rogo depoſuit Oxythemis, a rege Demetrio pridem miſſus, & ſpirantem adhuc cremavit, cum propter mali ex putrefactione inſolentiam vocem edere non valeret. Ita Agathocles, cum plurimas diverſiſſimaſque caedes imperii ſui tempore edidiſſet, & crudelitati in ſuae gentis homines impietatem in Deos etiam accumu-

σχε τῇ παρανομίᾳ τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν, δυναστεύσας μὲν ἔτη δύο τῶν τριάκοντα λείποντα, βιώσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, καθὼς Τίμαιος ὁ Συρακούσιος συγγράφει, καὶ Καλλίας καὶ αὐτὸς Συρακούσιος εἴκοσι δύο βίβλους συγγράψας, καὶ Ἄντανδρος ὁ ἀδελφὸς Ἀγαθοκλέους καὶ αὐτὸς συγγραφεύς. οἱ δὲ Συρακούσιοι τῆς δημοκρατείας τυχόντες, τὴν Ἀγαθοκλέους οὐσίαν ἐδήμευσαν, τὰς δὲ εἰκόνας τὰς ἀνατιθείσας ὑπ' αὐτοῦ κατέσπασαν. Μαίνων δὲ ὁ ἐπιβουλεύσας τῷ βασιλεῖ διέτριβεν ἐν τοῖς περὶ Ἀρχάγαθον, [1] πεφευγὼς ἐκ τῶν Συρακουσῶν· πεφρονηματισμένος δὲ ἐπὶ [2] τῷ δοκεῖν καταλελυκέναι τὴν βασιλείαν, τὸν μὲν Ἀρχάγαθον ἐδολοφόνησε· τοῦ δὲ στρατοπέδου κυριεύσας, καὶ τὰ πλήθη λόγοις φιλανθρώποις ἰδιοποιησάμενος, διέγνω πολεμεῖν τοῖς Συρακουσίοις, καὶ δυναστείας [3] ἀντέχεσθαι.

1 Πεφευγώς. 2 Τό. 3 Ἀνέχεται.

laſſet, dignum ſceleribus exitum vitae exhibuit, poſtquam duo de triginta annos in principatu, LXXII in vita exegerat, ut Timaeus Syracuſanus refert, & Callias, etiam ipſe Syracuſius, XXII librorum auctor, Antander praeterea, Agathoclis frater, qui etiam hiſtorias ſcripſit. Syracuſani vero, popularem ſtatum iterum adepti, Agathoclis bona publicarunt, imagineſque illi poſitas convulſere. Maenon interim, qui regi inſidias ſtruxerat, in caſtris Archagathi verſabatur, fuga Syracuſis elapſus. Criſtaſque ob hoc erigens, quod regnum abrogaſſe videretur, Archagathum dolo interfecit, exercituque potitus, cum multitudinem verborum humanitate ſibi conciliaſſet, bellum Syracuſiis facere conſtituit, & principatum ſibi vindicat.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 560.)

Ὅτι Ἀγάθαρχος ἀνδρείᾳ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων τῆς ἰδίας ἡλικίας. ἦν γὰρ παντελῶς νέος.

Ὅτι [1] οὗτος ἱστορικὸς [Τίμαιος] τὰς ἁμαρτίας τῶν πρὸ ἑαυτοῦ συγγραφέων πικρότατα ἐλέγξας, κατὰ μὲν τἄλλα μέρη τῆς γραφῆς πλείστην πρόνοιαν εἶχε τῆς ἀληθείας· ἐν δὲ ταῖς Ἀγαθοκλέους πράξεσι τὰ πολλὰ κατέψευσται τοῦ δυνάστου διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν. Φυγαδευθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους ἐκ τῆς Σικελίας, ζῶντα μὲν ἀμύνασθαι τὸν δυνάστην οὐκ ἴσχυσε, τελευτήσαντα δὲ διὰ τῆς ἱστορίας ἐβλασφήμησεν εἰς τὸν αἰῶνα. καθόλου γὰρ ταῖς προϋπαρχούσαις τῷ βασιλεῖ τούτῳ κακίαις ἄλλα πολλὰ παρ' ἑαυτοῦ προσθεὶς ὁ συγγραφεὺς, τὰς μὲν εὐημερίας ἀφαιρούμενος αὐτοῦ, τὰς δὲ ἀποτεύξεις, οὐ τὰς δι' αὐτὸν μόνον γενομένας, ἀλλὰ καὶ τὰς διὰ τύχην, μεταφέρων

1 ΤΙΜΑΙΟΣ legebatur ad oram.

*

Agatharchus fortitudine & audacia, ſupra quam aetas ferret, pollebat, quippe ille admodum erat iuvenis.

Timaeus, qui anteriorum hiſtoriae ſcriptorum errores acerbiſſime caſtigavit, fuit ille quidem in ceteris hiſtoriae ſuae partibus veritatis ſtudioſiſſimus, ſed in rebus geſtis Agathoclis prae odio, quo in illum erat affectus, multa confinxit. Namque ab Agathocle ex inſula in exſilium pulſus, tyrannum quidem ipſum, quamdiu vixit, ulciſci minime valuit; mortuum vero omnibus conviciis in hiſtoria ad poſteritatis memoriam laceravit. Siquidem iis vitiis, quae in rege illo fuerunt, multa ille alia commentus de ſuo adiicit, atque in univerſum omnes proſperos eius ſucceſſus deterit, adverſos autem caſus, non eos ſolum, qui Agathoclis culpa, ſed etiam qui for-

εἰς τὸν μηδὲν ἐξαμαρτόντα. γενομένου δὲ ὁμολογουμένως αὐτοῦ στρατηγικοῦ μὲν κατὰ τὴν ἐπίνοιαν, δραστικοῦ δὲ καὶ τεθαῤῥηκότος κατὰ τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις εὐτολμίαν, οὐ διαλείπει παρ᾽ ὅλην τὴν ἱστορίαν ἀποκαλῶν αὐτὸν ἄνανδρον, καὶ δειλόν. καίτοιγε τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι τῶν πώποτε δυναστευσάντων οὐδεὶς ἐλάττοσιν ἀφορμαῖς χρησάμενος μείζω βασιλείαν περιεποιήσατο; χειροτέχνης γὰρ ἐκ παίδων γενόμενος δι᾽ ἀπορίαν βίου καὶ πατέρων ἀδοξίαν, ἐξ ὑστέρου διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, οὐ μόνον Σικελίας σχεδὸν ὅλης ἐκυρίευσεν, ἀλλὰ πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ [1] Λιβύης τοῖς ὅπλοις κατεστρέψατο. θαυμάσαι δ᾽ ἄν τις τοῦ συγγραφέως τὴν εὐχέρειαν· παρ᾽ ὅλην γὰρ τὴν γραφὴν ἐγκωμιάζων τὴν τῶν Συρακουσίων ἀνδρείαν, τὸν τούτων κρατήσαντα, δειλίᾳ φησὶ διενηνοχέναι τοὺς ἅπαντας ἀνθρώπους. διὰ

1 Λιβ. μοῖραν ediderat ex coniectura Valeſ. In Mſ. deerat vox ultima.

tuito evenerant, ei vitio vertit. Cumque inter omnes conſtet, Agathoclem & conſilio in re militari valuiſſe, & induſtria atque audacia in maximis diſcriminibus ſingulari praeditum fuiſſe, ipſe tota paſſim hiſtoria imbellem eum atque ignavum vocitare non deſinit. Et tamen quis eſt, qui ignorat, neminem minoribus uſum praeſidiis & adiumentis, tantam dominationem unquam ſibi comparaſſe? Qui cum a puero ob egeſtatem atque obſcuritatem generis ſellularius opifex fuiſſet, poſtmodum ſua virtute non univerſae modo Siciliae dominationem adeptus eſt, ſed & Italiae Africaeque maximam partem armis ſubegit. Ac levitatem ipſius Timaei merito quis miretur: qui cum fere omnibus paginis Syracuſanorum fortitudinem laudibus efferat, eum, qui Syracuſanos domuit, omnium hominum ignaviſſimum fuiſſe affirmat. Ex

[1] γοῦν τῶν ἐν ταῖς ἐναντιώσεσιν ἐλέγχων, φανερός ἐστι τὸ φιλαληθὲς τῆς ἱστορικῆς παῤῥησίας προδεδωκὼς, ἰδίας ἕνεκεν ἔχθρας καὶ φιλονεικίας. διόπερ τὰς ἐσχάτας τῆς συντάξεως πέντε βίβλους τοῦ συγγραφέως τούτου, καθ' ἃς περιείληφε τὰς Ἀγαθοκλέους πράξεις, οὐκ ἄν τις δικαίως ἀποδέξαιτο.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 561.)

Ὅτι καὶ Καλλίας ὁ Συρακούσιος δικαίως καὶ προσηκόντως κατηγορίας ἀξιωθείη. αναληφθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους, καὶ δώρων μεγάλων ἀποδόμενος τὴν προφῆτιν τῆς ἀληθείας ἱστορίαν, οὐκ ἀπολέλοιπεν ἀδίκως ἐγκωμιάζων τὸν μισθοδότην. οὐκ ὀλίγων γὰρ αὐτῷ πεπραγμένων πρὸς ἀσεβείας θεῶν καὶ παρανομίας ἀνθρώπων, φησὶν ὁ συγγραφεὺς αὐτὸν εὐσεβείᾳ καὶ φιλανθρωπίᾳ πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερβεβληκέναι. καθόλου δὲ καθάπερ Ἀγαθοκλῆς ἀφαιρούμενος τὰ τῶν πο-

1 Γὰρ Codex ſcriptus.

his igitur adeo inter ſe pugnantibus atque contrariis manifeſto convincitur, veritatis ſtudium, quod in hiſtorico praecipuum eſſe debet, privatae ſimultatis ac contentionis cauſa prodidiſſe. Quamobrem poſtremos eius quinque libros, quibus res Agathoclis geſtas complexus eſt, nemo unquam iure merito comprobarit.

*

Sed & Callias Syracuſanus obiurgatione aeque dignus eſt: qui cum ab Agathocle opibus auctus fuiſſet, magnoque auctoramento interpretem veritatis hiſtoriam vendidiſſet, nullum laudandi muneratoris ſui in hiſtoria finem fecit. Etenim cum Agathocles in pleriſque divina humanaque iura violaverit, tamen ſcriptor iſte & pietate & humanitate eum reliquis mortalibus multum praeſtitiſſe ait. Denique quemadmodum Agathocles bona,

λιτῶν ἐδωρεῖτο τῷ συγγραφεῖ μηδὲν προσήκοντα παρὰ τὸ δίκαιον, οὕτως ὁ θαυμαστὸς ἱστοριογράφος ἐχαρίζετο διὰ τῆς γραφῆς ἅπαντα τἀγαθὰ τῷ δυνάστῃ. ῥᾴδιον δ᾽ ἦν οἶμαι πρὸς ἄμειψιν χάριτος, τῷ γραφείῳ τῶν ἐγκωμίων μὴ λειφθῆναι τῆς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γένους δωροδοκίας.

(Eclog. XIII, pag. 493.)

Olymp. CXXIV, 3. a. C. 282. U. C. 472.

Ὅτι Ἱκέταν στρατηγὸν ἀπέλυσαν Συρακούσιοι μετὰ δυνάμεως πρὸς Μαίνωνα πολεμῆσαι· καὶ μέχρι μέν τινος διεπολέμει, φυγομαχούντων τῶν ἐναντίων, καὶ εἰς παράταξιν οὐδαμῶς καταβαινόντων. τῶν δὲ Καρχηδονίων συνεπιλαβομένων τοῖς περὶ Μαίνωνα,[1] [καὶ] πολὺ ταῖς δυνάμεσιν ὑπερεχόντων· ἠναγκάσθησαν οἱ Συρακούσιοι, δόντες ὁμήρους τοῖς Φοίνιξι τετρακοσίους, διαλύσασθαι τὸν πόλεμον, καὶ καταγαγεῖν τοὺς φυγάδας. τῶν δὲ μισθοφόρων ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς[2] ἀρχαιρεσίαις, συνέβη στάσεως πληρωθῆναι τὴν πόλιν.

1 Ita Rhod. & Hoeſch. quos ſequor. Ed. πολὺ ταῖς. 2 Ἀρχιερίαις.

civibus per vim ademta, nullo iure huic ſcriptori donabat, ita eximius hic Annalium conditor laudes omnes in Agathoclem ſcriptis ſuis congerebat. Ceterum meo iudicio haudquaquam difficile erat, in vicem acceptae gratiae beneficia regia laudationibus repenſare.

*

Syracuſani Hicetam praetorem, ut adverſus Maenonem belligeraret, dimiſerunt. Is ad tempus bellum continuabat, detrectantibus pugnam adverſariis, nec ullo modo in aciem deſcendentibus. At cum Maenonis ſe partibus adiungerent Carthaginienſes, copiiſque multum praevalerent, coacti ſunt tandem Syracuſii, traditis CCCC obſidibus, bellum cum Poenis diſſolvere, & reducere exſules. Cum vero mercenarii in electione magiſtratuum honore ſuo fraudarentur, evenit, ut ſeditione urbs reple-

[1] διαστάντων οὖν ἐν τοῖς ὅπλοις τῶν τε Συρακουσίων καὶ τῶν μισθοφόρων, οἱ πρεσβῦται διαπρεσβευσάμενοι, καὶ πολλὰ δεηθέντες ἀμφοτέρων, μόγις κατέπαυσαν τὴν ταραχὴν, ἐπὶ [2] τῷ τοὺς μισθοφόρους ἐν τακτῷ χρόνῳ τὰς ἑαυτῶν [3] κτήσεις ἀποδομένους ἀπελθεῖν ἐκ Σικελίας. τούτων δὲ κυρωθέντων, οἱ μὲν ξένοι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακούσας, καὶ παραγενηθέντες ἐπὶ τὸν πορθμὸν, ὑπεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι. ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους· καὶ τὰς τούτων γυναῖκας γήμαντες, κατέσχον τὴν πόλιν. ἐκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην, ἀπὸ τοῦ Ἄρεως· διὰ τὸ τοῦτον κατὰ τὴν ἐκείνων διάλεκτον Μάμερτον καλεῖσθαι.

Οἷς γὰρ οὐ μέτεστι τῆς δημαρχίας, τούτους οὐδὲ τῆς ὑπὸ δημάρχου κυρουμένης ψήφου κοινωνεῖν.

1 Διαστάντες. Statim Συρακουσιῶν Rhod. Συρακοσίων Hoeſch.
2 Τό.
3 Κτίσεις. Mox ἐφόνησαν. Porro fini Eclogae addebantur in Hoeſchelii libro haec: αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως υἱοῦ, ταῖς δὲ πράξεσι φαίνεσθαι Θερσίτην· quae Rhodom. exemplo recidi. Leguntur Ecl. 20.

retur. Dumque correptis armis ita diſſident Syracuſani & conductitii milites, tandem ſeniores miſſa legatione vix multis apud utroſque precibus obtinuerunt, ut a tumultu deſiſterent, hac equidem conditione, ut mercenarii ſtato tempore diſtractis facultatibus Sicilia excederent. His ita ratificatis, peregrini ex compacto Syracuſis emigrarunt, & ad fretum progreſſi, a Meſſeniis ut amici & ſocii armorum in urbem intromittuntur. Ibi humaniter in aedes recepti, noctu hoſpites obtruncant, ductiſque illorum uxoribus, ſuae poteſtatis urbem faciunt, Mamertinamque vocant, a Marte, qui illorum lingua Mamers nuncupatur.

Qui enim popularis regiminis non ſunt conſortes, hi nec in calculi a Tribuno plebis confirmandi ſocietatem admittuntur.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 561.)

Ὅτι οἱ μισθοφόροι κατὰ τὰς ὁμολογίας ἐκλιπόντες τὰς Συρακούσας προσεδέχθησαν ὑπὸ τῶν Μεσσηνίων, ὡς ἂν φίλοι καὶ σύμμαχοι· ὑπὸ δὲ τῶν πολιτῶν φιλοφρόνως ἀναληφθέντες εἰς τὰς ἰδιωτικὰς οἰκίας, νυκτὸς ἐφόνευσαν τοὺς ὑποδεξαμένους, καὶ τὰς τῶν παρανομηθέντων γυναῖκας γήμαντες, κατέσχον τὴν πόλιν.

Spectat ad Olymp. CXXIII, 4. Ὅτι τοῦ Δημητρίου φυλαττομένου εἰς Πέλλαν, Λυσίμαχος πρέσβεις ἀποστείλας ἠξίου τὸν Σέλευκον μηδενὶ τρόπῳ τὸν Δημήτριον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφεῖναι, πλεονέκτην ἄνδρα καὶ πᾶσι τοῖς βασιλεῦσιν ἐπιβεβουλευκότα, ἐπηγγέλλετο δὲ αὐτῷ δώσειν ὑπὲρ τῆς ἀναιρέσεως τῆς τούτου τάλαντα δισχίλια. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖς μὲν πρεσβευταῖς ἐπετίμησε παρακαλοῦσιν αὐτὸν μὴ μόνον ἀθετῆσαι πίστιν, ἀλλὰ καὶ συνῳκειωμένον αὐτῷ [1] μύσος ἐκεῖνο ἐπανελέσθαι· πρὸς δὲ τὸν υἱὸν Ἀν-

1 Μύσσος ἐκεῖνον ſcriptus liber. Poſt ἀλλὰ καὶ videtur deeſſe εἰς.

*

Milites conductitii cum Syracuſis pactione facta exceſſiſſent, a Meſſeniis tanquam amici ac ſocii ſunt excepti. Cumque a civibus comiter hoſpitio accepti fuiſſent, noctu hoſpites ſuos trucidarunt, uxoribuſque eorum ſibi copulatis urbem occupaverunt.

Cum Demetrius captivus Pellae cuſtodiretur, Lyſimachus legatione ad Seleucum miſſa monuit, ne hominem ſumma flagrantem cupiditate, qui omnibus regibus inſidiatus eſſet, ullatenus e manibus dimitteret; ac bis mille talenta daturum ſe promiſit, dummodo illum Seleucus e medio tolleret. At Seleucus rex legatos acerbe increpuit, qui ſe non ſolum ad violandam fidem, ſed ad tantum ſcelus erga coniunctiſſimum hominem ſuſcipiendum impellerent. Ceterum ad Antiochum filium, qui in Me-

τίοχον ἐν τῇ Μηδίᾳ διατρίβοντα γράψας, συνεβούλευσε πῶς χρηστέον ἐστὶ τῷ Δημητρίῳ. κεκρικὼς γὰρ ἦν αὐτὸν ἀπολύειν, καὶ κατάγειν ἐπὶ τὴν βασιλείαν μεγαλοπρεπῶς. ἔσπευδεν δὲ καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ χάριν συνεπιγράψαι ταῖς εὐεργεσίαις, ὡς ἂν γεγαμηκότος αὐτοῦ Στρατονίκην τὴν Δημητρίου, καὶ τέκνα γεγεννηκότος ἐξ αὐτῆς.

(Eclog. XIV, pag. 493.)

Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν πολεμίοις εἶναι φοβερώτατον, τοῖς δὲ φίλοις διαμένειν βέβαια προσηνέστατον.

(Eclog. XV, pag. 493.)

Ἐπειδὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἀγνοήσαντες τὸ συμφέρον, τοῖς πρὸς χάριν λόγοις ἐπηκολουθήσατε· νῦν τοῖς ἔργοις ἑωρακότες τὰ κατὰ τὴν χώραν ἀτυχήματα, μεταδιδάχθητε.

Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε [1] [τὰ] κατὰ τὸν βίον,

1 Τὰ deerat.

dia morabatur, ſcriptis literis, conſilium eius exquiſivit, quid Demetrio faciendum eſſet. Illum enim cuſtodia liberare, atque in priſtinum regnum ſplendide reducere conſtituerat: cuius beneficii gratiam cum Antiocho filio communicatam volebat, quippe qui Stratonicen Demetrii filiam in matrimonio haberet, liberoſque ex ea ſuſtuliſſet.

*

Hoſtibus quam maxime terribilem eſſe, in benevolentia vero erga amicos conſtanter permanere, decet.

*

Quandoquidem illo tempore, cum quid expediret, vos lateret, verbis ad gratiam compoſitis morem geſſiſtis; nunc, quando calamitates in provincia re ipſa cernatis, aliud edocti eſtis.

Nam ignorare interdum, quae in vita accidunt, homi-

ἐστὶν ἀνθρώπου· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν, τέλεον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς. ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλάττωμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν.

Ἐπὶ τοσοῦτον γάρ τινες τῶν πολιτῶν προεληλύθασι πλεονεξίας, ὥστε βούλεσθαι τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν ἐκ τῶν τῆς πατρίδος ἀτυχημάτων.

Οἱ δὲ περὶ τοὺς βοηθοῦντας τοῖς ἄλλοις ἀνομήσαντες, πῶς ἂν χρήσαιντο [1] *[τοῖς] περὶ αὐτῶν;*

(Eclog. XVI, pag. 494.)

Ὅτι δεῖ τοῖς μὲν ἡμαρτημένοις δοῦναι συγγνώμην, εἰς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἔχειν εἰρήνην.

(Eclog. XVII, pag. 494.)

Ὅτι οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους.

1 Τοῖς deficiebat. Addiderunt utrumque docti viri.

nis eſt: at iiſdem in rebus errare ſaepius, id in ratione prorſus deſtitutum cadit. Quanto enim plures in errores incidimus, tanto maiori poena digni ſumus.

Eo civium nonnulli cupiditatis provecti ſunt, ut domos ſuas ex patriae detrimentis ſplendidiores facere velint.

Qui vero tam nefaria commiſerunt in aliorum opitulatores, quomodo ipſos, quaeſo, tractaſſent?

*

Peccatis venia tribuenda eſt, & in reliquum tempus quieſcendum.

*

Non qui deliquerunt, ſed qui ob delicta non reſipiſcunt, omni modo puniendi ſunt.

(Eclog. XVIII, pag. 494.)

Ὅτι προτερεῖ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἡ μὲν ἐπιείκεια τῆς ὀργῆς, ἡ δὲ εὐεργεσία τῆς τιμωρίας.

(Eclog. XIX, pag. 494.)

Ὅτι καλὸν καὶ εὔθετόν ἐστι, λύειν μὲν τὴν ἔχθραν, ἀντεισάγειν δὲ φιλίαν. ὅταν γὰρ εἰς ἀπορίαν ἔλθῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐπὶ πρώτην τὴν τῶν φίλων ἁρπαγὴν ὁρμᾷν εἴωθεν.

(Eclog. XX, pag. 494.)

Ὅτι ἔμφυτος οὖσα τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ πλείονος ἐπιθυμία, τῆς τοιαύτης ὁρμῆς οὐδ' ὅλως ἀφέξεται.

Δεῖ γὰρ τὸ τῆς ὑπερηφανίας μέγεθος καὶ τὸ τῆς ἐσθῆτος τυραννικὸν οἴκοι φυλάττειν· εἰς δὲ πόλιν ἐλευθέραν εἰσιόντα τοῖς ἐνθάδε νόμοις πείθεσθαι.

Οὐ γάρ τις τὸ γένος καὶ τὴν βασιλείαν κεκληρονόμηκε, τούτου θελήσει καὶ τῆς εὐδοξίας γενέσθαι διά-

*

Aequitas & clementia apud homines antiquior eſt ira & ſupplicio.

*

Honeſtum eſt aptumque inimicitias diſſolvere, eiuſque loco amicitiam reducere. Nam quando ad inopiam homo redactus eſt, ad primum veluti raptum amicorum feſtinare ſolet.

*

Naturâ hominibus inſita plura conſequendi cupiditas, ab huiuſmodi affectione non plane abſtinere ſolet.

Domi relinquendus eſt tumor ſuperbiae, & tyrannicum veſtitus ſchema. Liberam vero civitatem qui ingreditur, eum legibus iſtic morem gerere oportet.

Cuius enim genus & regnum hereditario quis iure accepit, in huius etiam gloriam ſuccedere volet. Turpe

δοχος· αἰσχρὸν γάρ ἐστι τὸ μὲν ὄνομα Φέρειν Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως, ταῖς δὲ πράξεσι Φαίνεσθαι Θερσίτην.

Ὅσῳ γάρ τις πλείονος κυριεύει δόξης, τοσούτῳ[1] μείζονα χάριν ἕξει τοῖς αἰτίοις τῶν εὐτυχημάτων. ὥστε ὧν δύναταί τις τυγχάνειν μετὰ δόξης καὶ χάριτος, τούτων οὐκ ἂν ἐπιθυμῆσαι μετ' ἀδικίας καὶ ὀνείδους κυριεῦσαι.

Καλὸν οὖν ἐστιν, ὦ ἄνθρωποι, ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἁμαρτήμασι περὶ τῆς ἰδίας ἀσφαλείας λαμβάνειν τὴν πεῖραν.

(Eclog. XXI, pag. 494.)

Ὅτι οὐ δεῖ προκρίνειν τινὰ μὲν τῆς συγγενείας τὴν ἀλλοτριότητα, τῆς δὲ τῶν συμμάχων εὐνοίας τὸ τῶν πολεμίων μῖσος.

1 Μείζονος. Mox μετ' ἀδικίαν.

namque eſt, Pyrrhi quidem Achillis filii nomen referre, actionibus vero Therſitem repraeſentare.

Quanto plus enim gloriae quis acquiſitum habet, tanto maiorem illis habebit gratiam, per quos felices obtinuit ſucceſſus. Ideo quae cum gloria & gratia quis conſequi poteſt, iis cum iniuria & opprobrio potiri ne expetat.

Pulchrum itaque eſt, o homines, in alienis erratis propriae incolumitatis capere experimentum.

*

Non decet quemquam cognationi alienorum praeferre reſpectum, odiumque hoſtium benevolentiae ſociorum.

E LIBRO XXII.

(Eclog. I, pag. 494.)

Ὅτι πάτριόν ἐστι τοῖς Ἠπειρώταις, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀγωνίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν φίλων καὶ συμμάχων κινδυνεύειν. Olymp. CXXV, 1. a. C. 280. U. C. 474.

(Eclog. II, pag. 494.)

Ὅτι Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος χιλίαρχος, φύλαξ γενόμενος Ῥηγίου, διὰ Πύῤῥον τὸν βασιλέα κατέσφαξεν αὐτοὺς, καὶ τὰς κτήσεις καὶ τὰς γυναῖκας ἰδιοποιήσατο. Καμπανοὶ δὲ οὗτοι ἦσαν, καὶ ἐποίησαν κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον Μαμερτίνοις, ὥσπερ [1] ἐκεῖνοι Μεσσηνίους σφάξαντες. εἶτα τὴν διαίρεσιν τῆς κτήσεως τῶν ἠτυχηκότων ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου, φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν ἰδίων Καμπανῶν. συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι, [οἱ] μετὰ τῶν λειφθέντων χρημάτων στρατηγὸν ἐποίησαν. καὶ δὴ ὀφθαλμίας νό-

1 Ἐκεῖνος Μεσσηνίους. Mox οἱ deerat.

*

PATRIUM eſt Epirotis, non pro patria ſua tantum decertare, ſed pro amicis etiam & belli ſociis pericula ſubire.

*

Decius, Romae militum Tribunus, Rhegio praeſidiis cuſtodiendo praefectus, ob Pyrrhum regem cives mactat, & facultates feminaſque ſibi mancipat. Campani hi erant, eodemque modo fecerunt, quo Mamertini, ſicut illi Meſſenios trucidaverant. Poſtea, quod inique miſerorum peculium diviſiſſet, Rhegio excidit, a Campanis ſuis in exſilium actus. Adiuverant illos etiam Mamertini, qui cum pecuniis adhuc reliquis ducem ſibi hunc creaverunt. Porro cum ocularis eum morbus corriperet,

σου αὐτὸν περιεχούσης, τῶν ἰατρῶν τὸν δόκιμον μεταστειλαμένου αὐτοῦ· [οὗτος] τὴν ὕβριν τῆς πατρίδος ἐκδικῶν, [1] *κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον· καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν ἐπεστέρησε, καὶ Φεύγει ἐκ Μεσσήνης.*

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 562.)

Ὅτι εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεστάλη Φρουρὰ ὑπὸ Ῥωμαίων. ὁ δὲ χιλίαρχος Δέκιος τὸ γένος Καμπανὸς, πλεονεξίᾳ καὶ τόλμῃ διαφέρων, ἐμιμήσατο τὴν τῶν Μαμερτινῶν παρανομίαν. ἐκεῖνοι γὰρ προσδεχθέντες ὑπὸ Μεσσηνίων ὡς Φίλοι, τὴν μὲν πόλιν κατελάβοντο, τοὺς δὲ Μεσσηνίους ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑστίας ἑκάστους σφάξαντες ἔγημαν τὰς τῶν ἰδιοξένων γυναῖκας, καὶ τὰς τῶν σφαγέντων κτήσεις κατέσχον· οἱ δὲ περὶ τὸν Δέκιον Καμπανοὶ, δοθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων Φύλακες τῶν Ῥηγινῶν, ἐζήλωσαν τὴν τούτων ὠμότητα. τοὺς γὰρ Ῥηγίνους σφάξαντες, καὶ τὰς κτήσεις διελόμενοι, κατέ-

1 Κανθάρησιν.

accitus ab eo medicorum probatiſſimus, ut patriae iniuriam ultum iret, cantharidibus Decium inunxit, viſuque orbavit. Sibi autem fuga ex Meſſene conſuluit.

*

Cum praeſidium in oppidum Rheginorum a Romanis miſſum fuiſſet, Decius Tribunus, genere Campanus, vir ſingulari audacia & cupiditate, Mamertinorum perfidiam aemulatus eſt. Namque ut illi, amicorum ſpecie a Meſſeniis excepti, & urbem ipſam occuparant, & civibus ſingulis ad ſuos Lares iugulatis, matresfamilias hoſpitum ſuorum coniuges ſibi adſciverant, & in occiſorum bona invaſerant; ita & milites Campani, quibus una cum Decio Rhegii cuſtodia commendata ab Romanis fuerat, ſimili perfidia Rheginos omnes occiderunt, boniſque eorum inter ſe diviſis, urbem quaſi bello captam occupa-

σχον τὴν πόλιν ὡς δορύκτητον. ὁ δὲ ἐπὶ τῆς φρουρᾶς τεταγμένος Δέκιος ἐξαργυρισάμενος τὰς τῶν ἠτυχηκότων κτήσεις, καὶ τὴν διαίρεσιν τῆς ὠφελείας ἄδικον ποιησάμενος, ἐξέπεσεν ἐκ τοῦ Ῥηγίου, φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν συνασεβησάντων Καμπανῶν. οὐ μὴν ἐξέφυγον τὴν τιμωρίαν οἱ παρανομήσαντες· ἀλλ' ὁ μὲν Δέκιος εἰς ὀφθαλμίαν χαλεπὴν ἐμπεσὼν μετεπέμψατο τῶν ἰατρῶν τὸν ἄριστον. οὗτος δὲ τὴν ὑπὲρ τῆς πατρίδος τιμωρίαν λαμβάνων ἱκανῶς, κανθαρίσιν ὑπήλειψε τὸν Δέκιον, καὶ τῆς ὁράσεως αὐτὸν στερήσας ἔφυγεν ἐκ τῆς Μεσσήνης.

(Eclog. II, pag. 495.)

Κατὰ δὲ Σικελίαν ἦσαν τύραννοι Ἱκέτας ἐν Συρακούσῃ, Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα, [1] Τυνδαρίων ἐν Ταυρομενίῳ, καὶ ἕτεροι τῶν ἐλαττόνων πόλεων. Φιντίας δὲ καὶ Ἱκέτας πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἐνστησάμενοι, παρετάξαντο περὶ τὸν Ὕβλαιον, καὶ τὴν νίκην Ἱκέ-

1 Τυνδάριος.

verunt. At Praefectus praeſidii Decius, cum miſerorum bona vendidiſſet, & pecuniam ex auctione redactam mala fide eſſet partitus, a Campanis ſceleris eius ſociis Rhegio expulſus eſt. Enimvero univerſi perfidiae tandem poenas dederunt. Etenim Decius, gravi oculorum dolore correptus, Rheginum quendam celeberrimum medicum arceſſivit: qui iniuriam patriae ultus, Decii oculos linivit cantharidibus, ſicque excaecato Decio, quamprimum Meſſana aufugit.

*

In Sicilia interim tyranni erant, Hicetas Syracuſis, Phintias Agrigenti, & Tyndarion Tauromenii, urbiumque minorum alii. Phintias autem & Hicetas, conflato inter ſe bello, ad Hyblaeum acie inſtructa concurre-

τας ἀπηνέγκατο· καταδρομὰς δὲ πρὸς ἀλλήλους ποιούμενοι, τὰς κτήσεις διήρπασαν, τὴν δὲ χώραν ἀγεώργητον ἐποίησαν. Ἱκέτας δὲ τῇ νίκῃ ἐπαιρόμενος, παρετάξατο πρὸς Καρχηδονίους· καὶ [1] λειφθεὶς πολλοὺς στρατιώτας ἀπέβαλε περὶ τὸν Τηρίαν ποταμόν. κτίζει δὲ Φιντίας πόλιν ὀνομάσας αὐτὴν Φιντιάδα, Γελώους ἀναστάτους ὄντας [2] οἰκίσας ἐν αὐτῇ. ἔστι δὲ αὐτὴ [3] παραθαλάσσιος. καθαιρῶν τὰ τείχη, καὶ τὰς οἰκίας, τοὺς λαοὺς τῆς Γέλας εἰς τὴν Φιντιάδα μετήνεγκε, κτίσας τεῖχος καὶ ἀγορὰν ἀξιόλογον, καὶ ναοὺς θεῶν.

Ὅθεν μιαιφόνου γεγονότος, ὑπὸ πασῶν τῶν πόλεων ἐμισήθη τῶν οὐσῶν ὑπ' αὐτῷ· καὶ τοὺς πρὸς φρουρὰν ὄντας ἐδίωξαν, ἐν οἷς πρῶτον ἀπέστησαν Ἀγυριναῖοι.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 562.)

Ὅτι Φιντίας ὁ τῶν πόλεων βιαίως ἄρχων καὶ πολ-

1 Ληφθείς.
2 Οἰκήσας.
3 Παραθαλασσίους, & ſtatim καὶ τοὺς λαοὺς, quam copulam delevi ex Rhodomani imperio.

runt, victoriamque retulit Hicetas. Tum excurſionibus ultro citroque factis, opes diripiebant, & incultam hoc pacto faciebant regionem. Hicetas autem, victoria elatus, Carthaginienſibus aciem oppoſuit, victuſque magnam ſuorum militum iacturam fecit, ad Teriam fluvium. Tum Phintias urbem condit Phintiada nominatam, Geloosque e patria ſubmotos in ea collocavit. Sita autem haec eſt ad mare. Muris enim domibuſque Gelae deſtructis, populum in Phintiadem tranſtulit, poſtquam moenia forumque memoratu dignum & templa Deorum condiderat.

Unde reus caedis peractus, urbium cunctarum odiis illi ſubditarum flagravit, quae & praeſidia expulerunt. Inter quas primi defecerunt Agyrinaei.

*

Phintias, cum cives ſuos acerba dominatione oppri-

λοὺς τῶν εὐπόρων ἀναιρῶν, ὑπὸ τῶν ὑποτεταγμένων διὰ τὴν παρανομίαν ἐμισεῖτο. διόπερ ἁπάντων [1] [ἑτοίμων] ὄντων πρὸς ἀπόστασιν, ταχὺ ταπεινωθεὶς μετεβάλετο τὸν τρόπον, καὶ φιλανθρωπότερον ἄρχων, διακατέσχε τοὺς ὑπὸ χεῖρα.

(Eclog. III, pag. 495.)

Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς ἐσφάγη, καὶ πᾶσα ἡ Μακεδονικὴ δύναμις κατεκόπη καὶ διεφθάρη. Olymp. CXXV, 2. a.-C. 279. U. C. 475.

(Eclog. IV, pag. 495.)

Ὅτι ἡ Καδμεία νίκη παροιμία ἐστίν. ἐστὶ δὲ οὕτως· [2] τὸ τοὺς νικήσαντας συμφορὰν ἔχειν, τοὺς δὲ ἡττημένους μηδὲν κινδυνεύειν διὰ τὸ μέγεθος τῆς ἡγεμονίας.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 562.)

Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τὴν μὲν ἡλικίαν νέος ὢν παντελῶς, πραγμάτων δὲ πολεμικῶν

1 Vocem addidit Valeſius, non neceſſariam.

2 Τὸ τοὺς idem corrigit. Erat τῷ τούς.

meret, multoſque divites viros interficeret, ob crudelitatem ſubditis odio eſſe coepit. Proinde cunctis ad defectionem ſpectantibus brevi ad incitas redactus, aliam dominandi rationem inſtituit; cumque clementius praeeſſet, ſubditos in officio continuit.

*

A Gallis Ptolemaeus rex trucidatus, omneſque Macedonum copiae conciſae ac deletae.

*

Cadmea victoria proverbium eſt, hoc ſenſu: quando victores clade afficiuntur, victi autem nihil periculi habent ob imperii magnitudinem.

*

Ptolemaeus, Macedonum rex, aetate quidem admodum iuvenis, rei autem militaris prorſus imperitus erat,

ἄπειρος, φύσει δὲ θρασὺς καὶ προπετὴς, οὐδὲν τῶν χρησίμων προενοεῖτο· τῶν γὰρ φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων ἀναδέξασθαι τοὺς ἀφυστεροῦντας, οὐ προσέσχεν.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 562 ſq.)

Ὅτι Ἀπολλόδωρος ἐπιθέμενος τυραννίδι, καὶ βεβαιῶσαι κρίνας τὴν συνωμοσίαν, μειρακίσκον τινὰ φίλον αὐτοῦ καλέσας ὡς ἐπὶ θυσίαν, καὶ σφαγιάσας τοῖς θεοῖς, τά τε σπλάγχνα τοῖς συνομόσασιν ἔδωκε φαγεῖν, καὶ τὸ αἷμα κεράσας οἴνῳ πιεῖν παρεκελεύσατο.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 563.)

Ὅτι ὁ αὐτὸς Ἀπολλόδωρος Γαλάτας εὑρὼν, καὶ τούτοις ὅπλα διδοὺς, καὶ δωρεαῖς τιμήσας, δορυφόροις ἐχρῆτο πιστοῖς, καὶ πρὸς τὰς κολάσεις εὐθέτοις διὰ τὴν ὠμότητα· τὰς δὲ τῶν εὐπόρων οὐσίας δημεύων, πλῆθος χρημάτων ἤθροιζεν. ἀναβιβάσας δὲ τοὺς στρατιωτικοὺς μισθοὺς, καὶ μεταδιδοὺς τοῖς πένησι τῆς εὐ-

ac ſuopte ingenio levis ac temerarius, nihil quod facto opus eſſet providebat. Igitur cum ſuaderent amici, ut auxiliares copias, quae nondum aderant, opperiretur, id conſilium neglexit.

*

Apollodorus, cum tyrannidem affectaret, & coniurationem firmare vellet, adoleſcentem quendam ex amicis, per ſacrificii ſpeciem evocatum, Diis immolavit, extaque coniuratis eſui dedit, ſanguinem vero dilutum vino iiſdem propinavit.

*

Idem Gallos cum armaſſet, atque ingentibus donis conciliaſſet, fidos ſatellites, & ob inſitam ſaevitiam ad omne facinus paratos miniſtros habuit: publicatiſque divitum bonis, magnam pecuniae vim confecit. Cumque militum ſtipendia auxiſſet, & congiarium plebi divide-

πορίας, δύναμιν ἀξιόλογον περιεποιήσατο. ἐκτραπεὶς δὲ εἰς ὠμότητα καὶ πλεονεξίαν, εἰσεπράττετο τοὺς πολιτικοὺς χρήματα· καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας, οὐκ ὀλίγας δὲ γυναῖκας τῇ διὰ τῶν βασάνων τιμωρίᾳ βιαζόμενος, ἠνάγκασε πάντα ἄργυρον καὶ χρυσὸν παραδιδόναι. εἶχε δὲ τυραννίδος εἰσηγητὴν καὶ διδάσκαλον Καλλιφῶντα τὸν Σικελὸν, συνδιατετριφότα πολλοῖς τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τυράννοις.

(Eclog. V, pag. 495.)

Ὅτι Φιντίας ὁ Φιντιάδος [1] κτίστωρ, Ἀκράγαντος τύραννος, εἶδεν ὄναρ δηλοῦν τὴν τοῦ βίου καταστροφήν· ὗν ἄγριον [2] κυνηγοῦντος, ὁρμῆσαι κατ᾽ αὐτοῦ τὴν ὗν, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ τοῖς ὀδοῦσι πατάξαι, καὶ διελάσαντα τὴν πληγὴν κτεῖναι. Olymp. CXXV, 3. a. C. 278. U. C. 476.

(Eclog. VI, pag. 495.)

Ὅτι Ἱκέτας ἐννέα ἔτη δυναστεύσας [3] Συρακούσης, ὑπὸ Θυνίωνος τοῦ Μαμέως ἐκβάλλεται τῆς τυραννίδος.

1 Κτήτωρ.

2 Κυνηγοῦντος iterum Rhodomanus. Legebatur κυνηγοῦντα.

3 Συρακούσας, & mox Μαμμέων.

ret, brevi non contemnendam potentiam ſibi comparavit. Porro ad ſaevitiam & cupiditatem converſus, pecuniam a civibus extorquere coepit, viroſque ac mulieres adeo complures aurum argentumque omne conferre tormentis coëgit. Utebatur autem tyrannidis monitore quodam ac magiſtro Calliphonte Siculo, qui in multorum Siciliae tyrannorum aula diu verſatus fuerat.

*

Phintias, conditor Phintiadis, & Agrigenti tyrannus, ſomnium vidit, exitum illi vitae repraeſentans. Dum aprum venatur, ſus in eum ruere, latuſque eius ferire dentibus, & tranſadacto vulnere ipſum perimere viſus.

*

Hicetas, ubi IX annos Syracuſis principatum tenuerat, a Thynione Mammei filio e tyrannide exigitur.

(Eclog. VII, pag. 495.)

Ὅτι Θυνίων καὶ Σώστρατος διαδεξάμενοι Ἱκέταν, οὕτω πάλιν προκαλοῦνται Πύῤῥον τὸν βασιλέα εἰς Σικελίαν.

(Eclog. VIII, pag. 495.)

Ὅτι Μαμερτῖνοι, οἱ [1] Μεσσηνίους δολοφονήσαντες, συμμαχίαν μετὰ Καρχηδονίων ποιήσαντες ἔκριναν κοινῇ διακωλύειν Πύῤῥον τὴν εἰς Σικελίαν διάβασιν· Τυνδαρίων δὲ ὁ Ταυρομενίας τύραννος ἔκλινε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἕτοιμος ἦν [2] δέξασθαι τῇ πόλει τὰς μετ' αὐτοῦ δυνάμεις.

(Eclog. IX, pag. 495.)

Ὅτι Καρχηδόνιοι συμμαχίαν ποιήσαντες μετὰ Ῥωμαίων, πεντακοσίους ἄνδρας ἔλαβον εἰς τὰς ἰδίας ναῦς· καὶ εἰς τὸ Ῥήγιον διαβάντες, προσβολὰς μὲν ποιούμενοι τῆς πολιορκίας ἀπέστησαν· τὴν δὲ παρεσκευασ-

1 Μεσσήνην. 2 Δέξαι.

*

Thynion & Soſtratus Hicetae ſucceſſores. Hi Pyrrhum regem in Siciliam iterum arceſſunt.

*

Mamertini, fraudulenti Meſſeniorum interfectores, militiae foedus cum Carthaginienſibus pacti, decreto publico Pyrrhum a tranſitu in Siciliam prohibere ſtatuerunt. Tyndarion vero, Tauromeniae tyrannus, ad illum inclinabat, paratuſque erat in urbem recipere copias illi adiunctas.

*

Carthaginienſes, Romanis in ſocietatem adſcitis, 1ↃↃ viros in naves receperunt ſuas, & ad Rhegium tranſgreſſi, urbem quidem oppugnare coeperunt, ſed ab obſidione tandem deſiſtunt, & materie, quae ad compin-

μένην ὕλην εἰς ναυπηγίαν [1] ἐνέπρησαν, καὶ διέμειναν φυλάττοντες τὸν πορθμὸν, παρατηροῦντες τὴν διαβάσιν Πύῤῥου.

(Eclog. X, pag. 496.)

Ὅτι Θυνίωνος τῆς Νήσου κυριεύοντος, καὶ Σωστράτου τῆς Συρακούσης τυραννοῦντος, ἔχοντες στρατιώτας μυρίους διεπολέμουν [2] ἀλλήλους· ἀμφότεροι δὲ κάμνοντες ἐν τῷ πολέμῳ, διεπρεσβεύοντο πρὸς Πύῤῥον.

(Eclog. XI, pag. 496.)

Ὅτι Πύῤῥος ἐν Ἰταλίᾳ ἐπολέμησεν ἔτη δύο, καὶ μῆνας τέσσαρας. ὅτι τούτου παρασκευαζομένου πρὸς τὸν ἔκπλουν, τὰς Συρακούσας Καρχηδόνιοι ἐπολιόρκουν καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ἑκατὸν ναυσὶν [3] ἐφορμοῦντες τῷ μεγάλῳ λιμένι· πεζῶν δὲ πέντε μυριάσι πλησίον τῶν τειχῶν στρατεύοντες, τειχήρεις συνεῖχον τοὺς Συρακουσίους, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν κατα-

Olymp. CXXV, 4. a. C. 277. U. C. 477.

1 Ἐνέπειραν. 2 Ἀλλήλοις Rhod. 3 Ἐφορμῶντες, & ſtatim πεζί.

gendas ibi naves parata fuerat, incenſa, ad fretum praeſidiis cuſtodiendum, tranſitumque Pyrrhi obſervandum, permanſerunt.

*

Dum Thynio Inſulam in poteſtate habet, & Soſtratus Syracuſis dominatur, decies mille armatis inſtructi inter ſe belligerantur. Sed bello defeſſi ambo legatos ad Pyrrhum mittunt.

*

Pyrrhus in Italia annos II & menſes IV bellum geſſit. Dumque ad diſceſſum ille ſe parat, Carthaginienſes obſidione premunt Syracuſas terra marique, C navibus in portu magno ſtationem habentes; & terreſtri exercitu quinquaginta millium prope muros caſtra metati, Syracuſios intra moenia continebant, & regionem excurſio-

τρέχοντες, ἔρημον κατεσκεύασαν. διὸ τῷ πολέμῳ κάμνοντες οἱ Συρακούσιοι, τὰς ἐλπίδας εἶχον ἐν τῷ Πύῤῥῳ διὰ [1] Λάνασσαν τὴν γυναῖκα, τὴν θυγατέρα Ἀγαθοκλέους, ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀλέξανδρον υἱόν· καὶ διὰ τοῦτο καθ᾽ ἡμέραν ἄλλους ἐπ᾽ ἄλλοις πρέσβεις ἔστελλον πρὸς αὐτόν. ἐμβιβάσας δὲ τὸν λαὸν εἰς τὰς ναῦς καὶ τοὺς ἐλέφαντας, καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν, ἐξέπλευσεν ἐκ τῆς Τάραντος, καὶ δεκαταῖος εἰς Λοκροὺς κατῆρεν· ἐντεῦθεν καταπλεύσας τὸν πορθμὸν, καὶ διάρας Σικελίαν, κατῆρεν εἰς τὴν Ταυρομένιον. ἐκεῖθεν προσλαβόμενος εἰς συμμαχίαν Τυνδαρίωνα, τὸν δυνάστην Ταυρομενίας, καὶ λαβὼν παρ᾽ αὐτοῦ στρατιώτας, κατέπλευσεν εἰς τὴν Κατάνην· καὶ προσδεχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων [2] μεγάλως, καὶ χρυσοῖς στεφάνοις στεφθεὶς, ἀπεβίβασε τὴν πεζὴν δύναμιν. ταύτης δὲ πορευομένης εἰς Συρακούσας, καὶ ὁ στόλος συμπαρέπλει κεκοσμημένος πρὸς ναυμαχίαν. ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο Συρακούσης, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι προαπεσταλκότες τριάκον-

1 Μάνασσαν ed. Hoeſch. Poſt pauca στέλλειν πρός. 2 Μεγάλοις.

nibus ſuis vaſtabant. Quamobrem bello defatigati Syracuſani in Pyrrho ſpes habebant, propter Lanaſſam uxorem, Agathoclis filiam, ex qua Alexandrum ſuſceperat. Ideo legatos, alium poſt alium, quotidie mittebant. Ille igitur, collocatis in naves militibus atque elephantis ceteroque inſtrumento, Tarento ſolvit, decimoque die ad Locros appulit. Inde fretum ingreſſus, cum in Siciliam traieciſſet, ad Tauromenium defertur. Hinc adiuncto in ſocietatem Tyndarione principe Tauromeniae, militibuſque ab eo acceptis, Catanam devehitur, & ab incolis magnifice ſuſceptus, aureiſque coronis redimitus, copias terreſtres exponit. Quibus Syracuſas iter habentibus, claſſis ad pugnam adornata oras interim legit. Ut Syracuſis proximarunt, Carthaginienſes, quod ad uſus

riis recreatos Meſſenem uſque ſalvos & incolumes deduxit. Carthalo autem Carthaginienſis poſt Romanorum naufragium Agrigentum obſidione cinctum ſubegit, oppidumque incendit, & moenia deſtruxit. Superſtites autem in Olympium perfugerunt. Romani vero, alia poſt naufragium claſſe exſtructa, cum CCL navibus ad Cephaloedium profecti, proditione illud capiunt. Hinc Drepanum aggreſſi, tentata obſidione, quod ſuppetias illi ferebat Carthalo, excidunt. Et Panormum deferuntur. Ibi iactis in portu ancoris prope muros, expoſitoque milite, vallo foſſaque urbem circumdant. Quia enim regio ad portas uſque arbores ferebat, a mari ad mare aggeres foſſa & vallo obducebantur. Hinc Romani continua oppugnatione, & machinarum uſu, murum deiece-

ατέβαλον τὸ τεῖχος, καὶ τῆς ἐκτὸς πόλεως κυριεύσαν-
ες, πολλοὺς ἀνεῖλον· οἱ δὲ ἄλλοι ἔφυγον εἰς τὴν ἀρχαίαν
όλιν· καὶ πέμψαντες πρέσβεις πρὸς τοὺς ὑπάτους,
ξίουν τοῖς σώμασιν ἀσφάλειαν. τῶν δὲ [1] συμφωνούντων
ὺο μνᾶς τῷ σώματι διδόντας ἐλευθέρους εἶναι, παρέλα-
βον τὴν πόλιν οἱ Ῥωμαῖοι. μυρία δὲ σώματα τιμῆς συνε-
χωρήθη τῷ εὑρεθέντι ἀργυρίῳ, καὶ ἀπελύθη. τοὺς δὲ
λοιποὺς, μυρίους τρισχιλίους ὄντας, καὶ τὴν ἄλλην ἀπο-
σκευὴν ἐλαφυροπώλησων. Ἰετῖνοι δὲ ἐκβαλόντες τὴν τῶν
Φοινίκων φρουρὰν, τὴν πόλιν Ῥωμαίοις ἔδωκαν. παρα-
πλησίως δὲ τούτοις ἐποίησαν Σολουντῖνοι, καὶ Πετρῖνοι,
καὶ Ἡνναττα ρῖνοι καὶ Τυνδαρίδαι. οἱ δὲ ὕπατοι φρου-
ρὰν ἐν Πανόρμῳ λιπόντες, ἀπῆλθον [2] ἐν Μεσσήνῃ.

Τοῦ δὲ ἐπιγενομένου ἔτους πλεύσαντες οἱ Ῥωμαῖοι δεύτερον εἰς Λιβύην, καὶ τῶν Καρχηδονίων μὴ ἐασάντων αὐτοὺς ὁρμῆσαι, ὑποστρέφοντες ἦλθον εἰς Πάνορ- Olymp. CXXXI, 4. a. C. 253. U. C. 501.

1 Συμφώνων. Statim μυρία δ' σώματα.

2 Εἰς Μεσσήνην, & mox εἰς Ῥώμην, Rhodom.

runt, & urbe exteriore potiti multos interemere. Ceteri in antiquam urbem refugere, miſſiſque caduceatoribus ad Conſules vitae incolumitatem petebant. Qui ſtipulatione facta, ut binarum in caput minarum penſione facta liberi forent, urbem Romani occuparunt; & ſane x millia pro pretio conceſſa, ſi quis argentum inveniſſet, & dimiſſa. Reliquos numero CCIↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ, ceteraque impedimenta cum ſpoliis, diſtraxerunt. At Ietini, eiecto Poenorum praeſidio, urbem Romanis tradiderunt. Eundem ad modum fecerunt etiam Soluntini, Petrini, Ennaterini & Tyndaritae. Tum Conſules, relicta Panormi cuſtodia, Meſſenem abiere.

Anno vero inſequente, Romani altera in Libyam navigatione inſtituta, cum appellere eos non paterentur Carthaginienſes, ad Panormum revertuntur. Inde Ro-

μον. ἐκεῖθεν ἀπάραντες ἐν Ῥώμῃ, δεύτερον ἐναυάγησαν χειμῶνος αὐτοὺς καταλαβόντος, καὶ ἀπώλεσαν ναῦς μακρὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν [1] τῶν ἱππαγωγῶν καὶ λαφύρων [παρασκευήν.] τοῦ δὲ Θερμῶν πυλωροῦ περὶ τὰ ἔξω γενομένου εἰς ἀναγκαίας [2] χρείας, ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ συνελήφθη· καὶ ἐπρέσβευσε πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὅτι ἐὰν ἀπολύσῃ αὐτὸν, ἀνοίξειν αὐτῷ τὴν πύλην τῆς πόλεως νυκτός. τοῦ καὶ ἀπολύσαντος, καὶ συνθεμένου καιρὸν, ἀπέστειλεν ὁ ἄρχων χιλίους νυκτός. καὶ φθάσαντες [3] [ἧκον.] ὁ μὲν κατὰ τὴν ὡρισμένην ἤνοιξε πύλην· τὴν δὲ οἱ πρώτιστοι καὶ ἐπιφανεῖς εἰσῆλθον. καὶ εἶπον τῷ πυλωρῷ κλεῖσαι, καὶ μηδένα [4] ἄλλον ἐάσαι εἰσελθεῖν, θέλοντες [5] μόνοι τὸν πλοῦτον τῆς πόλεως ἆραι. οὗτοι πάντες κατεκόπησαν, ἄξιον τῆς πλεονεξίας θάνατον ὑπομείναντες.

1 Παρασκευὴν Rhod. addidit.
2 Χεῖρας.
3 Ἧκον adſtruxit Rhod. qui & mox ὁ μὲν οὖν.
4 Ἄγγελον. Tum ἐᾶσαι καὶ, quod ultimum exterminavi.
5 Μόνον.

mam diſceſſuri, iterum tempeſtate oborta, naufragium patiuntur, & CL naves amittunt, cum cetero hippaginum & ſpoliorum apparatu. Sub haec, dum portae Thermarum praefectus ob neceſſaria negotia peregre abeſt, a Romanorum exercitu comprehenditur, & per internuntium cum imperatore agit, ſi dimiſerit ipſum, noctu civitatis portam ſe illi aperturum. Is tempus certum pactus hominem abire ſinit, & mille viros noctu illuc mittit. Qui anticipato tempore veniunt. Ad praefinitam igitur horam ille portam reſerat, eamque praecipui ac nobiles ingreſſi, portae cuſtodi iniungunt, ut occludat, nec alium quemque introire ſinat, quod ſoli divitias civitatis auferre cuperent. At hi omnes conciſi, dignam cupiditate ſua mortem oppetiere.

Ἐν ἄλλῳ δὲ καιρῷ τὰς Θέρμας καὶ τὴν Λιπάραν Olymp. CXXXII, 2. a. C. 251. U. C. 503.
ʼωμαῖοι παρέλαβον ἄμφω. πολιορκήσαντες δὲ Ῥω-
ιαῖοι καὶ Ἐρκτὴν φρούριον, [1] [πεζῶν] μυριάσι τέσ-
ἁρσι καὶ χιλίοις ἱππεῦσιν οὐκ ἴσχυσαν. Ἀσδρούβας
ὲ ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων βλασφημούμενος ὑπὸ
ῶν ἰδίων, διὰ τὸ μὴ πολεμεῖν, ἀναζεύξας μετὰ πά-
ης δυνάμεως, διὰ τῆς Σελινουντίας δυσχωρίας ἦλθεν
ὶς τὸ Πάνορμον· καὶ διαβιβάσας τὸν ποταμὸν τὸν
ύνεγγυς, περὶ τὰ τείχη ἐστρατοπέδευσε, μήτε χα-
άκωμα μήτε τάφρον τάξας, διὰ τὸ καταφρονεῖν· πά-
ιν δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων πολὺν οἶνον ἐπιφερομένων, οἱ
Κέλται μεθυσθέντες, καὶ κραυγῆς καὶ ἀταξίας πλη-
ούμενοι, [2] ἐπιπεσόντος Καικιλίου ὑπάτου αὐτοῖς, κα-
ὰ κράτος αὐτοὺς νικήσας, καὶ τῶν ἐλεφάντων ἑξήκον-
α κρατήσας, εἰς Ῥώμην ἀπέστειλε· καὶ θαῦμα Ῥω-
ιαῖοι ἔσχον.

1 Πεζῶν eſt a Rhod. qui ſtatim λεῖν οὐκ ἴσχυσαν &c.

2 Ὑποπεσόντος, & mox κατακράτως.

Alio dehinc tempore Thermas & Liparam Romani in
ditionem acceperunt. Cum vero Erctam caſtellum XL
millibus peditum & mille equitibus obſediſſent, nihil ef-
ecere. Aſdrubal autem Carthaginienſium praetor, male
udiens apud ſuos, quod non pugnaret, cum toto exer-
itu digreſſus, per Selinuntiae terrae difficultates ad Pa-
iormum pervenit, vicinoque amne ſuperato, circa mu-
os caſtra poſuit, nec vallo nec foſſa adornata, propter
ioſtis contemtum. Et tum denuo mercatoribus magnam
vini copiam advehentibus, Celtae ſe ingurgitant. Dum-
que vociferatu & ordinis confuſione omnia replent, Cae-
cilius Conſul in eos irruens extreme profligatos vincit,
& LX elephantes in poteſtatem redactos Romam mittit.
Unde admiratio ſubiit Romanos.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 564.)

῞Οτι Ἀμίλκας ὁ Βάρκας καλούμενος ὁ Καρχηδ νιος, καὶ Ἀννίβας ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέγιστοι στρατηγ Καρχηδονίων [1] ὄντες, οὐ μόνον τῶν προτέρων, ἀλλὰ κ τῶν μεταγενεστέρων ὁμολογουμένως οὗτοι διελήφθησα καὶ ἰδίαις πράξεσιν ηὔξησαν μάλιστα τὴν πατρίδα.

1 Οὐ μόνον ὄντες ſcriptus Cod.

*

Hamilcar Poenus, cognomento Barcas, & Hannibal ei filius, Carthaginienſium imperatores, omnium qui ur quam exſtiterunt ducum ſine controverſia maximi fuiſ exiſtimantur, ſuiſque rebus geſtis imperium Poenoru valde amplificarunt.

E LIBRO XXIV.

(Eclog. I, pag. 506.)

Olymp. CXXXII, 4. a. C. 249. U. C. 505.

ΤΗΝ δὲ Σελινουντίων πόλιν Καρχηδόνιοι κατασκάψαντες, μετῴκισαν εἰς τὸ Λιλυβαῖον. Ῥωμαῖοι δὲ ναυσὶ μακραῖς διακοσίαις καὶ τεσσαράκοντα, κερκούροις ἑξήκοντα, καὶ πλοίων πλήθει παντοδαπῶν κατέπλευσαν εἰς τὴν Πάνορμον, ἐκεῖθεν εἰς τὸ Λιλυβαῖον, [1] ὃ πολιορκεῖν ἤρξαντο. τὴν μὲν γῆν ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τάφρῳ ἀπετείχισαν· καταπέλτας δὲ καὶ κριοὺς καὶ χωστρίδας καὶ χελώνας κατεσκεύασαν, τὸ καὶ στόμιον τοῦ λιμένος πεντεκαίδεκα κερκουροὺς ναῦς λίθων πληρώσαντες κατέχωσαν. ἦν δὲ ὁ λαὸς ὁ τῶν Ῥωμαίων ἕνδεκα μυριάδες· τῶν δὲ πολιορκουμένων πεζοὶ ξʹ, ἱππεῖς δὲ ψʹ. πολιορκουμένων δὲ αὐτῶν, ἦλθεν

1 Τὸν, pro quo ἣν in margine Hoeſch. & Rhod. Ego τὸ aut ὃ, quod & Rhod. in Correct. placuit, malui. Mox κερκουρὰς ναῦς.

*

SELINUNTIORUM urbis a ſe everſae cives Lilybaeum tranſtulerant Carthaginienſes. Romani autem longis navibus CCXL, & cercuris LX, omnique navigiorum genere ad Panormum devehuntur, & hinc ad Lilybaeum, quam obſidere coeperunt. Terram equidem a mari ad mare foſſa praemuniunt. Tum catapultas, arietes, & teſtudines congeſtioni idoneas aliaſque fabricant. Oſtium vero portus, cum XV cercuros lapidibus referſiſſent, per aggeſtionem explent. Univerſa Romanorum turba erat CCCIↃↃ & CCIↃↃ. Defenſioni vero deſtinati ſexagies mille pedites, ſeptingenti equites. Obſeſſis autem ſuppetiae vene-

αὐτοῖς βοήθεια ἀπὸ Καρχηδόνος ἄνδρες τετρακισχίλιοι καὶ σῖτος, καὶ ἀνεθάρσησαν μετὰ τοῦ Ἀτάρβου. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θεασάμενοι τὴν εἰσβολὴν τῆς δυνάμεως, [1] λίθοις καὶ χώμασιν ἐκ δευτέρου τὸ στόμιον τοῦ λιμένος ἔχωσαν, καὶ ξύλοις μεγίστοις καὶ ἀγκύραις τὰ βάθη ἐσταύρωσαν· πνεύματος δὲ βιαίου πνεύσαντος, καὶ τῆς θαλάσσης ἀγριανθείσης, πάντα κατέλυσεν. ἐποίησαν δὲ Ῥωμαῖοι [2] πετροβόλον ὄργανον. ἔκτισαν δὲ ἔνδοθεν ἄλλο τεῖχος Καρχηδόνιοι. τὴν δὲ τάφρον τῆς πόλεως ἔχωσαν Ῥωμαῖοι, ἔχουσαν τὸ πλάτος ἑξήκοντα πήχεις, καὶ τὸ βάθος τεσσαράκοντα. πόλεμον δὲ συνάψαντες εἰς τὸ πρὸς θάλασσαν τεῖχος, ἔστησαν κατὰ πρόσωπον [3] ἐνέδρας. καὶ τοῦ λαοῦ εἰς τὸν πρὸς θάλασσαν πόλεμον κενωθέντος, οἱ [4] [κατὰ] τὰς ἐνέδρας κλίμακας ἑτοίμους ἔχοντες ἀνέβησαν, καὶ τὸ πρῶτον τεῖχος εἷλον· ἀκούσας δὲ ὁ Καρχηδόνιος στρατηγὸς, ἐπι-

1 Λίθαις. 2 Πετράολον. 3 Ἕδρας. 4 Κατὰ venit a Rhod.

runt a Carthagine CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ virûm, atque frumentum. Unde animos cum Adherbale reſumſere. Tum Romani, copiarum in urbem ingreſſu cognito, iterum portus oſtium aggeſſerunt, ligniſque grandibus & ancoris fundum obvallarunt. At ventus, qui tum vehementius ingruerat, & mare exaſperatum, omnia diſſolvere. Petrariam quoque machinam fecerunt Romani. Sed intus alium excitarant murum Carthaginienſes. Quin & foſſam urbis terra aggeſta opplevere Romani: cuius latitudo habebat LX cubitos, profunditas XL. Conſertoque proelio, ad moenia ſecundum mare ex adverſo inſidias collocarunt. Iamque multitudine in bellum ad mare evacuata, qui ad inſidias diſpoſiti erant, interim ſcalas in promtu habentes aſcendunt, primumque murum capiunt. Quo audito, Carthaginienſium ductor, impetu in eo

πεσὼν αὐτοῖς ἐν ἑνὶ τόπῳ ἐφόνευσε μυρίους, καὶ τοὺς ἄλλους ἠνάγκασε φεύγειν. πάντα δὲ πολεμικὰ ὄργανα, χελώνας, πετροβόλους, κριοὺς, χωστρίδας, πνεύματος μεγάλου ἐπιπνεύσαντος, ἐνέπρησαν Ῥωμαίων. ἰδόντες δὲ οἱ Καρχηδόνιοι οὐδὲν ὠφελοῦντας τοὺς ἱππεῖς αὐτῶν ἐν τοῖς στενοῖς τόποις, ἐξαπέστειλαν αὐτοὺς εἰς τὰ Δρέπανα, καὶ πολλὴ βοήθεια Καρχηδονίοις ἐγένετο. ἐξαπορηθέντες δὲ οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τὴν καῦσιν τῶν ὀργάνων, καὶ διὰ τὴν σπανίαν τῶν τροφῶν, καὶ τὴν λοιμικὴν νόσον, [1] (κρεωβοροῦντες γὰρ μόνον Ῥωμαῖοι καὶ οἱ σύμμαχοι) εἰς τὴν νόσον ἔπιπτον, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις μυρίους τεθνάναι. ὅθεν καὶ τὴν πολιορκίαν ἠθέλησαν καταλῦσαι· Ἱέρων δὲ, ὁ βασιλεὺς Συρακούσης, σῖτον πολὺν ἀποστείλας αὐτοῖς, ἀνεθάρσησεν αὐτοὺς πρὸς τὴν πολιορκίαν. τῶν δὲ Ῥωμαίων τὸν ὕπατον διαδεξαμένων, τὴν ἀρχὴν παρέδωκαν Κλαυδίῳ ὑπάτῳ τῷ

1 Κρεωβροτοῦντες.

facto, x millia uno in loco occidit, ceteroſque in fugam compulit. Omnia inſuper Romanorum inſtrumenta, teſtudines, arietes, petrarias, choſtrides, magno incumbente flatu, exuſſerunt. Hinc ubi Carthaginienſes viderunt, nihil ſibi equites ſuos prodeſſe in locorum anguſtiis, Drepanum illos amandarunt. Multumque auxilii tum Carthaginienſibus acceſſit. At Romani per inſtrumentorum incenſionem, commeatuſque penuriam & peſtiferam luem, in difficultates coniecti, (ſolis enim Romani carnibus veſcebantur & ſocii,) in morbum inciderunt, adeo ut intra pauxillum dierum CCIↃↃ exſtinguerentur. Quo factum, ut abrumpendae obſidionis percupidi eſſent. At Hiero Syracuſae rex, magnam frumenti copiam mittens, animos illis ad continuandam obſidionem iterum accendit. Exinde Romani alium Conſuli ſurrogantes, imperium Claudio Conſuli tradiderunt, Appii filio. Qui, co-

τοῦ Ἀππίου υἱῷ. καὶ παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, πάλιν τὸν λιμένα ἔχωσεν, ὥσπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἡ θάλασσα [1] κατεσκόρπισε. τοῦ δὲ Κλαυδίου μέγα ἐπαρθέντος, τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε διακοσίας καὶ δέκα, καὶ εἰς τὰ Δρέπανα πρὸς Καρχηδονίους ἀπῆλθε πολεμήσων αὐτούς· καὶ ἡττήθη ἀπολέσας ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα, καὶ ἄνδρας δισμυρίους. ναυμαχίαν δὲ [2] κρατερὰν, καὶ νίκην λαμπροτέραν, οὐχὶ Καρχηδονίοις, ἀλλ' οὐδ' ἄλλοις, τοιαύτην γεγενημένην ῥᾳδίως [3] [ἂν εὕροις] περὶ τούτους τοὺς χρόνους, καὶ, τὸ παράδοξον, ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντας Καρχηδονίους, καὶ μετὰ νεῶν δέκα, οὐ μόνον ἀνῃρέθη μὲν οὐδεὶς, ἐτραυματίσθησαν δὲ ὀλίγοι. μετὰ δὲ ταῦτα ἀπέστειλεν Ἀννίβας τριήραρχον εἰς Πάνορμον μετὰ τριάκοντα νεῶν, αἱ τὴν ἀγορὰν τῶν Ῥωμαίων τοῦ σίτου ἔφερον εἰς Δρέπανα. καὶ τῆς λοιπῆς ἀγορᾶς τὴν χρείαν ἐκ τῆς Δρε-

1 Πάντα addidit Rhodom. Mox idem αὐτοῖς, aut πρὸς αὐτοὺς, & paullò ante σπανίαν, pro quo σπάνιν Rhod. Vulgatum eſt in Heſychio.

2 Κρατεάν.

3 Ἂν εὕροις debetur Rhod.

piis aſſumtis, portum denuo obſtruxit, ut ab anteceſſoribus factum. Sed mare iterum omnia disiecit. Porro Claudius, magnopere ſeſe efferens, CCX naves omnium optimas inſtruxit, & Drepanon adverſus Carthaginienſes, ut cum eis dimicaret, appulit, victuſque CXVII naves, & CCIↃↃ CCIↃↃ virorum amiſit. Tam validam in mari pugnam, illuſtremque victoriam, nec Carthaginienſibus, nec aliis quibuſvis circa haec tempora contigiſſe, facile quis deprehendet. Et quod praecipue mirandum, quamvis in tanto periculo Carthaginienſes verſarentur, & X tantum naves haberent, non ſolum nemo occubuit, ſed etiam pauci vulnerati ſunt. Poſt haec Hannibal trierarcham cum XXX navibus Panormum miſit: quae commeatum annonae, Romanis interceptum, Drepanum abſtulerunt, & de reliquo foro, quae uſui ſibi forent, ac-

πάνης λαβόντες, εἰς τὸ Λιλυβαῖον ἦλθον, καὶ τοὺς πολιορκουμένους ἐνέπλησαν παντοίων ἀγαθῶν. ἔφθασε δὲ καὶ Καρθάλων στρατηγὸς ἐκ Καρχηδόνος μετὰ νεῶν μακρῶν ἑβδομήκοντα, καὶ σιτηγῶν ἴσων. ἐπιθεμένων δὲ καὶ αὐτῶν Ῥωμαίοις, τινὰς μὲν ναῦς ἐβύθισε τῶν νεῶν, τῶν [1] ὁρμουσῶν εἰς γῆν ἀπέσπασε πέντε. ἀκούσας καὶ τὸν στόλον τῶν Ῥωμαίων ἐκ Συρακουσῶν ἀφωρμηκέναι, πείσας τοὺς συνάρχοντας, ἀνήχθη ναυσὶ ἑκατὸν εἴκοσι ταῖς ἀρίσταις. τῶν δὲ στόλων εἰς σύνοψιν ἐλθόντων κατὰ τὴν Γελώαν χώραν, οἱ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες κατέπλευσαν εἰς τὴν Φιντιάδα, καὶ τὰ πλοῖα τὰ τὴν ἀγορὰν κομίζοντα καὶ τὰς λοιπὰς ναῦς ἀπέλιπον ὑπὸ τὴν γῆν· τῶν δὲ Καρχηδονίων καταπλευσάντων, συνέστη καρτερὸς ἀγών. τέλος δὲ οἱ Καρχηδόνιοι τῶν σκαφῶν τῶν μεγάλων κατέδυσαν πεντήκοντα, τῶν δὲ μακρῶν ἐβύθισαν ἑπτακαίδεκα, συντρίψαντες δὲ

1 Δὲ Rhod. adſtruxit.

ceptis, Lilybaeum remearunt, omnique bonorum genere obſeſſos cumulavere. Venerat iam Carthagine etiam Carthalo praetor cum LXX navibus longis, & totidem frumentariis. Qui cum & ipſe Romanos invaderet, naves aliquot demerſit, & de ſtationem habentibus V ad terram abſtraxit. Poſtquam vero audiviſſet, claſſem Romanorum Syracuſis ſolviſſe, collegis in ſententiam adductis, CXX navibus optimis contra illos evehitur. Iamque in mutuum claſſis utraque conſpectum venerat circa litus Geloum, cum Romani, timore perculſi, ad Phintiadem reflexerunt, navibus, quae commeatum portabant, aliiſque, prope terram relictis. Cum vero nihilominus in eos proveherentur Carthaginienſes, acre certamen oritur. Tandem Poeni de magnis navibus L depreſſerunt: de longis in profundum egere XVII, confregerunt autem in-

τρεῖς καὶ δέκα, ἀχρήστους ἐποίησαν. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Καρχηδόνιοι ἐπὶ τὸν Ἅλυκον ποταμὸν παραγενόμενοι, τοὺς τραυματίας ἀνέπαυσαν. ὁ δὲ ὕπατος Ἰούνιος, οὐδὲν τῶν γεγενημένων εἰδὼς, ἐκ τῆς Μεσσήνης ἀνήχθη ναυσὶ μακραῖς τριάκοντα καὶ ἓξ, φορτηγοῖς οὐκ ὀλίγοις· περιπλεύσας δὲ τὸν Πάχυνον, καὶ καθορμισθεὶς πλησίον Φιντιάδος, κατεπλάγη τὸ γεγενημένον. μετὰ δὲ ταῦτα Καρχηδονίων παντὶ στόλῳ πρὸς αὐτοὺς ἐλθόντων, φοβηθεὶς ὁ ὕπατος, τὰς μὲν τρισκαίδεκα τὰς ἀχρήστους ἐνέπρησεν, ἐπὶ δὲ [1] Συρακούσας τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο, νομίζων Ἱέρωνα παρέξεσθαι τὴν ἀσφάλειαν. κατάληπτος δὲ γενόμενος πρὸς τὴν γῆν τῆς Καμαρίνας, εἰς τὴν γῆν κατέφυγε πρὸς τόπους τραχεῖς καὶ ὑφαλώδεις. τοῦ δὲ πνεύματος βιαιότερον ἐπιπνέοντος, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι κάμψαντες τὸν Πάχυνον, εἰς ὑπεύδιον τόπον καθωρμίσθησαν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, κινδύνου μεγάλου γεγενημένου, τὰ μὲν σιτηγὰ πλοῖα ἀπώλεσαν

1 Συρακόσας.

utileſque reddiderunt XIII. Poſthac ad Alycum fluvium digreſſi Carthaginienſes ſaucios refecerunt. Interea Iunius Conſul, nihil horum compertum habens, ex Meſſene provehitur XXXVI navibus longis, onerariiſque non paucis: & Pachynum praetergreſſus, atque in Phintiadis portum delatus, ob ea, quae acciderant, expavit. Ubi vero cum omni claſſe in eos tendebant Carthaginienſes, territatus Conſul XIII illas inutiles incendit, & ad Syracuſas vela facit, tutum ab Hierone receptum ſibi datum iri ſperans. Sed deprehenſus iuxta Camarinam, in terram confugit ad loca aſpera vadoſaque. Ibi cum flatus inſurgeret violentus, circumito Pachyno in tranquillo ancoras Carthaginienſes iecere. Cum itaque in magnum veniſſent diſcrimen Romani, cunctas naves

πάντα, τὰς δὲ μακρὰς ναῦς οὔσας ἑκατὸν καὶ πέντε ὁμοίως, [1] [ὥστε] δύο μόνας σωθῆναι, τὰ δὲ πλείω σώματα ἀπολωλέναι. ὁ δὲ Ἰούνιος τὰς δύο ναῦς ἀπολαβὼν, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἄνδρας, εἰς τὸ στρατόπεδον ἦλθε τὸ Λιλυβαῖον. νυκτὸς δὲ οὗτος ἐπιπεσὼν τὸν Ἔρυκα παρέλαβε· καὶ τὸν Αἰγίθαλλον ἐτείχισεν, ὅνπερ νῦν Ἄκελλον καλοῦσι, καὶ στρατιώτας ὀκτακοσίους εἰς φυλακὴν κατέλιπε. Καρθάλων δὲ πυθόμενος τοὺς περὶ τὸν Ἔρυκα τόπους προκατειλῆφθαι, νυκτὸς ἐν ταῖς ναυσὶ παρεκόμισε δύναμιν· ἐπιπεσὼν δὲ τοῖς φρουροῖς τοῦ Αἰγιθάλλου, ἐκυρίευσε τοῦ χωρίου, καὶ περιγενόμενος, οὓς μὲν ἀπέκτεινεν, οὓς δὲ ἐφυγάδευσεν εἰς τὸν Ἔρυκα· καὶ τὸ μὲν φρούριον τρισχίλιοι στρατιῶται ἐφύλαξαν. ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ναυμαχίᾳ Ῥωμαῖοι ἔπεσον τρισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι, τῶν δὲ ἑαλωκότων οὐκ ἔλαττον τούτων.

1 Δὲ, pro quo ὥς τε Rhod.

annonarias perdiderunt, & CV longas itidem, ut vix duae reſtarent integrae, & vectores plerique interirent. Iunius itaque, acceptis illis duabus cum viris adhuc ſalvis & remigibus, in caſtra ad Lilybaeum ſe recepit. Is noctu Erycem adortus occupavit, & Aegithallum muro cinxit, quem nunc Acellum vocant, IↃ CCC militibus ad caſtellum relictis. Carthalo autem, ubi loca circa Erycem iam teneri ab hoſte reſcivit, noctu vim militum navibus illuc deportat, praeſidiumque Aegithalli adortus, caſtello potitur, factuſque ſuperior, alios interimit, alios ad Erycem fugat. Munitionem vero iſtam tria armatorum millia cuſtodiebant. In primo autem conflictu navali Romani occubuere CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ IↃↃ, nec minor captivorum erat numerus.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 565 ſq.)

Ὅτι Κλώδιος παραγενόμενος εἰς τὴν Σικελίαν, παρέλαβε τὰς πρὸς τῷ Λιλυβαίῳ δυνάμεις, καὶ τὰ πλήθη συναγαγὼν κατηγόρησε πικρῶς τῶν παραδόντων αὐτῷ τὸ στρατόπεδον ὑπάτων· φάσκων αὐτοὺς ῥαθύμως κεχειρικέναι τὸν πόλεμον, μεθυσκομένους καὶ ζῶντας ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ· καὶ τὸ σύνολον πεπολιορκῆσθαι μᾶλλον ἢ πεπολιορκηκέναι. ὢν δὲ φύσει παράθερμος, καὶ τῇ διανοίᾳ παρακεκινηκὼς, πολλὰ διῴκει μανίᾳ προσεμφερῶς. πρῶτον μὲν γὰρ, ὧν τῆς στρατηγίας κατηγόρησε, τούτων τὴν ἄνοιαν μιμησάμενος, παραπλησίως ἐν τῇ θαλάσσῃ τά τε χώματα καὶ τὰ κλεῖθρα κατεσκεύαζε· τοσοῦτον ἀφροσύνῃ διενέγκας ἐκείνων, ὅσῳ μεῖζόν ἐστιν ἁμάρτημα, τὸ μηδὲ ἐκ τῆς πείρας δύνασθαι μεταδιδαχθῆναι, τοῦ πρώτως ἐπιβαλλόμενον σφαλῆναι. τιμωρητικὸς δὲ ὢν φύσει, τοὺς

*

P. Clodius, in Siciliam delatus, cum exercitum accepiſſet, qui Lilybaeum tum maxime obſidebat, convocatis militibus Conſules, a quibus legiones traditas acceperat, acerbe accuſare coepit, cum diceret, eos admodum negligenter bellum geſſiſſe, vino ac luxu & deliciis diffluentes: poſtremo obſeſſos ipſos verius, quam hoſtem, fuiſſe. Cumque ſuopte ingenio eſſet ferventior, nec mentis admodum ſuae compos, multa temere ac furioſo ſimilis actitabat. Nam primum quidem, quorum acta vituperabat, eorum veſaniam aemulatus, moles in mare iacere, & portum clauſtro obſtruere aggreſſus eſt, tanto graviore imprudentia, quanto maius delictum eſt, alieno peccato ac periculo minime emendari, quam, cum rem aliquam primus aggreſſus ſis, labi. Idem, cum in pu-

μὲν πολιτικοὺς τοῖς πατρίοις ἔθεσιν ἐκόλαζεν ἀπαραιτήτως, τοὺς δὲ συμμάχους ῥαβδίοις ἐμαστίγου. καθόλου δὲ διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ γένους, καὶ τὴν τῆς οἰκίας δόξαν διεφθαρμένος, ὑπεροπτικὸς ἦν καὶ κατεφρόνει πάντων.

Ὅτι Ἀμίλκας καὶ πρὸ τῆς στρατηγίας φανερὰν ἔσχε τὴν λαμπρότητα τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν ἀρχὴν παρειληφὼς, ἄξιος ἐφαίνετο τῆς πατρίδος, ἀντεχόμενος μὲν τῆς δόξης, καταφρονῶν δὲ τῶν κινδύνων.

Ὅτι οὗτος συνέσει διαφέρειν ἐδόκει, καὶ τόλμαν, καὶ πρᾶξιν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ἔχων ὑπὲρ ἅπαντας τοὺς πολίτας, ὑπῆρχεν ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής.

Ὅτι ὁ Ἄννων μεγαλεπίβολος ὢν καὶ δόξης ὀρεγόμενος, καὶ τὸ μέγιστον ἔχων δύναμιν σχολάζουσαν,

niendo ſaevus eſſet, in Romanos quidem milites more maiorum animadvertebat citra ſpem veniae: ſocios autem nominis Latini virgis caedebat. Denique ob ſplendorem generis atque dignitatem maiorum, ſuperbia elatus, cunctos prae ſe deſpiciebat.

Hamilcaris, priuſquam Praetor creatus fuiſſet, nota iam erat animi magnitudo: proinde eam dignitatem adeptus, maieſtate populi Carthaginienſis non inferior apparuit, cum & gloriam in omnibus ſpectaret, & pericula contemneret.

Idem ſingularem induſtriam ac fortitudinem in re militari cum eximia prudentia coniunctam habebat. Itaque prorſus, quod ait Homerus, & rex optimus, & dux fortiſſimus videbatur.

Hanno, ad ſumma quaeque natura factus, & gloriae cupidine incenſus, cum otioſum exercitum haberet, ex-

ἅμα μὲν ταύτην γυμνάσειν ἤλπιζεν ἐν ταύτῃ τῇ στρατείᾳ, τρέφων ἐκ τῆς πολεμίας, καὶ τὴν πόλιν κουφίζων τῶν δαπανημάτων· ἅμα δὲ πολλὰ καταπράξασθαι τῇ πατρίδι, καὶ πρὸς δόξαν καὶ πρὸς τὸ συμφέρον.

Ὅτι Ἄννωνος τὴν Ἑκατόμπυλον ἐκπολιορκήσαντος, καὶ τῶν πρεσβυτέρων προσελθόντων μεθ' ἱκετεριῶν καὶ δεομένων ἀνθρωπίνως ἑαυτοῖς χρήσασθαι, φιλόδοξος ὢν ὁ στρατηγὸς, καὶ προκρίνας εὐεργεσίαν τῆς τιμωρίας, τρισχιλίους μὲν ὁμήρους ἔλαβε, τὴν δὲ πόλιν καὶ τὰς κτήσεις ἀκεραίους ἐάσας, ἔτυχε στεφάνων καὶ τιμῶν μεγάλων παρὰ τῶν εὖ παθόντων· οἱ δὲ στρατιῶται τῶν ἐγχωρίων αὐτοὺς ὑποδεχομένων λαμπρῶς μετὰ πάσης προθυμίας εἱστιῶντο πάντων [1] ὄντων δαψιλῶν πρὸς ἀπόλαυσιν.

Ὅτι ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων βαρέως φέρουσα τὴν τἀνδρὸς τελευτὴν, καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν αὐτὸν

1 Τῶν corrigit Valeſ.

peditionem hanc ſuſcepit: in qua ſimul militem exercere, & ex hoſtili praeda alere decreverat, eoque pacto civitate magnis ſumtibus levata, maximam gloriam atque utilitatem reipublicae Carthaginienſi comparare.

Hanno, cum Hecatompylon expugnaſſet, & ſeniores illius civitatis eum adiiſſent cum infulis, orantes ut humanitate in captos uti vellet, ipſe laudis avidus, benignitatem ſaevitiae anteponens, tria millia obſidum accepit, urbemque cum civium facultatibus integram atque intactam ſervavit: quo facto maximam laudem & gratiam ab eis retulit. Ceterum milites, ab oppidanis laute ac liberaliter excepti, omnis generis dapibus large fruebantur.

At mater adoleſcentum, mortem viri aegre ferens, cum exiſtimaret horum negligentia atque incuria factum

ἐκλελοιπέναι τὸ ζῆν, [1] ἐποίησε τοὺς υἱοὺς κακουχεῖν τοὺς αἰχμαλώτους. συγκλεισθέντων οὖν αὐτῶν εἰς οἴκημα στενὸν παντελῶς, τὰ σώματα καθάπερ τῶν θηρίων ἠναγκάζετο συνεσπειραμένα καρτερεῖν διὰ τὴν στενοχωρίαν. ἔπειτα τῆς τροφῆς παραιρεθείσης ἐφ' ἡμέρας πέντε, Βοδόστωρ μὲν διὰ τὴν ἀθυμίαν καὶ τὴν ἔνδειαν ἐτελεύτησεν· Ἀμίλκας δὲ διαφέρων εὐψυχίᾳ, διεκαρτέρει καίπερ ἀπεγνωσμένης ἐλπίδος ἀνεχόμενος. πολλάκις δὲ αὐτοῦ δεομένου τῆς γυναικὸς, καὶ μετὰ δακρύων τὴν ἐπιμέλειαν τὴν εἰς τὸν ἄνδρα διεξιόντος, τοσοῦτον ἀπέσχεν ἐκείνη φιλανθρωπίας καὶ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὥστε τὸν μὲν νεκρὸν [2] αὐτῷ συγκατακλεῖσαι πέντε ἡμέρας, τροφὴν δὲ ὀλίγην χορηγῆσαι, πρὸς αὐτὸ μόνον στοχαζομένην τὸ δύνασθαι τὴν ἀτυχίαν ἐνεγκεῖν. ὁ δὲ Ἀμίλκας ἀπογνοὺς τὸν ἐκ τῆς ἱκεσίας ἔλεον, ἀνεβόησεν ἐπιμαρτυρόμενος Δία ξένιον, καὶ θεοὺς τοὺς

1 Ἔπεισε Valeſ. 2 Αὐτοῖς in Mſ.

eſſe, ut vir ſuus e vita migraret, perſuaſit filiis ſuis, ut in captivos graviter ſaevirent. Primo igitur intra anguſtiſſimum quoddam cubiculum concluſi, inſtar ferarum corpus ſuum conglobare ob loci anguſtias cogebantur: deinde per dies quinque negatis alimentis, Boſtar quidem prae aegritudine animi ac fame interiit; Hamilcar vero, qui ſingulari animi magnitudine erat, tametſi ſpe omni deſtitutus, ſe interim ſuſtentabat. Ac ſaepe cum fletibus mulierem precatus, cum narraret, quantam in ipſius virum curam impendiſſet, adeo illam ad humanitatis aliquem ſenſum non flexit, ut Boſtaris cadaver cum Hamilcare dierum quinque ſpatio mulier ſaeva incluſerit, victumque eatenus ſubminiſtraverit, ut Hamilcari ſenſus calamitatis ſuae ſupereſſet. Sed Hamilcar, omni iam ſpe miſericordiae precibus ſuis praeciſa, Iovem ho-

ἐποπτεύοντας τὰ κατ᾽ ἀνθρώπους, ὡς ἀντὶ καλῆς χάριτος τῆς ὀφειλομένης ἀπολαμβάνει τιμωρίας ὑπὲρ ἄνθρωπον. οὐ μὴν ἐξέλιπε τὸ ζῆν, εἴτε δαιμονίου τινος ἐλεήσαντος, εἴτε καὶ ταυτομάτου παράδοξον ἐνεγκόντος βοήθειαν. ἐσχάτως γὰρ αὐτοῦ διακειμένου, διά τε τὴν ἀποφορὰν τὴν ἀπὸ τοῦ νεκροῦ, καὶ τὴν ὅλην κακουχίαν, τῶν οἰκετῶν τινες τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν διηγήσαντό τισι τὸ γινόμενον· οἱ δὲ μισοπονηρήσαντες, τοῖς δημάρχοις προσήγγειλαν. δεινῆς δ᾽ οὖν τῆς ὠμότητος φανείσης, οἱ ἄρχοντες ἀνεκαλέσαντο τοὺς Ἀττιλίους, καὶ παρ᾽ ὀλίγον θανάτου κρίσιν προσέθηκαν, ὡς καταισχυνοῦσι τὴν Ῥώμην. διηπειλήσαντο δὲ τὴν ἁρμόττουσαν παρ᾽ αὐτῶν λήψεσθαι τιμωρίαν, εἰ μὴ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιήσονται τῶν αἰχμαλώτων. οἱ δὲ τῇ μητρὶ πολλὰ καταμεμψάμενοι, τὸν μὲν Βοδόστορα καύσαντες, ἀπέστει-

ſpitalem, Deoſque, quibus res humanae curae ſunt, obteſtari coepit, atque exclamare, ſibi pro debita gratia immanes poenas reponi. Neque tamen in huiuſmodi tormentis ſpiritum reddidit, ſive Deorum miſericordia, ſive fortuna quaedam inſperatam opem attulit. Nam cum in extremo vitae diſcrimine eſſet, tum ob cadaveris tetrum odorem, tum ob ceteras, quibus premebatur, anguſtias, nonnulli ex familiaribus ſervulis rem extraneis narraverunt: qui huiuſmodi ſceleris indignitate commoti, mox ad Tribunos plebis factum detulere. Cumque oppido ſaevum facinus viſum eſſet, arceſſiti a magiſtratibus Attilii, parum abfuit, quin capitis damnati ſint, ut qui nomini Romano eam crudelitatis notam inuſſiſſent. Ceterum magiſtratus malum Attiliis minati ſunt, niſi bona fide in poſterum captivos curarent. Igitur illi, matri multa imputantes, Boſtaris quidem cremati cineres

λαν τὴν τέφραν τοῖς συγγενέσι· τὸν δὲ Ἀμίλκαν ἐκ τῆς κακουχίας ἀνέλαβον.

(Eclog. II, pag. 508 ſq.)

Εἰς δὲ τὸν Λόγγωνα Κατάνης φρούριον ὑπῆρχε, καλούμενον Ἰτάλιον· ὅπερ πολεμήσας Βάρκας ὁ Καρχηδόνιος . . . Olymp. CXXXIII, 2. a. C. 247. U. C. 507.

Τὰ γὰρ τῶν στρατηγῶν βουλεύματα καὶ στρατηγήματα διαδόμενα τοῖς [1] φίλοις, τοῖς πολεμίοις γνώριμα γίνεται διὰ τῶν αὐτομόλων· καὶ τοῖς στρατιώταις δειλίαν [2] ἐντίκτοντα, προσδοκίαν μεγάλου κινδύνου ἐντίθησι.

Βάρκας δὲ νυκτὸς καταπλεύσας, καὶ τὴν δύναμιν ἀποβιβάσας, αὐτὸς πρῶτος ἡγησάμενος τῆς ἀναβάσεως τῆς πρὸς Ἔρυκα, οὔσης σταδίων τριάκοντα, παρέλαβε τὴν πόλιν, καὶ πάντας ἀνεῖλε· μετῴκισε δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ Δρέπανα. Olymp. CXXXIV, 1. a. C. 244. U. C. 510.

1 Φιλοῦσι. 2 Ἐντίκτονται.

in patriam remiſerunt: Hamilcarem vero ex aerumna priſtina paullatim refecerunt ac confirmarunt.

*

In Catanae regione caſtellum erat, nomine Italium, quod Barcas Carthaginienſis oppugnatum...

Nam conſilia & ſtrategemata (vaframenta) ducum, amicis didita, innoteſcunt hoſtibus per transfugas, & in militibus timiditatem parientia, magni periculi exſpectationem important.

Barcas autem, noctu appulſus, expoſitis copiis, ipſe aſcenſus ad Erycem (qui xxx ſtadiorum eſt) princeps, urbem occupat, omneſque occidit, ſuperſtites autem Drepana tranſmigrare fecit.

Ἐν παντὶ γὰρ καιρῷ καὶ πράγματι συμβαίνει τὴν εὐταξίαν γίνεσθαι μεγάλων ἀγαθῶν αἰτίαν.

(Eclog. III, pag. 509.)

Olymp. CXXXIV, 3. a. C. 242. U. C. 512. Λιγνάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τριακοσίαις, καὶ πλοίοις καὶ πορίοις ἑπτακοσίοις, ὁμοῦ χιλίοις, εἰς Σικελίαν ἔπλευσε, καὶ εἰς τὸ [1] Ἐρυκίνων ἐμπόριον καθωρμίσθη. Ἄννων δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ Καρχηδόνος ναυσὶ διακοσίαις καὶ πεντήκοντα μακραῖς, καὶ τοῖς φορτηγοῖς, εἰς τὴν νῆσον τὴν Ἱερὰν ἦλθεν. εἶτα δὲ ἐξ αὐτῆς πρὸς τὸν Ἔρυκα ἐρχόμενος . . . καὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπαντησάντων, παρ' ἀμφοτέρων πόλεμος ἐγένετο μέγας. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν πόλεμον ἀπέβαλον Καρχηδόνιοι ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα, αὐτάνδρους μὲν τούτων εἴκοσι, Ῥωμαῖοι δὲ ὀγδοήκοντα [ἔλαβον,] τριάκοντα μὲν εἰς τέλος, πεντήκοντα δὲ εἰς ἐπιμερισμόν· αἰχμαλώτους δὲ (ὡς Φιλῖνος ἀνέγραψε) Καρχηδονίων ἑξακισχιλίους· ὡς δὲ ἕτεροι, τετρακισχιλίους καὶ τεσ-

1 Ἐρυχήνων. In Hoeſch. ed. Ἐριχύνων.

In omni tempore & negotio uſu venire ſolet, ut ordinis boni obſervatio magnorum bonorum ſit effectrix.

*

Calatinus autem Conſul longis navibus trecentis, aliiſque navigiis & pontonibus IↃCC, (quae ſimul iuncta mille efficiebant,) in Siciliam tranſmiſit, & ad Erycinorum emporium naves applicavit. Hanno etiam ex Carthagine CCL longis navibus & onerariis in Hieram inſulam traiecit. Unde ad Erycem defertur. Ibi occurrentibus Romanis, utrinque ingens exſiſtit proelium: in quo Carthaginienſes CXVII naves amiſerunt, & inter has XX cum ipſis viris. Romani vero LXXX acceperunt, XXX ad impenſas, L ad partitionem, captivoſque Carthaginienſes, ut Philinus refert, IↃↃ CIↃ, vel ut alii, IV millia

ταράκοντα. αἱ δὲ ἄλλαι νῆες, πνεύματος ἐπιπνεύσαντος οὐρίου, εἰς Καρχηδόνα ἔφυγον.

Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀνδρείας, ὅτ᾽ αὐτοῦ σκάφους βυθισθέντος, τὸ σῶμα τῆς βάσεως [1] *ἀποστερηθὲν, ὑπὸ τῆς θαλάσσης τοῖς πολεμίοις ἐγχειρίζεται.*

Εἴκοσι καὶ τέσσαρα [2] *δὲ ἔτη πολεμήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι Καρχηδονίους, Λιλυβαῖον δὲ δεκαετῆ χρόνον πολιορκήσαντες, πρὸς ἀλλήλους διελύθησαν.*

1 Ἀποστερηθέντος. 2 Δὲ eſt a Rhod.

& XL. Aliae vero naves ſecundo vento Carthaginem refugerunt.

Nullus enim fortitudinis uſus, cum peſſum eunte navigio, corpus ubi inſiſtat non habens, a mari hoſtibus veluti in manus traditur.

Bello igitur Romani cum Carthaginienſibus per XXIV annos continuato, & Lilybaeo decennium obſeſſo, pacem inter ſe fecerunt.

E LIBRO XXV.

(Eclog. I, pag. 509 ſq.)

Olymp. CXXXIV, 4. a. C. 241. U. C. 513.

ἘΠΙΚΟΥΡΟΣ ὁ Φιλόσοφος ἐπὶ ταῖς ἐπιγεγραμμέναι
ὑπ᾽ αὐτοῦ Κυρίαις Δόξαις ἀπεφήνατο, τὸν μὲν δίκαιο
βίον ἀτάραχον ὑπάρχειν, τὸν δὲ ἄδικον πλείστης ταρα
χῆς γέμειν, βραχεῖ παντελῶς λόγῳ πολὺν ἀληθῆ νοῦ
περιλαβὼν, καὶ τὸ σύνολον, δυνάμενον τὴν κακίαν τῶ
ἀνθρώπων διορθοῦσθαι. ἡ γὰρ ἀδικία, μητρόπολις οὖ
σα τῶν κακῶν, οὐ μόνον τοῖς ἰδιώταις, ἀλλὰ καὶ συλ
λήβδην ἔθνεσι καὶ δήμοις καὶ βασιλεῦσι τὰς μεγίστα
ἀπεργάζεται συμφοράς. ὑπῆρχον γὰρ οἱ μετὰ Καρ
χηδονίων στρατευσάμενοι Ἴβηρες, Κελτοὶ, Βαλεαρεῖς
Λίβυες, Φοίνικες, [1] Λιγυστῖνοι, καὶ μιξέλληνες δοῦ
λοι· οἱ καὶ [2] ἐστασίασαν.

1 Λιγυστῆνοι. 2 Εὐτασίαν.

*

EPICURUS philoſophus in libro, quem Ratas opinione
inſcribit, vitam cum iuſtitia coniunctam perturbation
vacare pronuntiat; iniuſtam vero perturbatione quam plu
rima refertam eſſe: brevi dicto multum verae ſenten
tiae, & ut ſummatim dicatur, id, quod hominum impro
bitatem probe corrigere queat, complexus. Iniuſtiti
enim, metropolis omnium malorum, non infimae tan
tum conditionis hominibus, ſed, ſemel ut comprehenda
mus omnia, etiam gentibus, & civitatum populis, & re
gibus, maximas producit calamitates. Commilitio enin
Carthaginienſibus adſcripti erant Hiſpani, Galli, Balea
res, Afri, Poeni, Ligures, & ſervi altero parente Grae
ci: qui & rebellarunt.

Τότε συνιδεῖν ἐστιν ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας, ἡλίκην ὑπεροχὴν ἔχει στρατηγικὴ σύνεσις ἰδιωτικῆς ἀπειρίας, καὶ τριβῆς ἀλόγου καὶ στρατιωτικῆς.

Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἁμαρτίας ὄντων μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπιτηδεύειν.

Μετὰ δὲ τὴν ἐκ Σικελίας ἀπαναχώρησιν οἱ μισθοφόροι Καρχηδονίων ἐπανέστησαν αὐτοῖς διὰ τοιαύτας αἰτίας. ὑπὲρ τῶν ἵππων τῶν θανόντων ἐν Σικελίᾳ, καὶ τῶν σφαγέντων ἀνδρῶν τιμὰς ὑπερβαλλούσας [ἀπῄτουν·] καὶ ἐπολέμησαν ἔτη τέσσαρα, καὶ μῆνας τέσσαρας. σφάζονται δὲ ὑπὸ Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα στρατηγοῦ, ὃς καὶ ἐν Σικελίᾳ εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἀνδρικῶς [1] ἐκρατύνατο.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 566 ſq.)

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τῆς Σικελίας μεγάλους

1 Ἐστρατεύσατο Rhodom.

Tunc ipſa experientia intelligere fuit, quanto excellentior ſit imperatoris ſollertia, quam imperitia vulgi, & temerarium militis gregarii tirocinium.

Uſque adeo in delictis conſtitutorum magnam habet excellentiam modeſtia, & nihil ſupra hominem agere.

Poſt diſceſſum vero ex Sicilia mercenarii Carthaginienſium contra illos inſurrexerunt, ob has cauſas. Pro equis in Sicilia mortuis, viriſque interfectis, pretia modum excedentia poſcebant. Et bellum inter ſe geſſerunt annos IV, menſes totidem. Trucidantur vero tandem ab Amilcare Barca praetore, qui etiam in Sicilia adverſum Romanos fortiter militarat.

*

Carthaginienſes, qui de Siciliae poſſeſſione per qua-

ἀγῶνας καὶ κινδύνους ὑπομείναντες, καὶ πρὸς Ῥωμαίους κδ′ ἔτη συνεχῶς διαπολεμήσαντες, οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων, ὅσων ὁ πόλεμος αὐτοῖς αἴτιος ὑπῆρξεν ὁ πρὸς τοὺς ἀδικηθέντας ὑπ᾽ αὐτῶν μισθοφόρους. ἀποστερήσαντες γὰρ τοὺς ὀφειλομένους μισθοὺς τοῖς ἀλλοεθνέσιν, παρ᾽ ὀλίγον αὐτῆς τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τῆς πατρίδος ἐστερήθησαν. οἱ γὰρ ἀδικηθέντες μισθοφόροι παραχρῆμα ἀποστάντες, ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς περιέβαλον τὴν Καρχηδόνα.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 567.)

Ὅτι οἱ Καρχηδόνιοι ἐξαπέστειλαν πρὸς τοὺς ἀποστάντας κήρυκα, τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι. οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες ἐπιτείνοντες τὴν ἀποθηρίωσιν, οὐ μόνον ἀντεῖπον περὶ τῆς ταφῆς, ἀλλὰ καὶ διηπειλήσαντο μηκέτι πέμπειν μηδένα κήρυκα περὶ μηδενὸς πρὸς αὐτούς, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως γενομέ-

tuor & viginti annos cum populo Romano certaverant, haud tantas calamitates eo bello paſſi ſunt, quantas illo bello, quod cum mercenariis militibus, quos iniuria affecerant, geſſere. Nam cum illos debitis ſtipendiis fraudaſſent, parum abfuit, quin & imperium & patriam ſimul ipſi amitterent. Etenim mercenarii, eam iniuriam aegre ferentes, ſtatim defectione facta, Carthaginienſes in maxima diſcrimina adduxerunt.

*

Carthaginienſes, legatione ad defectores miſſa, petierunt, ut peremtorum cadavera ſibi ad ſepulturam traderentur. Sed Spondius ceterique defectorum duces, maiori barbarie & immanitate acti, non modo haec negaverunt, ſed praeterea monuerunt, ne legatus poſt haec ullus de ulla re ad ſe mitteretur: ſi quis miſſus eſſet,

νης τῷ παραγενομένῳ. εἰς δὲ τὸ λοιπὸν ἐνομοθέτησαν, τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν Καρχηδονίους τῆς αὐτῆς τούτοις ἀξιοῦν τιμωρίας, τοὺς δὲ συμμαχοῦντας τοῖς Φοίνιξι χειροκοπεῖν, καὶ πέμπειν ἠκρωτηριασμένους εἰς τὴν Καρχηδόνα. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Σπόνδιον ἡγεμόνες, διὰ τῆς εἰρημένης ἀσεβείας καὶ ὠμότητος ὑπετέμνοντο τὴν διὰ τῆς φιλανθρωπίας στρατηγίαν τοῦ Βάρκα. τοῦτον τὸν τρόπον Ἀμίλκας δυσχρηστούμενος τῇ ὠμότητι, καὶ αὐτὸς ἠναγκάζετο τῆς φιλανθρωπίας μὲν τῆς εἰς τοὺς αἰχμαλώτους ἀποστῆναι, τὴν δὲ τιμωρίαν παραπλησίαν ἐπιτιθέναι τοῖς ὑποπεσοῦσι. διόπερ τοὺς ἁλισκομένους αἰκιζόμενος παρεῤῥίπτει τοῖς θηρίοις, ὑφ' ὧν καταπατούμενοι πικραῖς τιμωρίαις περιέπιπτον.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 567.)

Olymp. CXXXV, 1. a. C. 240. U. C. 514.

Ὅτι οἱ [1] Ἱππακρινοὶ καὶ οἱ Ἰτυκαῖοι ἀπέστησαν, καὶ τοὺς φυλάσσοντας τὰς πόλεις ἔῤῥιψαν ἀτάφους

1 In ſcripto Cod. οἱ Πυχρινοὶ Salmaſ. invenit.

eodem ſupplicio periturum interminati. Decretum deinde fecerunt, quicunque Carthaginienſium caperetur poſthac, ut eodem, quo illi, mortis genere tolleretur: quicunque vero ex ſociis illorum, ut praeciſis manibus mutilati Carthaginem remitterentur. Huiuſmodi ſcelere ac ſaevitia Spondii factum eſt, ut Hamilcar, crudelitatem iſtam aegre ferens, a priſtina humanitate ſua dimotus, eandem in captos crudelitatem viciſſim exercere coactus ſit. Igitur ipſe captivos prius cruciatos belluis obiiciebat, qui ab his conculcati miſere interibant.

*

Hippacrini & Uticenſes defecerunt a Poenis, & Carthaginienſium praeſidium necarunt, caeſoſque e muris

κατὰ τῶν τειχῶν· καὶ τοῖς παρὰ Καρχηδονίων πρεσβεύσασι περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως ἀντέπιπτον περὶ τῆς ταφῆς.

(Excerpt. de Virt. & Vit. pag. 567.)

Olymp. CXXXV, 4. a. C. 237. U. C. 517. Ὅτι [1] Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρασχόμενος τῇ πατρίδι, κατὰ μὲν τὴν Σικελίαν ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ, κατὰ δὲ τὴν Λιβύην, ὅτε τὴν ἀπόστασιν οἱ μισθοφόροι καὶ Λίβυες ποιησάμενοι συνεῖχον ἐν πολιορκίᾳ τὴν Καρχηδόνα. ἐπ' ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς πολέμοις τούτοις ἐπιφανεστάτας πράξεις κατεργασάμενος, καὶ πολιτευόμενος ἐμφρόνως, δικαίας ἀποδοχῆς ἐτύγχανε παρὰ πᾶσι τοῖς πολίταις· ὕστερον δὲ μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ κατὰ τὴν Λιβύην πολέμου, συστησάμενος ἑταιρείαν τῶν πονηροτάτων ἀνθρώπων, καὶ ἐκ τούτων ἀθροίζων καὶ ἐκ τῶν λαφύρων ὠφελείας, ἔτι δὲ αὐτὸν ὁρῶν ταῖς πράξεσιν αὐξανόμενον, καὶ δοὺς εἰς δημοκοπίαν καὶ πλήθους ἀρέ-

1 Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας edebatur.

inſepultos abiecerunt, ne ſepeliendi quidem poteſtate facta Carthaginienſibus, qui id petebant.

*

Hamilcar, cognomento Barcas, egregiam atque utilem patriae operam navavit, tum in Sicilia adverſus Romanos, tum in Libya adverſus mercenarios milites & Afros, qui, a Poenis cum defeciſſent, ipſam Carthaginem obſidione premebant. Etenim in utroque bello cum multa eximiae fortitudinis ac prudentiae facinora edidiſſet, merito ab univerſis civibus colebatur. Poſtea vero confecto Libyco bello, perditiſſimorum hominum manum coëgit. Cumque hinc atque ex praeda magnas opes collegiſſet, atque ex rebus geſtis auctoritatem ſibi peperiſ-

σκειαν, παρεστήσατο τὸν δῆμον ἑαυτῷ παραδοῦναι τὴν στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης εἰς χρόνον ὀλίγιστον.

(Eclog. II, pag. 510 ſq.)

Ἀμίλκας δὲ στρατηγήσας κατὰ Καρχηδόνα, ταχὺ τὴν πατρίδα ηὔξησε, καὶ εἰς τὰς Ἡρακλείους στήλας, καὶ εἰς τὰ Γάδειρα, καὶ εἰς τὸν Ὠκεανὸν κατέπλευσεν. ἔστι δὲ τὰ Γάδειρα πόλις, ἄποικος Φοινίκων· κεῖται μὲν εἰς τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης, κατὰ αὐτὸν τὸν Ὠκεανὸν, ὅρμον ἔχουσα. πολεμήσας δὲ Ἴβηρας καὶ Ταρτεσίους, μετὰ Ἰστολατίου [1] στρατηγοῦ τῶν Κελτῶν καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, πάντας κατέκοψεν, ἐν οἷς καὶ τοὺς δύο ἀδελφοὺς, σὺν ἄλλοις ἐπιφανεστάτοις ἡγεμόσι· καὶ τρισχιλίους ζῶντας παραλαβὼν, ἔταξεν εἰς τὰς ἰδίας στρατιάς. Ἰνδόρτης δὲ πάλιν ἀθροίσας πεντακισμυρίους, καὶ πρὶν πολέμου τραπεὶς, καὶ φυγὼν εἰς λόφον τινὰ, καὶ πολιορκηθεὶς ὑπ' Ἀμίλκα,

1 Στρατηγοῦ καὶ, quam copulam ſuſtuli.

ſet, plebis gratiam aucupatus effecit, ut Africa provincia ſibi ad tempus mandaretur.

*

Amilcar vero, Carthaginienſium praeturam gerens, brevi ad incrementa patriam perduxit, adeo ut ad columnas Herculis Gadeſque claſſe provectus ſit. Colonia haec Phoenicum eſt, in extremis orbis finibus ad ipſum Oceanum iacens, ac portum habet. Cumque bello Iberos & Tarteſſios, cum Iſtolatio duce Celtarum ac fratre ipſius, domuiſſet, omnes cecidit, & inter hos duos illos fratres, cum aliis ducibus nobiliſſimis: & tria millia, quos vivos ceperat, ordinibus ſuorum accenturiavit. Indortes autem, quinquaginta millibus denuo contractis, ante pugnam in fugam converſus, in editum quendam locum ſe recepit. Ubi circumſeſſus ab Amil-

καὶ νυκτὸς πάλιν φυγὼν, τὸ πλεῖστον αὐτοῦ κατεκόπη· αὐτὸς δὲ Ἰνδόρτης καὶ ζωγρίας ἐλήφθη. ὃν τυφλώσας Ἀμίλκας, καὶ τὸ σῶμα αἰκισάμενος, ἀνεσταύρωσε· τοὺς δὲ ἄλλους αἰχμαλώτους, ὄντας μυρίων πλείους, ἀπέλυσε· πολλὰς δὲ πόλεις τῇ πειθῷ προσηγάγετο, πολλὰς δὲ καὶ καταπολεμήσας. Ἀσδρούβας δὲ, ὁ γαμβρὸς Ἀμίλκου, πεμφθεὶς παρὰ τοῦ κηδεστοῦ εἰς Καρχηδόνα, εἰς πόλεμον τῶν Νομάδων, τῶν ἐπαναστάντων Καρχηδονίοις, κατέκοψεν ὀκτακισχιλίους, ζωγρίας δὲ ἔλαβεν δισχιλίους, οἱ δὲ λοιποὶ ἐδουλώθησαν φόρους [1] τελέσοντες. ὁ δὲ Ἀμίλκας περὶ τὴν Ἰβηρίαν πόλεις πολλὰς ὑποτάξας, ἔκτισε πόλιν μεγίστην, καλέσας αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ τόπου θέσεως Ἄκραν Λευκήν. Ἀμίλκας δὲ Ἑλικῇ τῇ πόλει παρακαθήμενος, καὶ πολιορκῶν, τὸ πλεῖστον στράτευμα, καὶ τοὺς ἐλέφαντας, εἰς παραχειμασίας ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ πόλει Λευκῇ Ἄκρᾳ ἀποστείλας, μετὰ τῶν λοιπῶν παρέμεινε.

1 Τελέσαντας.

care noctu iterum fugit, & maxima copiarum pars caeditur. Ipſe dehinc Indortes vivus in hoſtium manus devenit. Quem luminibus Amilcar orbat, & corpus ludibrioſe tractatum in crucem agit. Alios vero captivos ſupra x millia dimittit, multaſque urbes perſuaſione ſibi adiungit, multas etiam debellat. Tum Aſdrubal, gener Amilcaris, a ſocero Carthaginem miſſus ad bellum Numidarum, qui Carthaginienſibus rebellabant, VIII millia delevit, CIↃ CIↃ cepit: reliqui ſub iugum ſervitutis redacti, ut vectigal penderent. Interim Amilcar, in Hiſpania multis ſubactis civitatibus, oppidum condidit maximum, quod a ſitu loci appellavit Acram Leucam. Tum Helicen urbem Amilcar obſeſſam cum oppugnaret, maiore exercitus parte & elephantis ad hibernandum in urbe a ſe condita Acra Candida amandatis, cum reliquis ibi

συνεκβοηθήσαντος δὲ τοῦ Ὀρισσῶν βασιλέως τοῖς πολιορκουμένοις, δόλῳ φιλίαν συνεπιθέμενος, καὶ συμμαχήσας, ἔτρεψεν Ἀμίλκαν. τούτου δὲ φεύγοντος, τοῖς υἱοῖς καὶ τοῖς φίλοις τὴν σωτηρίαν κατεσκεύασε, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἐκκλίνας· καταδιωκόμενος γὰρ ὑπὸ τοῦ βασιλέως, εἰς ποταμὸν μέγαν σὺν τῷ ἵππῳ ἐμβὰς, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη ὑπὸ τοῦ ἵππου. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν καὶ Ἀσδρούβαν τοὺς υἱοὺς διεσώθησαν εἰς τὴν Λευκὴν Ἄκραν. Spectat ad Olymp. CXXXVIII, 1.

Ἀμίλκας μὲν οὖν, καίπερ πολλοῖς ἔτεσι πρότερον τῆς ἡμετέρας ἡλικίας τετελευτηκὼς, ἐχέτω παρὰ τῆς ἱστορίας ὥσπερ ἐπιτάφιον τὸν ἴδιον ἔπαινον.

Ἀσδρούβας δὲ, ὁ γαμβρὸς Ἀμίλκα, μαθὼν τοῦ κηδεστοῦ τὸ [1] ἀκλήρημα, ταχέως ἀναζεύξας, πρὸς τὴν Λευκὴν Ἄκραν ἦλθεν, ἔχων θηρία πλέον τῶν ἑκατόν. οὗτος δὲ στρατηγὸς ἀναγορευθεὶς ὑπό τε τοῦ λαοῦ καὶ Olymp. CXXXVIII, 1. a. C. 228. U. C. 526.

1 Ἀκλήτριμα.

permanſit. Cum autem Oriſſo rex obſidione preſſis ferret ſuppetias, (doloſo tamen amicitiae praetextu, ac ſi Amilcari ſubveniens illos invaderet,) in fugam Amilcarem vertit. Qua accepta, filiis & amicis ſalutem procuravit: ipſe autem per aliam viam deflexit. Dumque rex eum perſequitur, in flumen ingreſſus magnum cum equo, ab hoc excuſſus, ſub undis periit. Hannibal autem & Aſdrubal, eius filii, in Acram Candidam ſalvi pervenere.

Amilcar itaque, licet multis ante noſtram aetatem annis obierit, ab hiſtoria laudem ſuam tanquam epitaphion reportet.

Aſdrubal vero, Amilcaris gener, clade ſoceri cognita, promotis repente caſtris, ad Candidam Acram pervenit, habens plus quam centum elephantes. Is imperator ab exercitu & Carthaginienſibus renuntiatus, quinquaginta

Καρχηδονίων, πεντακισμυρίους ἐμπείρους πεζοὺς συνέλεξε, καὶ ἱππεῖς ἑξακισχιλίους, ἐλέφαντας δὲ διακοσίους. πολεμήσας δὲ πρῶτον τὸν Ὀρισσῶν βασιλέα, κατέσφαξε πάντας τοὺς αἰτίους τῆς [1] Ἀμίλκα φυγῆς. παρέλαβε δὲ τὰς πόλεις αὐτῶν οὔσας δυοκαίδεκα, καὶ [2] πάσας τὰς πόλεις Ἰβηρίας. γήμας δὲ γυναῖκα ἔσχε θυγατέρα βασιλέως Ἰβήρου. ὑπὸ πάντων τῶν Ἰβήρων ἀνηγορεύθη στρατηγὸς αὐτοκράτωρ. ὅθεν ἔκτισε παραθαλασσίαν πόλιν, ἣν προσηγόρευσε Νέαν Καρχηδόνα, καὶ ἑτέραν πόλιν ὕστερον, θέλων τὴν Ἀμίλκα δύναμιν ὑπερβῆναι. καὶ ἐστράτευσεν [3] [ἄγων πεζοὺς] ἑξακισμυρίους, ἱππεῖς ὀκτακισχιλίους, ἐλέφαντας διακοσίους.
Olymp. CXXXIX, 4. ὑπὸ δὲ οἰκέτου ἐπιβουλευθεὶς ἐσφάγη, στρατηγήσας ἔτη ἐννέα.

1 Ἀμιχαγῆς. Quod nunc vides, debetur Rhodomano.

2 Πάσαν. Mox Ἰβήρων. ὑπὸ πάντων δ' Ἰβήρων Rhodomanus.

3 Ἄγων πεζοὺς, addidit Rhodomanus.

peditum millia uſu exercitatorum deligit, equitum ſex millia & elephantos ducentos, belloque primum Oriſſon regem frangit: deinde cunctos fugae Amilcaris auctores trucidat, urbeſque illorum in poteſtatem accipit, numero XII, & cunctas denique Hiſpaniae civitates. Cumque novo inito matrimonio uxorem haberet regis Hiſpanorum filiam, ab Hiſpanis univerſis imperator cum plena poteſtate appellatur. Exinde urbem maritimam condit, quam Carthaginem Novam appellavit: & deinde alteram, Amilcarem ipſum potentia ſupergredi volens. In exercitu ſuo duxit ſexaginta millia peditum, ꟾↃ CIↃ CIↃ CIↃ equites, & CC elephantes. Tandem miniſtri familiaris exceptus inſidiis iugulatur, praetura per IX annos geſta.

(Eclog. III, pag. 511.)

Κελτοὶ δὲ μετὰ Γαλατῶν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον ἀθροίσαντες, σύνηξαν λαὸν μυριάδας εἴκοσι, καὶ πρῶτον μὲν πόλεμον ἐνίκησαν· καὶ δεύτερον προσβαλόντες ἐνίκησαν, ἀνεῖλον δὲ καὶ τὸν ἕνα Ῥωμαίων ὕπατον. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἔχοντες πεζῶν μυριάδας ἑβδομήκοντα, ἱππέων δὲ ἑπτακισμυρίους· τῶν δύο πολέμων ἡττημένων Ῥωμαίων, τῷ τρίτῳ πολέμῳ κατὰ κράτος ἐνίκησαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἀνεῖλον μυριάδας τέσσαρας, καὶ τοὺς ὑπολοίπους ἐζώγρησαν. ὥστε καὶ τὸν μέγιστον αὐτῶν βασιλέα ἑαυτοῦ θερίσαι τὸν τράχηλον, τὸν δὲ δεύτερον [1] ὑπ' αὐτοῦ ζῶντα ποιῆσαι. ἐκ δὲ τούτου τοῦ ἀνδραγαθήματος ἀνθύπατος γενόμενος Αἰμίλιος, κατέδραμε τὴν χώραν τῶν Γαλατῶν καὶ Κελτῶν, καὶ πολλὰς πόλεις καὶ φρούρια εἷλε, καὶ ὠφελείας πολλῆς ἐπλήρωσε τὴν Ῥώμην. Olymp. CXXXVIII, 4. a. C. 225. U. C. 529.

1 Ὑπ' αὐτοῦ praepoſitio eſt a Rhod. Mox Αἰμήλιος.

*

Celtae, cum Gallis bello adverſum Romanos conflato, exercitum ducentorum millium coëgerunt. Primaque pugna victores abiere. Secundo etiam conflictu inito, vicerunt, ubi alter Romanorum Conſul interemtus. Quin & Romani ſub ſignis habebant peditum millia ſeptingenta, equitum ſeptuaginta. Romani tamen, licet duobus ſuccubuiſſent proeliis, tertio victoriam inſignem retulerunt, XL millibus interfectis, reliquiſque captis. Ita ut & maximus illorum rex iugulum ſibi praecideret; ſed alterum in poteſtatem ſuam redigeret vivum. Hoc tam inſigni ſtrenuitatis edito exemplo, Conſul factus Aemilius, Gallorum & Celtarum regiones depopulatur, multaſque urbes & caſtella capit. Atque ita multis Romam emolumentis refercit.

(Eclog. IV, pag. 512.)

Ἱέρων δὲ, ὁ βασιλεὺς Συρακούσης, εἰς τὸν Κελτικὸν πόλεμον Ῥωμαίοις σῖτον ἀπέστειλε, βοηθῶν Ῥωμαίοις· οὗ καὶ τὴν τιμὴν ἔλαβε μετὰ τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν.

(Eclog. V, pag. 512.)

Olymp. CXL, 2. a. C. 219. U. C. 535.

Μετὰ δὲ τὴν σφαγὴν Ἀσδρούβα τοῦ Καρχηδονίου, ἀναρχίας οὔσης, τὸν μείζονα υἱὸν Ἀμίλκα Ἀννίβαν στρατηγὸν ἐχειροτόνησαν. Ζακανθαίων δὲ ἡ πόλις πολιορκουμένη ὑπὸ Ἀννίβα· συναγαγόντες τὰ ἱερὰ, καὶ τὸν χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, τὸν ἐν τοῖς οἴκοις, καὶ τὰ τῶν γυναικῶν κόσμια, καὶ ἐνώτια, καὶ ἀργύρια χωνεύσαντες, ἔμιξαν χαλκὸν καὶ μόλιβδον· καὶ ἄχρηστον ποιήσαντες τὸν χρυσὸν, ἐξῆλθον, καὶ ἡρωϊκῶς ἀγωνισάμενοι, πάντες κατεκόπησαν· πολλοὺς δὲ καὶ αὐτοὶ φονεύσαντες. αἱ δὲ γυναῖκες τὰ τέκνα φονεύσασαι, ἑαυτὰς [1] δι'

1 Διὰ χόνης. Statim ἐνέστησαν praeſtaret.

*

Hiero, Syracuſae rex, ut ad bellum Celticum Romanis opitularetur, frumentum miſit : cuius pretium bello confecto recepit.

*

Cum poſt caedem Aſdrubalis Carthaginienſis praetura deſtituta eſſet, milites Amilcaris filium natu maiorem, Hannibalem, ſibi ducem per ſuffragia creaverunt. Dumque Saguntinorum urbs ab Hannibale obſidetur, cives ſacra in unum conferunt: auro praeterea argentoque (quidquid eius in aedibus erat) & mundo femineo, ut inauribus & id genus aliis, conflatis, aes & plumbum admiſcent, ut id prorſus inutile fieret. Tandem egreſſi, & heroice proeliati, conciduntur univerſi, cum prius magnam & ipſi ſtragem feciſſent. Matronae etiam, occiſis

ἀγχόνης ἀπέπνιξαν. οὕτως ἀκερδῆ τὴν πόλιν παρέλαβεν Ἀννίβας. τὸν δὲ Ἀννίβαν Ῥωμαῖοι πρὸς δίκην αἰτήσαντες, δι' ὧν παρηνόμησε, καὶ μὴ λαβόντες, πόλεμον τὸν Ἀννιβαϊκὸν καλούμενον ἔστησαν.

liberis, laqueo ſemetipſae ſuffocarunt. Atque ita ſine lucro potitus eſt oppido Hannibal. Quem ad cauſam de foedere praevaricato dicendam cum expetiſſent Romani, nec compotes fierent, bellum, quod Hannibalicum dicitur, excitarunt.

E LIBRO XXVI.

(Eclog. I, pag. 512 ſq.)

Ουτε ποιητὴς, οὔτε συγγραφεὺς, οὔτε ἄλλος τεχνίτης οὐδεὶς παραγγελίας τινὸς λογικῆς, δύναται πᾶσι τοῖς ἀναγινώσκουσι κατὰ πᾶν εὐαρεστῆσαι· θνητῇ δὲ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη γένηται, οὐ δυνατὸν ἐφικέσθαι τῆς ἀμέμπτου πάντων εὐαρεστήσεως. οὔτε γὰρ Φειδίας, μάλιστα τεθαυμασμένος ἐπὶ τὴν τῶν ἐλεφαντίνων ἀγαλμάτων κατασκευὴν, οὔτε Πραξιτέλης, ὁ καταμίξας ἄκρως τοῖς λιθίνοις ἔργοις τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, οὔτε Ἀπέλλης, ἢ Παῤῥάσιος, οἱ τοῖς ἐμπειρικῶς κεκραμένοις χρώμασι [1] προάγοντες εἰς ἀκρότατον τὴν ζωγραφικὴν τέχνην, οὕτως ἐπέτυχον ἐν τοῖς ἔργοις, ὥστε κατὰ πᾶν ἄμεμπτον ἐπιδείξασθαι τὸ τῆς ἐμπειρίας ἀποτέλεσμα. τίς γὰρ ἐπιφανέστερος τῶν

1 Προσάγοντες εἰς ἀκροτάτην.

*

Nec poëta, nec hiſtoricus, nec ullus denique artifex praecepti alicuius rationalis, per omnia lectoribus placere poteſt. Nec fieri poteſt, ut natura mortalis, etiamſi ſcopum attingat, comprobationem omnium ſine ulla reprehenſione conſequatur. Neque enim Phidias, in magna habitus admiratione ob imaginum eburnearum fabricationem, neque Praxiteles, qui excellenter lapideis operibus affectiones animi admiſcuit, neque Apelles, neque Parrhaſius, qui ad ſummum coloribus perite temperatis pictoriam artem provexerunt, tantam in operibus ſuis felicitatem experti ſunt, ut peritiae ſuae effectum omnino inculpabilem exhiberent. Quis enim illuſtrior eſt poë-

μὲν ποιητῶν, Ὁμήρου; τῶν δὲ ῥητόρων, Δημοσθένους; τῶν δὲ εὖ βεβιωκότων, Ἀριστείδου καὶ Σόλωνος; ἀλλ' ὅμως ταῖς τούτων εὐφημίαις καὶ δυνάμεσι προσῆλθεν ὁ μεμφόμενος καὶ τὰς ἀγνοίας [1] ἐλέγχων λόγος. ἄνθρωποι γὰρ ὄντες, καὶ ταῖς τῶν ἐγχειρουμένων ὑπεροχαῖς ἐπιτυγχάνοντες, ὅμως διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν διέπιπτον ἐν πολλοῖς. ἐστὶ γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων φιλόφθονα, καὶ μικρόσοφα, τὰ παραπέμποντα μὲν τὰ καλῶς ἔχοντα τῶν ἐπιτελεσθέντων, προσπλεκόμενα δὲ τοῖς ἐπιδεχομένοις διαστροφήν τινα καὶ πιθανὴν μέμψιν. ἐξ ὧν φιλοτιμοῦνται διὰ τῆς τῶν ἄλλων κατηγορίας τὴν ἰδίαν αὐξήσειν ἐμπειρίαν· ἀγνοοῦντες, ὅτι πᾶσα δύναμις οὐκ ἐκ τῆς ἀλλοπαθείας ἀσθενεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰδίας ἕξεως θεωρεῖται. θαυμάσειε δὲ ἄν τις τῆς τοιαύτης ἀβελτηρίας τὴν εἰς τὰ φαῦλα φιλοπονίαν, δι' ἧς τινες πειρῶνται ταῖς κατὰ τῶν ἄλλων βλασφη-

1 Ἔλεγχον, & ἀγνοίαις.

ta Homero? & inter rhetores Demoſthene? interque eos, qui probe vitam exegerunt, Ariſtide & Solone? Et tamen ad horum gloriam & facultatis excellentiam acceſſit, quae carperet, & inſcitiam redargueret, oratio. Quia enim homines erant, tametſi ad excellentiam ſuſceptorum a ſe operum pervenirent, in multis tamen ob imbellicitatem humanam lapſi ſunt. Nam quaedam hominum ingenia invida ſunt, parumque ſapiunt: quae praeclare affecta praetermittunt, ſed depravationem & culpationem probabilem recipientibus adhaereſcunt. Inde fit, ut aliorum criminatione ſuam augere peritiam ſtudeant, neſcientes interim, quod omnis facultas non ex aliorum paſſione infirmitatem ſuam habeat, ſed proprio habitu ſpectetur. Admiretur vero quiſpiam huius ſtoliditatis induſtriam, ad mala enitentem, qua ex aliorum

ead. l. 15. Λαμπαδεύσειν ἁπάσας τὰς ναῦς) Ceres raptam filiam quaeſitum itura, *accenſis ex Aetnae crateribus facibus*, λαμπάδας ἐκ τῶν κατ' Αἴτνην κρατήρων ἀναψαμένη, dixit alibi Diodorus, varias orbis partes oberrare coepit. In eius rei memoriam τὸν μετὰ τῶν λαμπάδων δρόμον, uti Liban. T. I, p. 353 B. loquitur, Deae iſti celebraſſe videntur. Huc quidem certe tyrannus reſpicit λαμπαδεύσων ſuam claſſem. Λαμπαδεύεσθαι enim eorum erat, qui cum lampade diſcurrebant, eamque aliis per manus tradebant. Vetus ſcriptor apud Suidam, Ἀριστόγονος οὖν, Διονύσου μύστης, ΛΑΜΠΑΔΕΥΕΣΘΑΙ μέλλων. Sumſit hinc colorem Philo Iud. de Div. Her. p. 486 D. cum mira ſuavitate de accendendo virtutis ſtudio precatur, ἱκέτης οὖν γίνομαι, ἵνα — ἀναφλέγηται σωτήριον φέγγος, ὃ ΛΑΜΠΑΔΕΥΟΜΕΝΟΝ ἐπαλλήλοις διαδοχαῖς, ἰσόχρονον γενήσεται κόσμῳ. Harpocrationem vide in Λαμπάς. Wess.

Pag. 24. *l.* 12. Τὸ δὲ στρατόπεδον ἐπηλάλαξε) Quod in Ioſuae libri cap. VI, 20, Alexandrini interpretes dederant

ἠλάλαξε πᾶς ὁ λαὸς ἅμ' ἀλαλαγμῷ μεγάλῳ καὶ ἰσχυρῷ, verterant olim ante Hieronymum aliqui *ululatu magno ulularunt;* alii *iubilarunt iubilo magno.* Neutrum probat Rufinus Homil. VIII in eum Ioſuae lib. pag. 422, *Et quamvis*, inquiens, *iſte ſermo improprie translatus eſſe videatur: ἀλαλαγμὸς enim in Graeco ſcriptum eſt, quod neque iubilum, neque ululatum proprie ſignificat; ſed illam magis oſtendit vocem, qua belli tempore exercitus clamorem conſonum tollens, unanimiter ſeſe cohortari ad proelium ſolet.* Recte profecto, neque ab hoc loco aliene. Rabanus Maurus eadem omnia habet ſuo in Commentario p. 695 Tom. IX Collect. ampliſſimae, firmatque adeo opinionem, quam ad ſuperiorem librum prodere memini. Wess.

Pag. 25. *l.* 8. Ὑπὸ τῆς Ἀγ. γοητείας καὶ ἀνοίας παραλογ.) Poſt γοητείας aufer καὶ ἀνοίας, ſcioli alicuius infartum. Rhod. Mallem & ego καὶ ἀνοίας librorum veterum auctoritate amotum. Sin tamen, leniore medicina reponendum καὶ ἀπονοίας erit, uti a T. Hemſterhuſio ad Luciani Iud. Vocal. c. 1 factum animadverto. Wess.

ead. l. ult. Ἐπὶ τὴν ὀνομαζομένην Μεγάλην πόλιν) Soli debetur Diodoro urbis huius accuratior notitia. Habet quidem Io. Garnerius in Diſſ. II de Synodis ob Pelagium vivo Auguſtino celebratis poſt Mar. Mercatoris Oper. pagina 179, habet, inquam, *Romanum Megalopolitanum* in Proconſulari Africae provincia Epiſcopum, adſcribitque, ignotum ſibi eſſe, qua parte eius provinciae *Megalopolis* iſta ſedem habuerit. Didiciſſet hinc, modo verba meminiſſet, oppidi ſitum: quamquam, ut ſedulo agam, de *Megalopolitano* illo Praeſule res nondum eſt expedita. Appellatur, quod H. Noriſius & Th. Ruinartus ad Not. Afric. p. 112 ed. Ven. admonere haud praeterierunt, fidelioribus in Codicibus *Meglapolitanus*, ſive *plebis Meglapolitanae*, quemadmodum in Carthagin. Collat. c. 133, p. 271, eique patronus accedit *Coronius Meglapolitanus*, quem Notitia Eccleſ. Africae ex Proconſulari provincia una cum aliis in exſilium miſſum fuiſſe refert Hunerici regis iuſſu. Neque id tamen ſcriptionis diſcrimen tanti videtur, ut alii eum urbi imponendum arbitrer. *Meglapolis* dicendi compendio ex *Megalopoli* naſci facile potuit. Ad hoc eadem erat in provincia, in qua haec Diodori; quin, ſi Notitiae ordo iuſtus eſt, prope Clupeam, a qua citra omne dubium haec Μεγάλη πόλις brevi ſpatio fuit diſſepta. Wess.

Pag. 26. *l.* 12. Ἐπὶ θάτερα δὲ μέρη τὸ πεδίον ἐνέμοντο βοῶν)

Diſcordia amanuenſium anſam praebuit, hoc ut eligerem. Si qui aliud maluerit, utatur ſuo iudicio. Ego vero hanc regionis Punicae amoenitatem, villas ſumtuoſiſſimis praetoriis diſtinctas, paſcua armentis & pecudum gregibus laetiſſima, iucundamque iſtam rivorum a fontibus deductionem attentius conſiderans, imaginem, tenuem tamen, agri Batavici videre videor, & eius inprimis, quem aquis lene ſonantibus Vechta radit. Offerunt ſeſe ultro plura alia meditanti, quae miſſa faciam. Id maximopere velim, ut hi libertatis & honeſtioris mercaturae fructus ſine labe poſſeſſoribus diutius perennent, quam Carthaginienſibus! Wess.

Pag. 27. *l.* 15. Καὶ πρὸς τὸν Λευκὸν Τύνητα) Hanc etiam urbem qui praeter Diodorum attigerit, recordor neminem. Non equidem ignoro Ab. Ortelii iudicium, *Album* hunc *Tunetem* & *Tunetem* pro eadem urbe putantis. At multa obſtant. Oppidum *Tunes* Carthagine diſtabat ſpatio xv M. P. ut Livius L. XXX, 9, ſive ὡς ἑκατὸν εἴκοσι σταδίους, ſicuti Polybius ait L. XIV, 10. *Albus* ab eadem urbe *Tunes* longius aberat. Adde, hanc urbem ab Agathocle ſolo fuiſſe aequatam: *Tunetem* deinceps illius in poteſtatem veniſſe & praeſidium ſatis accepiſſe validum. Sic auctor ipſemet c. 17. Errat ergo vir ſollertiſſimus. Wess.

Pag. 28. *l.* 11. Εἰς τὴν χώραν προσάγουσαν) Προάγουσαν. Rhod. Εἰς τὴν χώρ. προάγουσαν) Extrivi literam, quae loci ſententiam interturbabat. Factum etiam alias, ſed Codd. imperio. Vid. L. XVIII, 59. Wess.

ead. l. 14. Διὸ καὶ ταῖς πρώραις δέῤῥεις κατεπέτασαν) Navalibus in proeliis, aut ſicubi ad loca infeſta claſſem admovebant, fieri id moris erat. Quare Metellus, inſulis Gymneſiis propius ſeſe & naves adiuncturus, ΔΕΡΡΕΙΣ ἔτεινεν ὑπὲρ τῶν καταστρωμάτων, σκέπην πρὸς τὰς σφενδόνας, in Strabon. L. III, pag. 256. Poenorum haec alia conſuetudo. Segeſtria iſta, prorae oppanſa, nigricantis fuiſſe coloris videntur, uti in luctu atque inferiis uſus ferebat. Hinc navis inferias Achilli ſolutura ἐκ Θετταλίας μέλανα ἱστία ἠρμένη ἐς Τροίαν ἔπλει apud Philoſtrat. Heroic. c. 19, pag. 741. Conf. not. in L. IV, 61. Wess.

Pag. 30. *l.* 2. Προκατεπεπτώκει ταῖς ψυχαῖς) Verius cenſeo προσκατεπεπτώκει ex Reg. 1. Praeterquam enim quod ignara rei bellicae multitudo erat, animo quoque conciderat. Qua in re καταπίπτειν & ἀναπίπτειν ſedem quandam habent. Pauſanias L. X, 20, τοῖς δέ γε Ἕλλησι κατεπεπτώ-

κει μὲν ἐς ἅπαν τὰ φρονήματα. Syneſius L. II Provid. p. 117 B. οὗτοι μὲν — τοὺς καταπεπτωκότας ταῖς γνώμαις &c. Polybius Excerpt. pag. 1430, ἡττηθέντες δὲ κατὰ τὸν κίνδυνον οὕτως ἀνέπεσον ταῖς ψυχαῖς. Philo L. I vit. Moſ. pag. 630 E. τά τε σώματα παρεῖντο, καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπεπτώκεσαν. Alia tibi, ſi deſideres, dabit vir doctus Miſcellan. Obſerv. Vol. X, pag. 206. WESS.

ead. l. ult. Ἄννωνα καὶ Βορμίλκαν) Βομίλκαν, expuncto ρ. ut etiam in ſequentibus. RHOD. Καὶ Βομίλκαν) Ex Baſil. ἐκδόσει ducis nomen inſtauravi. *Bomilcar* dicitur Iuſtino, neque id nomen aliter in Livii libris ſcribitur, apud Appian. Pun. pag. 22 Βουμίλχαρ. Ceterum διὰ τὴν ἰδίαν τούτοις ἀπιστίαν ex more venit, quo nominibus ſaepe verbi ſui, uti dictum ſupra fuit, caſus adſtruitur. Aliud ſpectavit Iac. Gronovius ad Stephan. Byzant. in Ἄβαι, quem vide. WESS.

Pag. 31. *l.* 7. Ἡ πρὸς τὰς τιμωρίας πικρία τῶν Καρχηδονίων) Certiſſima eſt Diodori animadverſio. Exempla atrocitatis iſtius quaſi per ſaturam ſuppeditabunt Val. Maxim. L. II, 7, ext. 1, Polybius Lib. I, 11, 24, Livius Epit. 50, Iuſtinus XIX, 2, XXI, 4, 6, Polyaen. L. V, 11, Appian. Pun. p. 67 &c. WESS.

Pag. 32. *l.* 11. Εἰς τὸν ἱερὸν λόχον) Carthaginienſium nobiliſſimi & ditiſſimi ad duo ferme millia & quingentos ſacram eam cohortem explebant. Vid. L. XVI, 80. WESS.

Pag. 33. *l.* 1. Ἔδωκεν Ἀρχαγάθῳ τῷ υἱῷ) *Archagathum* plerumque Diodorus & Iuſtin. Lib. XXII, 5, vocitant. At Polybio Excerpt. Leg. I, p. 1087, Ἀγάθαρχος eſt, probante H. Valeſio ad Noſtri Excerpt. pag. 257. Vid. infra cap. 56. WESS.

ead. l. 12. Τὰ τῶν ἀσπίδων ἔλυτρα ῥάβδοις διέτεινε) Pari modo τοὔλυτρον τοῦ δόρατος Ariſtophanes Acharn. v. 1119, qua de voce copioſius Iſ. Caſaub. in Athen. I, 7, & Th. Gatak. ad Antonini Imp. L. IX, 3, p. 266. Solebant milites contra imbres, pulverem, aliaſque iniurias, ſcutis tegumenta induere, τὰ σκύτινα τῶν ὅπλων σκεπάσματα in Plutarchi Lucull. p. 510 A. Quem quidem morem abunde cum declaraverit Iuſt. Lipſius Annal. Mil. Rom. L. III, 2, verbum non addam. WESS.

Pag. 34. *l.* 6. Ἑκάστων οἰωνιζομένων, διὰ τὸ δοκεῖν &c.) Noctua praetervolans victoriae omen Graecis ad Salamina in Perſas pugnaturis fuerat. Hinc γλαὺξ ἔπτατο de felici re-

rum ſucceſſu elegans proverbium. Heſychius: Γλαὺξ ἔπτατο. πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαῦκά φασι διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν· quibus gemina Zenob. Cent. II, 98, & Append. Vat. I, 48. Indidem noctuae volatus victoriae auſpicium cenſebatur, γλαῦκος πτῆσις εἰς νίκης σύμβολον ἐλογίζετο, non Athenis tantum, ſed tota Graecia, in Schol. ad Equit. Comici v. 1091. Quin ipſe poëta Veſp. v. 1081: Γλαὺξ γὰρ ἡμῶν πρὶν μάχεσθαι τὸν στρατὸν διέπτατο, vulgi eam perſuaſionem reſpiciens. WESS.

Pag. 35. *l.* 13. Ἀνετράπησαν ταῖς ψυχαῖς) Sic L. XI, 31, ἀνατραπέντες ταῖς ψυχαῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. WESS.

Pag. 36. *l.* 9. Δοὺς τοῖς —— ἄσημον ἔκκλιμα) Putes Baſil. voluiſſe ἔκλειμα, quod pravum. Id auctor vult, Bomilcarem ſenſim aciem hoſtilem vitaſſe ceſſimque iviſſe. Vocabulum ipſum Lexicographorum copias augere poteſt. WESS.

Pag. 37. *l.* 11. Οὐ πλείους χιλίων) *Sed proelio commiſſo, duo de Siculis, tria millia de Poenis cum ipſo duce cecidere,* ita Iuſtinus Lib. XXII, 6, haud parum cum Diodoro diſſidens. Iuſtinum exſcripſit, ſed male intellectum, Oroſius. Cenſuit bonus vir *duos* tantum ex Agathoclis exercitu periiſſe; quod iſte noluit, ſed duo millia de Siculis, tria de Poenis occubuiſſe. Vide Oroſ. L. IV, 6. WESS.

ead. l. 14. Ἐν αἷς ἐκομίζετο ζεύγη χειροπεδῶν) Par olim inſolentia Spartanorum, qui πέδας φερόμενοι ἐπὶ Τεγεήτας ἐστρατεύοντο. Contigit iiſdem, quod Poenis: victi pedicas geſtare debuerunt ipſimet, quibus Tegeatas innectere conſtituerant apud Herodotum L. I, 66. Cuiuſmodi iuſtae talionis exempla in mundo habeo plura, quae nunc praetermittentur. WESS.

Pag. 38. *l.* 2. Εἰς συνεργασίαν ἐμβαλεῖν) Probe interpres. Ecce iterum Diodorus Excerpt. Peireſc. p. 369, καὶ τούτων τοὺς μὲν πέδαις δεσμεύων εἰς τὰς συνεργασίας ἐνέβαλλε. Vocis, in copioſis Graeci ſermonis Theſauris praeteritae, compoſitio rem eam belle declarat. WESS.

Pag. 39. *l.* 4. Ἡρακλέα τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις) Auctoris a mente non aberravit Rhodomanus. Id ſubvereor, ut recte expreſſa ſint verba. Hercules ὁ παρὰ τοῖς ἀποίκοις is eſſe debet, qui apud maioris patriae colonos eſt. Atqui omnia, quae ſuccedunt, Herculem Tyrium expoſtulant, quem Poeni etiam miſſis pretioſiſſimis donariis impenſe placare connituntur. Ergone παρὰ τοῖς ἀποικισταῖς fuit olim? Non dico, etſi, modo libri id darent, pro malo haud pu-

tarem. Hoc mihi quidem ſatis conſtat, Herculem *τὸν παρὰ τοῖς ἀποίκοις* coloniarum eſſe, quem ſibi infeſtum Carthaginienſes ob infrequentiorem religionis cultum arbitrati, Tyrum mittunt, qui placent & venerentur, quoniam inde ipſi, Gaditani, ceterique coloni domo profecti acceperant. Hercules cenſebatur idem, quamquam praecipua religionis ſedes Tyri erat. Quotannis autem *τὰς πατρίους ἀπαρχὰς* ſelectiſſima navi, quam *ἱεραγωγὸν* vocant Graeci, Tyrum religioſiſſime mittebant. Vide Polyb. Exc. Leg. CXIII, pag. 1310. WESS.

ead. l. 14. *Τοὺς ἐκ τῶν ἱερῶν χρυσοῦς ναοὺς τοῖς ἀφιδρύμασι*) Io. Dougtaeus Analect. Sacr. Part. II, 61, *aurea cum ſimulacris delubra* vertit, aediculas eſſe portatiles, quae Deorum ſimulacra ſuo ambitu complectebantur, opinatus; quod quidem auctor ſi voluiſſet, *ναοὺς αὐτοῖς ἀφιδρύμασι* ſcriptum fuiſſet. Vid. Daviſium ad Max. Tyrium Diſſert. VII, p. 520 ed. noviſſ. Nam ut nunc verba habent, aediculae ſignis, quae Tyri erant, tramiſſae fuerunt. Id bene, quod his Diodori uſus ſit vir doctus ad *ναοὺς ἀργυροῦς Ἀρτέμιδος* illuſtrandos, e quibus fabricandis victum Demetrius Epheſi tolerabat in S. Lucae A. A. cap. XIX, 24. Fuerunt enim eiuſdem haud dubie generis. Hae parvae aedes ad formam templi Epheſii ſuperſtitioſis Dianae ſacris parabantur, iſtae in delubris olim Carthagine dedicatae Tyrum amandabantur Herculi conſecrandae. Pertinet huc *ἀργυρέου ναοῦ ἐργεπιστάτης* Cratinus ex Artemidori Onirocrit. Lib. IV, 33. WESS.

Pag. 40. *l.* 1. Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον &c.) Euſebius haec exſcripſit Praep. Evang. L. IV, 16, p. 161 A. Saturnum Carthagine victimis humanis fuiſſe cultum, res eſt teſtatiſſima. Vid. L. Vivem ad Auguſtini L. VII de Civ. D. c. 19, & H. Grotium in Deuteron. c. XVIII, 10. WESS.

ead. l. 10. *Διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων* &c.) *Peſcennius Feſtus in libris hiſtoriarum per ſaturam refert, Carthaginienſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare, & cum victi eſſent ab Agathocle, rege Siculorum, iratum ſibi Deum putaviſſe; itaque ut diligentius piaculum ſolverent, DVCENTOS nobilium FILIOS immolaſſe;* haec appoſite Lactantius Inſtit. L. I, 21. Adiunge Euſebium Or. de Laud. Conſtant. c. 13, p. 646: φησὶ (Diodorus) *τῷ Κρόνῳ διακοσίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων δημοσίᾳ θῦσαι τοὺς Λίβυας· οὐκ ἐλάττους δὲ ἐπιδοῦναι τῇ θυσίᾳ τριακοσίους ἑτέρους·* & eum a Diodori

mente quadamtenus aberraſſe perſpicies. Noſter CCC iſtos ſeſe ultro mactandos obtuliſſe, Euſebius liberos totidem numero immolandos dediſſe illos trecentos ſignificat. Wess.

ead. l. 14. Ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας) Locus illuſtris, & ab eorum nemine, qui nefandum *Molechi* cultum expoſuerunt, neglectus. Quin & ſimulacrum hinc effinxerunt, ſed mirificum, manibuſque expanſis & ita in ſublime elatis, ut illis infantem imponere nullus potuerit. Inſpice Kircheri Oed. Aegypt. Synt. IV, 15, p. 334, &, qui paullo melius expreſſit, Io. Braunii Sel. Sacr. L. IV, 8, p. 476. Fefellerunt multos ὕπτιαι ſtatuae χεῖρες, quae eorum ſaepe ſunt, qui ſtipem rogant. Pauperibus propterea ἡ δεξιὰ διὰ πάσης ἡμέρας ΥΠΤΙΑ τέταται, προκαλουμένη τὸν δώσοντα, in Libanii T. II, p. 940 B. Porrigebat ergo Saturnus iſte aheneus cavas manus, ſive, ut bene Iſacides in Ierem. c. VII, 32, de Molecho, *manus eius porrectae & ſenſim erant elevatae.* Iam quod idem ſubiungit Iudaeus, locum prope Hieroſolyma *Tophet* a tympanorum pulſu eſſe appellatum, quoniam *ſacerdotes tympana pulſabant, ne ad patris aures eiulatus filii accideret*, illi geminum plane & germanum Carthagine fiebat. Teſtis Plutarchus de Superſt. p. 171 C. cuius etſi pluſcula temperare non poſſum quin adſcribam: παρειστήκει δὲ ἡ μήτηρ ἄτεγκτος καὶ ἀστένακτος. εἰ δὲ στενάξειεν ἢ δακρύσειεν, ἔδει τῆς τιμῆς στέρεσθαι, τὸ δὲ παιδίον οὐδὲν ἧττον ἐθύετο. Κρότου δὲ κατεπίμπλατο πάντα πρὸ τοῦ ἀγάλματος ἐπαυλούντων καὶ τυμπανιζόντων, ἕνεκα τοῦ μὴ γενέσθαι τὴν βόησιν τῶν θρήνων ἐξάκουστον. *Adſtabat mater ſine fletu & gemitu: quem ſi ederet aut fleret, honore excidebat, & infans nihilo minus immolabatur. Strepitu vero ante ſimulacrum opplebantur omnia fiſtularum & tympanorum, ne exaudiri clamor eiulatuſque poſſent.*

Tantum religio potuit ſuadere malorum,
Quae peperit ſaepe ſceleroſa atque impia facta!

Bene ex Lucretiana aemulatione Lactantius L. I, 21, Inſtitut. Wess.

Pag. 41. *l.* 2. Παρ' αὐτοῖς) Παρ' αὐτῷ. Rhod.

ead. l. 9. Διὰ τούτου τοῦ νομίμου τετηρημένος) Sic melius: legis nulla mentio praeceſſit. Plato Minoë p. 315 B. Καρχηδόνιοι δὲ θύουσιν (homines) ὡς ὅσιον ὂν καὶ NOMIMON αὐτοῖς. Porro in Euripidis altero verſu libri eius nunc quidem χάσμα τ' εὐρωπὸν πέτρας praeferunt. Confer not. Brodaei & Barneſ. ad Iphig. Tauric. v. 625. Wess.

Pag. 42. *l.* 10. Οἱ προεστηκότες — διετήρησαν) Simile ferme id S. Lucae de Maria, Chriſti matre, Evang. c. II, 51, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα. Wess.

Pag. 43. *l.* 2. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν τυραννίδα) Credo loci ſententiam optime aſſecutum eſſe Rhodomanum. Οἱ περὶ τὴν τυραννίδα & οἱ ἰδιῶται contra ſe ponuntur, ut ἄρχοντες καὶ ἰδιῶται in Platon. Polit. p. 259. Suntque adeo οἱ περὶ τὴν τυραννίδα tyrannidis ſtudioſi & patroni, ſicuti οἱ περὶ τὴν φύσιν apud Ariſtotelem Hiſt. Anim. L. III, 3, p. 59, Phyſiologi, bene poſt Budaeum monente H. Stephano Theſ. T. III, pag. 248, & αἱ περὶ Λακεδαιμονίους πόλεις, quae Spartanorum partes amplectuntur, ſuperius L. XIII, 52. Wess.

Pag. 44. *l.* 2. Συνεδρευσάντων τῶν ἡγεμόνων, οἱ μάλιστα &c.) Ita legendo cohaeret optime oratio, συνήδρευσαν τῶν ἡγεμόνων οἱ μάλιστα ἀξίωμα δοκοῦντες ἔχειν. καὶ ῥηθέντων πολλῶν λόγων, vel ῥηθέντων δὲ πολλῶν λόγων. Steph. Συνήδρευσαν τῶν ἡγεμ. οἱ μάλιστα &c.) Mihi perſanatus ab H. Stephano locus hic videtur. Itaque non ſum veritus eius ex iudicio verba refingere: quam rem ſi qui temerariam putaverint, revocent, uti lubebit, veterem ſcripturam. Wess.

Pag. 45. *l.* 5. Αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων) Vid. infra c. 94. Wess.

Pag. 46. *l.* 9. Ἡ κατὰ τὸ σύνηθες ἐφοδία παραγ. κατενόησε) Mera gloſſa eſt, quam Reg. 2. praefert. Ἐφοδία, Heſychii verba ſunt opportuna, τὸ ἐπιέναι τὰς φυλακὰς τὸν ἄρχοντα. Saepe inde ἐφοδεῦσαι & ἐφοδείαν, ſive ἐφοδίαν, de circitoribus, qui vigilias circumeunt, rei militaris ſcriptores, Polybius Lib. VI, 33, Polyaen. L. VII, 14, uſurpant. Cuius circuitionis morem deſcribit Philo de Tel. Conſtruend. pag. 93: ἐκκοιτίας τε καὶ ἐφοδίας προσηκούσας ποιητέον, αἷ χρήσονται ξυλίνοις λαμπτῆρσι, ἵνα — μὴ καταφανεῖς ποιῶσι τοὺς ἐφοδεύοντας &c. Wess.

Pag. 47. *l.* 6. Πρώτην μὲν ἑλὼν Νέαν πόλιν) Interpres *Novam urbem.* Mallem *Neapolim* retinuiſſet: namque in Graecis Latiniſque dici aſſolet oppidum hoc maritimum. Vid. Itiner. Anton. p. 493, & de *Adrumeto* ibid. p. 52. Wess.

ead. l. 9. Ἐλύμαν δὲ τὸν βασιλέα τῶν Λιβύων) Tametſi certum non habeam in tanta Codd. diſcordia illud reguli nomen, placuit tamen. Quin ſi Phoenicum ortus fuerit ſtirpe, haud iniuria autumaveris, ab uſu rerum & ſcientia ita dictum videri, ut Ἐλύμας ὁ μάγος, οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα, in S. Lucae Act. Ap. c. XIII, 6. *Alim* ſapientem

Arabum ſermone & τὸν τὰ περίεργα δεινὸν ſive *magum* indicat. Sed hoc verum praeſtare nolim. Wess.

Pag. 48. *l.* 2. Ὑπὸ τῆς τῶν Ἀδρυμητινῶν &c.) Lectionem marginis amplector, ut probatiorem. Rhod. Mihi quoque Codd. eorum ſcriptura ſeſe probat, quam ſuam etiam in ſedem revocavi. Rhodomani ſi procederet opinio, ἀπὸ τῆς — χώρας ſcribi ſatius fuerat. At χώρας vocabulum tot ſchedae cum iugulent, articulum τῆς, tanquam nulli hic rei, aliorſum proficiſci iuſſi. Wess.

ead. l. 13. Θάψον εἷλε κατὰ κράτος) *Thapſus* non longe Adrumeto aberat, oppidum maritimum & Caeſaris victoria nobile. Vide Strabon. L. XVII, pag. 1191, & Hirtium de Bel. Afr. c. 79. Wess.

Pag. 50. *l.* 5. Καὶ γὰρ Ἐλύμαν) Sic ſcripſi. Conf. cap. 17. Ἐνίκησαν & ἀνεῖλον, quod vetuſtis in membranis, non laudo. Series ipſa de Agathocle omnia haec dici, clariſſime manifeſtat. Wess.

ead. l. 10. Βοηθήσας Αὐτολέοντι τῷ τῶν Παιόνων βασιλεῖ) Tzetzes Chil. VI, 472, ex Diodoro Αὐδολέοντα vocat, nactus librum, Reg. 2. ſimilem. Vulgatam ſcripturam Ariſton ὁ Αὐτολέοντος, a Lyſimacho in Paeonum regnum, non ſine fraude tamen, reductus, conſtabilit apud Polyaen. L. IV, 12, 3. Quae vero Tzetzes ſubiungit de Xermodigeſto, qui Autoleontis theſauros in fluvii Sargentii alveo abſconditos Lyſimacho indicarit, ea haud ſcio an depromta magnam partem ſint ex Decebali ſimili inſtituto, de quo Xiphilinus in Traiano. Quaeram alias diligentius. Wess. In nummis ΑΥΔΩΛΕΟΝΤΟΣ conſpicitur, unde Αὐδολέοντι ex Tzetze & Reg. 2. ſive Αὐδωλέοντι, verius arbitreris. Nummos reguli, eiuſdemque originem & geſtas res diligentiſſime explicuit Bimardus ea Diatribe, quae Diſſertationum Acad. Croton. Part. II, p. 160 &c. exornat. Idem *in Addend.*

ead. l. 12. Τοὺς δὲ Αὐταριάτας — κατῴκισε) Tacet de ranis, quarum multitudine Autariatae divexati patrio ſolo exceſſerant. Vide not. in L. III, 30, & Athen. L. VIII, p. 333 A. nam operarum illic errore Athen. p. 383 videbis. Wess.

ead. l. 14. Παρὰ τὸ καλούμενον Ὀρβηλὸν ὄρος) Longe ineptiſſimum Ὀρβίταον erat ὄρος, nuſquam terrarum lectum: quo magis miror, in eo probando obdurare doctiſſimos potuiſſe viros, H. Steph. & L. Rhodomanum. Quanto melius ΟΡΒΗΛΟΝ ὄρος, ex librariorum quadam inconſiderantia in ΟΡΒΗΔΟΝ converſum? Magno is mons tractu inter Moe-

ſiam & Macedoniam porrigebatur, docentibus Strabon. L. VII, p. 502, Antipatro in Epigram. Anthol. L. VI, p. 569, & Ptolem. L. III, 9. Bene ergo Iuſtinus L. XV, 2: Caſſander *veritus, ne Macedoniam occuparent* (Autariatae) *facta pactione in ſocietatem eos recipit, agroſque iis ultimos Macedoniae aſſignat.* Vidit hanc loci maculam & dextre abluit Barbeyracius Hiſt. Pact. & Foeder. Part. I, pag. 254. Accipe aliud genus. De Philippo Polyaen. ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀρβηλίων χώραν· ἡ δέ ἐστι φαραγγώδης καὶ δασεῖα, Strateg. Lib. IV, 2, 16. Quaerunt viri docti, qui tandem *Arbelii* illi? Nihil Caſaubonus decernit, Maaſvicius Ἀργιλίους corrigit. At βάρβαροι poſt pauca illi ipſi dicuntur; qui quidem titulus Argiliis non convenit, Graecis & Andriorum colonis. Tu mecum τὴν Ὀρβηλίων χώραν refinge, & difficultas evaneſcet omnis. A monte accolae Ὀρβήλιοι, & regio Ὀρβηλία, quomodo Ptolemaeus Lib. III, 13, pag. 93, dicebantur. Barbari erant, quippe Thracum originis, ſilvaſque & ſaltus incolebant. WESS.

Pag. 51. *l.* 3. Τῆς ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπείας &c.) Haec erat Ptolemaei iſtius praefectura, ſicuti ex Memnone in Photii Biblioth. p. 709 alias oſtendi. WESS.

ead. l. 12. Καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην) Meminit eius Suidas in Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου. Statim διεπέμπετο δὲ καὶ πρὸς τὰς ὑπὸ &c. citra dubium ſcripſit Diodorus, quod Rhodomanum minime fugit. WESS.

Pag. 52. *l.* 10. Τὸν ἐκ Βαρσίνης Ἡρακλέα) Freinshemium ad L. X, 6, 11, Curtii conſule. WESS.

Pag. 53. *l.* 13. Νικοκλέα τὸν βασιλέα τῶν Παφίων) Auctor Indicis huius libri Νικοκρέοντα vocavit, neque alius profecto eſt ac *Nicocreon*, quem Paphiorum regem Ptolemaeus Cypro ducem ſuperioris libri c. 89 impoſuiſſe traditur. Sed is & *Nicocles* & *Nicocreon* vero nomine dicebatur. Iſtud hic iteratur ſaepius, eſtque in Polyaeni L. VIII, 48, & Athen. L. VIII, 11, p. 352; hoc dabit idem Athen. ibid. p. 349 F. Quin Ἀριστοκρέων Origeni eſt L. VII C. Celſ. p. 733, ſed forſan memoriae parum fidae peccato. Vide magnum animadverſorem ad Athen. L. VIII, 9, &, quem is ſuo merito laudavit, P. Leopard. L. I Emend. c. 10. WESS.

Pag. 54. *l.* 1. Ὁρῶντες ἀθρόους γεγονότας &c.) Tolerari haec poſſunt. Haud ſcio tamen, an meliora ſint habenda, quae Reg. 1. liberaliter offert: talia certe, quae ab inſcito amanuenſi non exſpectes. WESS.

ead. l. 8. Ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν) Polyaenus dict. loc. ἑαυτὸν ἀνεκρέμασεν, genus mortis clarius exponens. Addit de Axiothea eiuſque & cognatarum tragico exitu plura, quae ibi legi malim. Id tamen monere abſurdum non fuerit, apud Athenaeum L. VIII, p. 349 F. Nicocreontis uxorem Βιοθέας nomine inſignem eſſe, idque a P. Leopardo defendi quodam Ovidiano in Ibin verſu. Mihi alia mens. Ovidii is verſ. 517 aliorſum ſpectat, Broteaeque exitum deſcribit, docente Salvagnio. Nicocreontis uxor omnibus aliis Axiothea eſt. Lege ergo in Machonis apud Athen. fragmento Ἡ Νικοκρέοντος εἰσιοῦσ' Ἀξιοθέα Γυνὴ μετὰ παιδίσκης &c. Reguli nomen, ut correxit Leopardus, firmant Eclogae Hoeſchelianae, quas magnus animadverſor vidit; reginae vero, ſcriptores, quos memoravi. Vitii, ne id negligam, origo praecedenti εἰσιοῦσα debetur, quod primam literam voci ablatam ſibi vindicavit, nobiſque Βιοθέαν pro Ἀξιοθέᾳ reliquit. WESS.

Pag. 55. *l.* 13. Βεβασιλευκότος ἔτη τριάκοντα ὀκτὼ) Non aliter Lib. XVI, 52. At enim Paryſades regni habenas capeſſiverat anno Olymp. CVII quarto: itaque ante annum, cuius geſtae res hoc recenſentur loco, fatis conceſſit. WESS.

Pag. 56. *l.* 1. Τὸν Θάψιν ποταμὸν) Nec hoc fluvii nomen, neque Θάτην, prout in quibuſdam dicitur membranis, iuſtum videtur. Mutemus literarum ordinem, refingamuſque Ψάθιν, quod flumen, in Maeotidem ſeſe evolvens, ex Palat. & Coislin. ſchedis dabit Ptolemaeus L. V, 9, p. 149. Mecum ſentit Barbeyracius Hiſt. Foed. Part. I, p. 256. WESS.

ead. l. 5. Καθάπερ ἐστὶ Σκύθαις νόμιμον) Credo & morem innui, quo rex mediam aciem curabat, quoque caſtra plauſtris circumdabantur. Deſcribit poſteriorem diligenter Paullus Piaſecius, Polonis ſuis in hunc diem *Tabor* id genus appellari admonens, Chronic. Rer. Geſt. p. 333 & ſeqq. WESS.

Pag. 57. *l.* 11. Λειφθέντες ἐν τῇ μάχῃ) Abſentiam praepoſitionis deſiderare noli. Ioſephus Belli Iud. Lib. I, 6, 2, ἀλλ' ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ λειφθεὶς εἰς Ἱεροσόλυμα συνελαύνεται. Adde Raphelii ex Polybio obſervat. in S. Iacobi Epiſt. c. I, 4. Porro regiam ad flumen Thapſin, ſeu Pſathin potius, Barbeyracius ſuſpicatur in urbe fuiſſe, quae Ptolemaeo, eidem fluvio accubans, *Auchis* eſt. Mihi non liquet. WESS.

Pag. 58. *l.* 2. Διεστύλωτο δ' οἴκοις) Interpres ad alterum regiae aditum haec retulit: ego ad ipſam regiam. At quid διεστύλωτο οἴκοις erit? an *columnatis aedificiis interſeptus*, ut

ille? Non arbitror. Διαστυλωθῆναι ea perhibentur, quae columnis aut trabibus ſuffulciuntur, ut in Polybii L. V, 4, & c. 100. Id de regia, in locis paluſtribus condita, verum eſſe poſſe, dubitat nemo. Quo vero modo οἴκοις, *domibus?* praeſertim ſuper aquis habitacula cum fuerint. Non equidem intelligo, ut nec Reg. 1. ſcriba, cui propterea conſultius viſum eſt, vocem eam negligere. Longe melius officium ſuum functus eſt Reg. 2. cuius εὐκίοσι ſi diſtrahas, ſcribaſque διεστύλωτο δ' εὖ κίοσι, *columnis egregie erat ſuffulta*, habebis illud ipſum, quod auctor reliquit. Wess.

Pag. 60. *l.* 5. Εἰς Γάργαζαν πόλιν) Nuſquam legere hanc urbem memini. Abr. Ortelius, ſitne *Geruſa* Ptolemaei, rogat? Non dixero. In celebritate quadam *Panticapaeum* eſt, urbs magna & Boſporanorum metropolis & regia, Euſtathio ad Dionyſii Perieg. v. 314 teſte. Wess.

Pag. 61. *l.* 9. Εἰς τοὺς καλουμένους Κήπους) De Demoſthenis avo materno, in Boſporum profecto, Aeſchines Or. in Cteſiphont. p. 78, κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὠνομασμένους ΚΗΠΟΥΣ. Quem locum cum citet Harpocration in Κῆπος, merito Valeſius refinxit πόλις δέ ἐστι κατὰ Βόσπορον καλουμένη ΚΗΠΟΙ. Urbs erat haud exigua, ab hortis amoenis appellata, Mileſiorumque colonia; Plinio propterea *Cepi Mileſiorum* L. VI, 6, & Scymno Chio, Κῆπος δ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων· ubi Κῆποι praeſtare putes, niſi in Tabula Peuting. inter Hermionaſſam & Stratocliam oppidum *Cepos* collocatum reperiretur. Wess.

ead. l. 10. Βουλόμενος ἀσφαλῶς θέσθαι τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν) Vide T. Hemſterhuſium ad Luciani Necyom. c. 21, & Th. Gatakerum in Imp. Anton. L. VI, 2. Elegans eſt in rebus prudenter beneque conſtituendis ἀσφαλῶς & εὖ θέσθαι. Philoſtratus Vit. Apoll. L. VII, 36: Ἀλλ' ἔστιν τὰ σαυτοῦ εὖ θέσθαι διδαξαμένῳ δ' αὐτὸν &c. & L. VIII, 7, p. 351: ἔλεγον ἐς τοὺς Ἀκρισίους.... εὖ τίθεσθαι τὰ αὐτῶν τοιαῦτα ἐν ἀρχῇ δόξαντας. Paullo diverſius hoc poëtae apud Plut. T. II, pag. 467:

— — ἀλλ' ὁ τυγχάνων
Τὰ πράγματ' ὀρθῶς ἂν τιθῇ, πράξει καλῶς.

Id enim vult, felici eum fore ſtatu, qui rebus praeſentibus prudenter utatur. Quod ipſum perſonatus Themiſtocles Epiſt. IX Habronycho praecipit, σὺ δὲ οὖν, Ἁβρόνυχε, τὰ παρόντα εὖ τίθεσο, καὶ τῶν μελλόντων ἐκ τοῦ μηκίστου εὐλαβοῦ. Wess.

Pag. 62. *l.* 13. Καλλαντιανῶν δὲ πολιορκουμένων &c.) Lege Καλλατιανῶν· de quorum obſidione, a Lyſimacho inſtituta, dixit obiter Lib. XIX, 83, ſed haec ſerius contigit. *Pſoam* invenient alii. Wess.

Pag. 63. *l.* 4. Ἡνιόχους καὶ Ταύρους, ἔτι δ' Ἀχαιοὺς &c.) Iungit eoſdem Appian. Mithrid. p. 365. Infames autem eos, & praecipue Tauros, ſcelerum atrocitate ac rapinis, quibus navigantibus incommodabant, fuiſſe, auctor indicavit L. III, 43. Wess.

ead. l. ult. Ἐκ γὰρ τῆς Σκυθικῆς ἐπανιὼν) Nullam equidem huic loco ſtatus controverſiam moviſſem, niſi Baſil. & Vat. anſam dediſſent. Ἰνδικῆς, modo paullum adiuvetur, unaque litera auctius procedat, verum dabit. *Sindi* regibus Boſporanis parebant, quorum regio Σινδική. Lege itaque ἐκ γὰρ τῆς Σινδικῆς. Vitium peperit praecedens articulus, cuius ultima litera primam huius vocabuli abſorpſit, neque in Diodoro tantum, ſed multis aliorum in verbis. Iſ. Caſaubonum ad Strab. L. XI, p. 757, vide, & Iſ. Voſſium ad Scylacem pag. 74, & Holſten. in Stephan. Byzant. voc. Σινδοί. Wess.

Pag. 64. *l.* 14. Οὔτε δοῦλον οὔτε ἐλεύθερον — εἶα τοῦτ' ἔχειν ὄνομα) Frequens olim nomen Μῦς. Plures in unum conduxit Aegid. Menagius ad Diogenem L. X, 3, eo inſignes. Addatur in cumulum CANINIA P. L. MUS ex Theſ. Gruteri p. DCCCCLXVI, 9. Wess.

Pag. 65. *l.* 8. Τὴν ὀχουμένην ἐπὶ τοῦ τεθρίππου σκηνὴν) Boſporanorum & Scytharum has aedes Seneca Herc. Fur. v. 534 *multivagas domos*, ipſas *gentes patriis ſedibus hoſpitas*, vocat eleganter. Wess. Illuſtrat haec Hemſterhuſius ad Plut. Ariſtoph. p. 369 egregie: illum ergo adi & Ioſ. Barbarum Itiner. pag. 436, ſimiles currus Tartarorum deſcribentem. Idem *in Addend.*

ead. l. 12. Ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἰταλίαν) Εἰς τὴν Σαυνίαν lego pro Ἰταλίαν· & pro Ἰτάλιον placet Τάλιον. Rhod. Ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀπουλίαν) Ego vero hoc amplectar, Reg. 2. fidem ſecutus, donec certius auxilium ſuboriatur aliunde. Τάλιον non admitto. Cur enim? Aeque mendo fortaſſe contaminatum eſt, ac Ἰτάλιον. Mihi quidem certe nec *Italium*, nec *Talium*, lectum unquam eſt. Ad Livium ſi adeas L. IX, 31, incertior, quam fuiſti, abibis. Tacet enim, belli a Romanis dextre adminiſtrati non oblitus. Wess.

Pag. 66. *l.* 7. Καταράκταν — καὶ Κεραυνιλίαν ἐκπολιορκή-

σαντες) De his urbibus idem iudicium eſto, quod de *Italio.* Maximopere me quidem demerebitur, qui ex Apulia aut Samnio eas eruerit. WESS.

ead. l. 13. Ὁ τῆς Αἰγύπτου δυναστεύων) Hoc malui: neque enim Aegypti hoc tempore rex erat Ptolemaeus. Scio, βασιλεύειν latius poſſe accipi; praeſtat tamen, quod revocavi ex errore. Auctor ipſe c. 19, οἱ περὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου δυνάστην &c. WESS.

Pag. 67. *l.* 7. Τοῦτον μὲν κατέλιπε &c.) Vid. ſupra cap. 19. WESS.

Pag. 68. *l.* 5. Περὶ τὴν καλουμένην Στυμφαλίαν) Stymphalia fuit in Peloponneſo: at locus, de quo nunc agitur hoc loco, non fuit in Peloponneſo, ut ex ſequentibus patet paullo poſt, ubi ait de eodem Polyſperchonte, de quo hic agitur, ἐπεχείρησε μὲν διὰ τῆς Βοιωτίας προάγειν εἰς Πελοπόννησον. Ergo, ſi mihi credis, leges Στυμφαίαν· nam ea, quae ſupra dixit, κατήγαγεν ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν Ἡρακλέα, docent eam non fuiſſe in Peloponneſo: non enim fuit Peloponneſus πατρῴα βασιλεία Herculis Alexandri filii, ſed Macedonia, inter quam & Aetoliam, ubi copias paraverat, iacet regiuncula *Stymphaea* dicta. PALM. Parum abeſt, quin redundantem literam exteram. Citra omnem enim controverſiam Στυμφαίαν, aut Τυμφαίαν, auctor ſcripſit. Locus necis, qua infeliciſſimus iuvenis perfide oppreſſus eſt, regioniſque tractus, quam caſtris Polyſperchon occupaverat, id ſibi expoſtulant. Vide not. in L. XVII, 57. WESS.

ead. l. 15. Τὰς προγεγενημένας καὶ κατὰ Μακεδονίαν δωρεὰς) Expungatur καί. RHOD.

Pag. 69. *l.* 6. Ὁ δὲ Πολυσπέρχων ἀνελὼν τὸν νεανίσκον) Vendidit iuvenem Polyſperchon centum talentis Caſſandro, vocatumque ad coenam & inſidias ſuſpicantem, ſed blanditiis circumventum, convivarum manibus ſtrangulavit. Sic Plutarchus T. II, pag. 530 C. Scelus patratum eſt in Epiri urbe Trampya. Lycophronem audire Alexand. v. 800 operae erit pretium:

Ὅ, τ᾽ αἰπὺ ναίων Τραμπύας ἐδέθλιον,
Ἐν ᾗ ποτ᾽ αὖθις Ἡρακλῆ φθίσει δράκων
Τυμφαῖος ἐν θοίναισιν, Αἰθίκων πρόμος.

Qui quidem draconem *Tymphaeum* appellat Polyſperchontem, Aethicumque ducem, quod Epirotis, quos inter Aethices, Tymphaeis vicini, docente Stephano in Αἰθικία, imperabat. En Tzetzae ſcholion, tenebras poëtae ad hunc mo-

dum optime diſpellentis: Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος καὶ Βαρσίνης (ſic iure Potterus) τῆς Περσίδος υἱὸς ἐγένετο καλούμενος Ἡρακλῆς, ὃν ἀνεῖλε καλέσας εἰς δεῖπνον Πολυσπέρχων ὁ Τυμφαῖος, Αἰθίκων βασιλεὺς, χαριζόμενος Κασσάνδρῳ. Τυμφαῖοι, Ἠπειρωτικὸν ἔθνος, καὶ Αἴθικες ὁμοίως. Hactenus ille; cuius & poetae verba Στυμφαίαν, ſive Τυμφαίαν, in ſuperioribus veriſſimam eſſe, liquido commonſtrant: neque latuit id Palmerio, illis ſtabiliendae coniecturae dexterrime uſo, Vet. Graec. L. II, 9, p. 343. Porro Herculem Alexandri veneno ſublatum prodit Pauſanias L. IX, 7. In Iuſtino diligentiam requiras: Trogum ſuum, ut Prologus clamat, male expreſſit L. XV, 2. WESS.

ead. l. ult. Ἀφ' ἑαυτοῦ Λυσιμαχίαν καλέσας) Cardiam Lyſimachus evertit, & in proximo loco ſui nominis hanc urbem condidit. Conf. Pauſan. L. I, 9, pag. 24, & inferius Excerpt. Peireſcian. p. 298. WESS.

Pag. 70. *l.* 3. Ὁ Ἀρέτας υἱὸς) Arabicum nomen in Graeciam transfert haec lectio. Lege Ἀρεύς. Sic enim ab omnibus expreſſum eſt nomen filii Cleomenis. PALM. Ὁ Ἀρεὺς υἱὸς) Non temere dixerim, Aretae nomen, quod pluribus Arabum regulis impoſitum novimus, Arabicum eſſe. Aretam quidem certe Spartanum L. XIV, 70, Diodorus memoravit. Vel ſic tamen ex veſtigiis Reg. 1. Ἀρεὺς refinxi, tum quod ab aliis omnibus ita nuncupetur, tum quoniam viri eruditione praeſtantes Ioſeph. Scaliger Canon. Iſagog. L. III, pag. 332, & D. Petavius Doct. Temp. L. X, 53, hoc maluerunt. Scribi praeterea debuerat ὁ Ἀρεὺς υἱωνός· nam Acrotati filius Areus fuit, Cleomenis nepos. Ego vero non mutavi, incertum arbitratus, auctoriſne peccatum ſit, an librariorum. Vide Pauſan. Lib. III, 6, & de Cleomene ad Noſtri L. XV, 60. WESS.

ead. l. 8. Τὴν μὲν οὖν σιτοπομπείαν διεκώλυε) Conf. not. in L. XIII, 88. WESS.

Pag. 71. *l.* 1. Προστάξαντες καταλαβέσθαι τὸν Εὐρύηλον) Excuſabo audaciam, ſi ea eſt, qua Εὐρύκλον in Εὐρύηλον converti. *Euryclum* nemo novit Syracuſis; *Euryelum*, & variante dialecto *Euryalum*, plures. Stephanus: Εὐρύηλος· οὕτως ἡ ἀκρόπολις τῶν Ἐπιπολῶν· πολίχνιον δὲ τοῦτο Συρακουσῶν ἀπόκρημνον. Livium addo, qui L. XXV, 25: *Marcellus — ad Euryalum ſigna referri iuſſit. Tumulus eſt in extrema parte urbis verſus a mari, viaeque imminens, ferenti in agros mediterraneoſque inſulae, percommode ſitus ad commeatus excipiendos;*

& tanto quidem cupidius, quod Noſtri ſi ad illius comparentur verba, res dubio careat. Wess.

Pag. 72. *l. ult.* Τὰ δὲ διὰ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφ. &c.) Conſpirantes ſcripti libri mihi perſuaſerunt, haec a Diodoro veniſſe omnia. Redeant ergo poſtiiminio ſuam in ſedem. Wess.

Pag. 74. *l.* 1. Τῆς στρατείας τὴν κρατίστην) Praeſtat στρατιᾶς. De Agathoclis ad Himeram amnem clade copioſius extremo lib. XIX Diodorus. Wess.

ead. l. 2. Οἱ δὲ τειχήρεις ἀποληφθέντες) Scribe ἀπολειφθέντες. Rhod.

ead. l. 11. Ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου) Vide L. XVII, 86. Paullo ante προσλαβόμενος ἀπάτην καὶ φόβον ſi qui ex Reg. 1. ductibus effingere velint, illis liberum eſto. Wess.

Pag. 75. *l.* 1. Ὃς ἔφησεν αὐτὸν εἰς τὴν ὑστεραίαν &c.) Tangit hiſtoriam, nec ubique tamen conſentiens, Cicero L. I de Divinat. c. 24: *Apud Agathoclem ſcriptum in hiſtoria eſt, Hamilcarem Carthaginienſem, cum oppugnaret Syracuſas, viſum eſſe audire vocem, ſe poſtridie coenaturum Syracuſis: cum autem is dies illuxiſſet, magnam ſeditionem in caſtris eius inter Poenos & Siculos milites eſſe factam: quod cum ſenſiſſent Syracuſani, improviſo eos in caſtra irrupiſſe, Hamilcaremque ab his vivum eſſe ſublatum. Ita res ſomnium comprobavit.* Sequitur Ciceronem, ut ſaepe, Val. Maximus L. I, 7, 8. Confer Victorium Var. Lect. L. XX, 12. Wess.

Pag. 76. *l.* 12. Ἑλόμενοι στρατηγὸν Ξενόδικον) Correxi ducis nomen ex Ven. favente auctore. Bene Rhodom. in not. Addend. Ξενόδικον· *qui infra etiam* Ξενόδοκος *ſcribitur* pag. 791 (cap. 57) *& deinceps.* Wess.

Pag. 77. *l.* 11. Θεμένους τὰ ὅπλα παραδοῦναι σφᾶς αὐτούς) Sic hoc libro c. 46, καὶ τοὺς μὲν φρουροὺς ἠνάγκασαν θέσθαι τὰ ὅπλα. Caeſar Octavianus apud Appian. Belli Civil. L. V, pag. 1110, προὐκάθητο ἐπὶ βήματος καὶ προσέταξε μὲν ἅπασι θέσθαι τὰ ὅπλα. Quae quidem ſi in numerato habuiſſet Hudſonus, cautius rem inſtituiſſet ad Thucydid. L. II, 2. Athenis θέσθαι ὅπλα ſaepe erat περιθέσθαι, nec ſemper tamen, ut Critici veteres monuerunt ad Aeſchin. Or. in Timocrat. p. 5, & Thucydid. L. VIII, 93. Adde P. Leopardum Emendat. L. XI, 20. Atticum iſtum morem ſecutus Libanius T. II, p. 43, μᾶλλον μὲν οὖν ἢ καὶ πρόσθεν, inquit, ἠγάπησεν ὑπὲρ πατρίδος, ὥσπερ ὅπλα, τοὺς λόγους θέμενον, *magis quam quidem antea dilexit eum, qui pro patria orationes, tanquam arma ſumſerat.* Interpres aliud ſpectavit,

non animadvertens, a ſcriptore ſuo Demoſthenis in Midian. p. 360, & Lycurgi in Leocrat. p. 153, elegantias imitatione quadam exprimi. Wess.

ead. l. 15. Ἐπόρθουν τήν τε Λεοντίνην) Si diſcordes librarii Νεντίνην ſcripſiſſent, traxiſſent fortaſſe in partes lectorum aliquos: nunc nihil eſt, cur vulgatum repudietur. Conſule Ph. Cluverium Sic. Antiq. L. II, p. 360, de *Echetla* ibid. diſputantem. Wess.

Pag. 79. *l.* 9. Πλησίον τῆς παρεμβολῆς τῶν πολεμίων) Media vocabula τῆς παρεμβολῆς ad ſententiam neceſſaria admodum non ſunt. Omittuntur etiam in vetuſtis quibuſdam membranis, quas ſequi ſi qui voluerit, duces habebit. Simile C. Claudii factum a Livio proditur, *Claudius Conſul — caput Aſdrubalis, quod ſervatum cum cura attulerat, proiici ante hoſtium ſtationes — iuſſit*, L. XXVII, 51. Wess.

ead. l. 13. Τὸν τοῦ βασιλέως θάν.) Lege, quae de regibus Carthaginienſium diſputata fuerunt ad L. XIII, 43. Wess.

Pag. 80. *l.* 3. Εἴασε τὴν εὔροιαν μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς &c.) Ineptae amanuenſis explicationi acceptam refer εὐνοίας vocem. Εὔροιαν tuebitur Polybius L. II, 44: ἐγένετό τις εὔροια πραγμάτων· & Lib. III, 10: λέγω δὲ τὴν εὔροιαν τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχηδονίοις· & c. 15: μὴ λανθάνειν Ῥωμαίους τὴν γενομένην εὔροιαν Καρχηδονίοις τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων. Tum L. V, 14: τοῖς θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενημένης αὐτῷ περὶ τὴν ἐπιβολὴν εὐροίας. Quibus omnibus in locis felicem rei ſucceſſum eo vocabulo deſignari, quis eſt quin perſpiciat? Syneſius, ſed diverſiore figura, in Dion. p. 36 D. philoſophos flumine quodam orationis uſos τοὺς σὺν εὐροίᾳ ἑρμηνεύοντας, & p. 40 B. Ariſtophanis e Nubibus verſus στρογγύλως καὶ σὺν εὐροίᾳ prolatos habet. Adde not. in L. II, 45. Wess.

ead. l. 13. Ἐδόκει γὰρ ἔχειν λάθρα τοῦ πατρὸς τὴν Ἀλκίαν) Scelus hoc Archagathi iterum tangitur L. XX, 69. Wess.

Pag. 81. *l.* 1. Ἁρπάσας σιβύνην) De teli huius vero nomine quaeſivimus L. XVIII, 27. Wess.

ead. l. 7. Πολλοὶ — τῶν ἐφ' ἡγεμονίας τεταγμένων) Tametſi praeceſſerit τὶς τῶν ἐφ' ἡγεμονίᾳ τεταγμένων, noli eos amplecti libros, qui haec mutatum iverunt. Vide potius adſcripta L. XIII, 14. Wess.

Pag. 82. *l.* 12. Διόπερ ἀποθέμενος τὴν πορφύραν) Tyrannica ea veſtis, quam Hiero, ne cives offenderet, poſuit, induit autem Hieronymus, avi modeſtiam ſpernens. Livius

L. XXIV, 5 : *nam qui* (Syracuſani) *per tot annos Hieronem, filiumque eius Geloncm, nec veſtis habitu, nec alio ullo inſigni differentes a ceteris civibus vidiſſent, conſpexere* PURPURAM *ac diadema ac ſatellites armatos.* WESS.

Pag. 83. *l.* 3. *Δειλίᾳ συνεσχημένον*) Ita legi debere monet Rhodomanus, & iure. Operarum in Steph. editione peccatum eſt *συνεχημένον*. WESS.

ead. l. 10. *Καὶ τοῖς ὄχλοις εὐχαριστῶν*) Ex ſermonis Attici cultiore uſu proſcribitur a Grammaticis *τὸ εὐχαριστεῖν*. Id voluit Phrynichus, quando Eclog. pag. 8, *Εὐχαριστεῖν*, inquit, *οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι*, eiuſque veſtigiis inhaerens Thomas Magiſter. Alioqui falſum eſt, neminem id vocabuli uſurpaſſe. Arrianum & Epiſtol. Phalaridis auctorem obviam optime Grammaticorum nationi ire iuſſit Io. Alberti, neque Diodorum neglexerunt eruditi Lipſienſes T. IX Supplement. Actor. ſuorum p. 15 & 372. Exſcribam locorum aliqua, ut quaerendi moleſtiam compendifacias. De Syracuſanis Lib. XVI, 11, *καὶ περὶ μὲν τῶν παρόντων ἀγαθῶν εὐχαριστούντων τοῖς θεοῖς·* tum de iiſdem ibid. c. 20, *ὁ μὲν δῆμος εὐχαριστῶν στρατηγὸν ἐχειροτόνησεν αὐτοκράτορα τὸν Δίωνα.* Quae quidem indicio eſſe poſſunt, nihil ſanctiſſimos N. T. ſcriptores novaſſe, cum verbi iſtius uſum non repudiarent. WESS.

Pag. 85. *l.* 1. *Ἐπὶ πόλιν Σούτριον, ἄποικον Ῥωμαίων*) Inſpice Livium L. IX, 35. WESS.

Pag. 86. *l.* 3. *Περὶ τὴν καλουμένην Περουσίαν δευτέρᾳ — κρατήσας*) De proelii loco in annalibus diſſenſus erat. *Eam tam claram pugnam trans Ciminiam ſilvam ad Peruſiam pugnatam, quidam auctores ſunt. — Sed, ubicunque pugnatum eſt, res Romana ſuperior fuit : itaque Peruſia, & Cortona, & Arretio, — legati, pacem foeduſque ab Romanis petentes, inducias in triginta annos impetraverunt;* ſic Livius L. IX, 37, cuius e verbis *Κορτωνιάτας* ſcribi debere putares, niſi in Stephano eſſet *Κρότων, πόλις Τυῤῥηνίας μητρόπολις, οἱ πολῖται Κροτωνιάται.* Sed Stephani iſtud ex vitioſo ſcriptoris veteris exemplari hauſtum videtur, neque officere aptum eſt, quo minus *Κορτωνιάτας* recipiamus. WESS.

ead. l. 8. *Πόλιν δὲ — Καστόλαν ἐκπολιορκήσας*) Nulla hoc nomine, quod quidem ſciam, in Italia urbs. *Φαισόλαν*, *Faeſulam*, corrigit plauſibili coniectura Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II, p. 509 & 572. WESS. Gorius Inſcript. Antiq. Etrur. Part. II, p. 83, refinxit *Καρσούλαν* ſive *Καρσούλας*, conie-

ſtura eleganti. Vide de urbe Ph. Cluverii Ital. Ant. p. 638. 683. IDEM in *Addend.*

ead. l. 13. Λεύκιον Κλαύδιον) Γάϊον Πλαύτιον. Sic in Tab. Capitolinis reperitur. RHOD. Bene Rhodomanus, ante quem Pighius in Faſt. ad ann. CDXLI, p. 362, idem docuerat. WESS.

ead. l. 16. Ἀπὸ σταδίων ὀγδοήκοντα) Frontinus, qui ante hos duos annos in conſulatu M. Valerii & P. Decii Muris Appiam deductam prodit, & verius, *concipitur Appia in agro Lucullano, via Praeneſtina, inter milliarium VII & VIII, diverticulo ſiniſtrorſus paſſuum DCCLXXX*, non multum, hac quidem parte, a Diodori rationibus deflectens, L. I de Aq. ductib. ſect. 5, cum Io. Poleni nota. WESS.

Pag. 87. *l.* 3. Τὸ πλεῖον μέρος λίθοις στερεοῖς κατέστρωσεν) Lege Procopium L. I Belli Goth. c. 14, ubi λίθον μυλίτην καὶ φύσει σκληρὸν, *lapides molares & natura praeduros*, ab Appio adhibitos ait, & quae commentatus eſt Lipſius de Magn. Rom. L. III, 10. WESS.

ead. l. 6. Ἢ κοίλους ἀναλήμμασιν — ἐξισώσας) Putes interpretem ἀναλώμασι, quomodo Reg. 1. legendum autumaſſe; id certe quidem vertendo expreſſit. At bene habet vulgatum. Ἀναλήμματα ſunt ὑψώματα, ſeu moles, quibus cava locorum complanantur altiuſque educuntur. Strabo κοιλάδων ἐγχώσεις vocat L. V, p. 360. Tu vide not. in L. XVII, 71. WESS.

ead. l. 12. Ἀλλὰ πολλοὺς καὶ τῶν — ἐνίους ἀνέμιξε) Hiat oratio. Forte fuit πολλοὺς τῶν δυσγενῶν, aut, ſi nimium id putetur, τοὺς πολλούς. Inquinavit enim Senatum Appius lectis humilibus, & libertinorum filiis. Conf. Livium L. IX, 30. Mox ſequor Reg. 1. In vulgato nimis inconcinnum erat iteratum ἐξουσίας vocabulum. Cenſor Appius, *urbanis humilibus per omnes tribus diviſis, forum & campum*, verba Livii ſunt ibid. c. 46, ex correctione Gronovii L. IV Vet. Pec. c. 9, *corrupit:* huc reſpicit auctor, neque latius porrigi debet, quod ille de cenſu prodidit. WESS.

Pag. 88. *l.* 2. Ὁρῶν τεθησαυρισμένον κατ' αὐτοῦ — τὸν φθόνον) Satis hoc quidem cultum. Philo in Flacc. p. 990 C. ſed diverſiore forma, διά τινας ὑπερβολὰς ἀνηκέστων κακῶν, ἃ κατ' ἐμοῦ ΘΗΣΑΥΡΙΖΟΜΕΝΟΣ (ὁ δαίμων) χαρίζεται τοῖς δολοφονηθεῖσι. Pari elegantia μέγας κακῶν θησαυρὸς, quod Plautum non ſpreviſſe notiſſimum eſt, Euripid. Ion. v. 923; κακῶν ταμεῖον καὶ θησαύρισμα Democritus in Plut.

T. II, p. 500, & ὀργῆς τινος ὑπούλου θησαυρὸς ibid. p. 517. Ecquis ergo Paullinum iſtud ΘΗΣΑΥΡΙΖΕΙΣ σεαυτῷ ὀργὴν ob iucundiſſimam figuram non amplexabitur? Vide optimi viri Epiſt. ad Rom. c. II, 5, & Io. Alberti notam. Wess.

ead. l. 9. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ὕπατοι &c.) Si qui εἶθ' οἱ μὲν voluerit, optio eſt. Ego non moveo. Statim συνῆγον τὴν σύγκλητον unice verum eſt. Livius de Coſſ. C. Iunio Bubulco & Q. Aemilio Barbula: *initio anni queſti apud populum, deformatum ordinem prava lectione ſenatus, — negaverunt, eam lectionem ſe — obſervaturos: & ſenatum extemplo citaverunt eo ordine, qui ante cenſores Ap. Claudium & C. Plautium fuerat*; L. IX, 30. Wess.

ead. l. 15. Καὶ τὴν τῶν συγγενῶν προαγωγὴν) Verius arbitror δυσγενῶν ex Regio 1. Favit enim plebes humilibus iſtis & libertinorum filiis, quos Appius Claudius allegerat. Mox fidenter Γναῖον Φλαύιον ſcripſi, quo illum praenomine omnes deſignant, patre libertino progenitum perhibentes. Quod vero additur πατρὸς ὢν δεδουλευκότος, id verum non praeſtabit Suetonius, qui his temporibus *libertinos dictos, non ipſos, qui manumitterentur, ſed ingenuos, ex his procreatos*, auctor eſt in Claud. c. 24. Sed C. Sigonium L. I Ant. Iur. Civ. Rom. c. 6 lege. Porro peccat Diodorus, Cn. Flavii aedilitatem hunc in annum coniiciens, qua fungi demum poſt hos ſex annos apud Livium L. IX, 45, coepit. Verum & alia hic ſtipavit, quae partim citius aut ſerius adminiſtrata ſunt. Wess.

Pag. 89. *l.* 4. Προσεποιήθη τυφλὸς εἶναι) Vera hunc loqui crederem, niſi annales docerent, poſt Cenſuram Appium Conſulatum petiiſſe, urbaniſque artibus opes auxiſſe, in Livii Lib. IX, 42, & X, 22. Cauſam caecitatis aliam, ſed ex ſuperſtitione repetitam, dabit idem Livius L. IX, 29, & Valerius Maxim. L. I, 1, 17. Wess.

ead. l. 6. Ἐπ' ἄρχοντος — Χαρίνου) Seneca de Epicuro Ep. 18: *hoc certe in his epiſtolis ait, quas ſcripſit Charino magiſtratu ad Polyaenum.* Quem locum ſignaverat manus recentior ad oram Reg. 1. In Dionyſii T. II, p. 116, Καίριμος eſt. Porro victor, qui ſtadii coronam abſtulit, apud Euſebium Ἀνδρομένης Κορίνθιος audit. Wess.

ead. l. 14. Παρέλαβε παρὰ Κρατησιπόλεως) Artes, quibus magni animi femina Corinthum, invitis praeſidiariis, Ptolemaeo tradidit, Polyaenus Lib. VIII, 58, exſequitur. Wess.

Pag. 90. *l.* 2. Τὸ διλογεῖν — παρήσομεν) Sic L. XVI, 46, τὸ διλογεῖν περὶ αὐτῶν παρήσομεν· & ante Noſtrum Xenophon de Re Equeſtr. p. 745, εἰ δέ τις διλογεῖν ἡμᾶς οἴεται, ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν λέγομεν νῦν τε καὶ πρόσθεν, οὐ διλογία ταῦτά ἐστιν. Ceterum Ptolemaei ſtudium libertatis Graecorum reſtituendae tangit Suidas in Δημήτριος ὁ Ἀντιγόνου. WESS.

ead. l. 16. Θυγάτηρ δὲ Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου) Lege de eius & Alexandri Epirotarum regis nuptiis ſupra L. XVI, 92. WESS.

Pag. 91. *l.* 14. Κλεοπάτρα — περιμάχητος γενομένη) Vid. not. in L. III, 10, & XII, 66. Potuiſſet & in procis nobiliſſimae feminae Perdiccam numerare, de quo Arrian. in Photii Biblioth. pag. 220, inſuper docens, Sardibus eam poſt fratris mortem vitam plerumque egiſſe, & contra Antipatri criminationes animo ſe plus quam muliebri defendiſſe, alia tamen occaſione, pag. 225. WESS.

Pag. 92. *l.* 10. Τοὺς καλουμένους Ζούφωνας) Sic omnes libri. Equidem *Zuphonas* hos in Numidia reperire non memini: invenient fortaſſe alii. WESS.

Pag. 94. *l.* 6. Βαρεῖς ἐπικειμένους) Βαρέως legendum. RHOD. Infra cap. 65, οἱ δὲ βάρβαροι βαρέως ἐπικείμενοι, recte haud dubie: nec propterea tamen id hic inculcandum fuerat: vulgatum enim aeque probum. Vide haec ex Diodoro depromta: καὶ βαρεῖς ἐπικείμενοι τοῖς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας Ἕλλησι L. XIII, 110; οἱ μὲν περὶ τὸν Ἐπαμινώνδαν βαρεῖς ἐγκείμενοι &c. L. XV, 56; & οἱ μὲν Μακεδόνες — βαρεῖς ἐπέκειντο τοῖς πολεμίοις L. XVII, 12; tum Ἄννων — ἐνέκειτο βαρὺς τοῖς Ἕλλησι L. XX, 12. Quae omnia mutanda eſſe, ne Rhodomanus quidem, modo poſt fata liceret, profiteretur. WESS.

Pag. 95. *l.* 11. Μακρὰν ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν) Conf. L. III, 17 & 69. Ariſtoteles, ſed paullo aliter, L. V Politic. c. 11, ἀλλὰ τοῖς γ' ἐκτοπίζουσι τυράννοις ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ συμφέρει τοῦτο μᾶλλον. WESS.

ead. l. 15. Εἰς τὸ φρούριον) Quale illud atque ubi locorum? Fors fuit εἴς τι φρούριον. WESS.

Pag. 96. *l.* 9. Πρὸς Ὀφέλλαν εἰς Κυρήνην) Lege ſupra L. XVIII, 21, de hoc principe, & Iuſtin. L. XXII, 7. WESS.

Pag. 97. *l.* 11. Γεγαμηκὼς Εὐθυδίκην τὴν Μιλτιάδου θυγατέρα) Meminit feminae, quae poſt Ophellae mortem in Demetrii nuptias tranſiit, ſed alio nomine, Plut. Demet. p.

894 E. ἠγάγετο χηρεύουσαν ΕΥΡΥΔΙΚΗΝ, ἣ Μιλτιάδου μὲν ἦν ἀπόγονος τοῦ παλαιοῦ, συνοικήσασα δὲ Ὀφέλλᾳ, τῷ Κυρήνης ἄρξαντι. Uter verum ſervaverit, nolo decernere, quamquam familiarius eſt *Eurydices* in Graecia nomen. WESS.

Pag. 98. *l.* 13. Ἡνιόχους δὲ καὶ παραβάτας) Recipi potuerat παραιβάτας, niſi poëticum eſſet. Vide ſupra L. V, 29, & L. XII, 70. Strabo in ſimili re Lib. XV, p. 1035 B. δύο δ' εἰσὶν ἐπὶ τῷ ἅρματι παραβάται πρὸς ἡνιόχῳ. Sic melius enim manu ſcripti eius libri. WESS.

Pag. 99. *l.* 4. Περὶ Αὐτομόλας) Legendum Αὐτόμαλα. Strabo L. XVII, p. 1193 B. εἶθ' οἱ Φιλαίνων βωμοί. καὶ μετὰ τούτους Αὐτόμαλα φρούριον· & Apollodorus apud Stephan. Αὐτομάλακα· nam ita locum alii appellitant. Cl. Salmaſium vide in Solin. p. 271. WESS.

ead. l. 12. Τῶν γὰρ γινομένων αὐτῇ παιδίων &c.) Paria Scholiaſtae de Lamia ad Ariſtoph. Pac. v. 757: ἡ δὲ ἀποθνησκόντων αὐτῆς τῶν παιδίων βαρυθυμοῦσα, τὰ τῶν ἄλλων παιδία διὰ φθόνον ὑποκλέπτουσα ἀνήρει· διὰ τοῦτο καὶ τὰς τίτθας ἐκφοβούσας τὰ βρέφη καλεῖν ἐπ' αὐτοῖς τὴν Λαμίαν. Adde Strabonem L. I, p. 36, cum Caſauboni nota. Solebant Graecorum antiquiſſimi hiſtorici cupide Lamias ſuis libris intexere, Λαμίας τινὰς ἱστοροῦντες ἐν ὕλαις καὶ νάπαις ἐκ γῆς ἀνιεμένας, ſicut Dionyſius ait T. II, pag. 139. Equidem non dubito, quin ex hoc fonte hauſerit τὸν ΛΙΒΥΚΟΝ ΜΥΘΟΝ Dio Chryſoſtom. p. 83, & Fabulam ΛΑΜΙΑΝ Euripides. WESS.

Pag. 100. *l.* 7. Ὡς εἰς μάρσιπον ἐμβάλοι) Non abſurdum eſt εἰς ἄρσιχον, quod idem atque ἄρριχον· ſic vocant cophinum, ſive vas ex vimine textum, docentibus Grammaticis. Inſpice Schol. in Comici Aves v. 1306, & Etymolog. in Ἄρριχος. Porro non iniuſta ſuſpicio eſt paullo ante ſcriptum fuiſſe τοὺς κατὰ τὴν χώραν ὑπολαμβάνειν. WESS.

ead. l. 8. Εἰς τὸ προειρημένον μέτρον μεταφέροντες) Lege τὸ προειρημ. μέθυ. RHOD.

ead. l. 12. Τίς τοὔνομα τὸ ἐπονείδιστον βροτοῖς) Non iniuria docti viri ſuſpicantur, verſus hos ex Euripidis Lamia, cuius Prologum Lactantius citat Inſtit. L. I, 6, ſumtos eſſe: priorem, turpiter hic claudicantem, Ioſ. Barneſius exhibet,

Τίς τοὔνομα πᾶσι τοὐπονείδιστον βροτοῖς,

ad ſententiam bene, ſed citra auctoritatem omnem. Scaliger & Iſ. Voſſius margini ſui libri adſcripſerant

Τίς τοὔνομ' αἰσχρὸν κἀπονείδιστον βροτοῖς,

verſuique & ſententiae bene conſuluerant. Quid poëta dederit, in incerto manet. Wess.

Pag. 101. *l.* 1. Ἀλλὰ καὶ τῆς ξηρᾶς τροφῆς ἀπολιπούσης) Ad illuſtrandum hunc locum & hiſtoriae pleniorem cognitionem facit locus Theophraſti de loto arbore (Hiſt. Plant. Lib. IV, 4,) πολὺ δὲ τὸ δένδρον καὶ πολύκαρπον. τὸ μὲν οὖν Ὀφέλλου στρατόπεδον, ἡνίκα ἐβάδιζεν εἰς Καρχηδόνα, καὶ τούτῳ φασὶ πλείους ἡμέρας ἀπολιπόντων τῶν ἐπιτηδείων χρῆσθαι. Id eſt, *arbor eſt ibi frequens & multi fructus; exercitum itaque Ophellae, cum Carthaginem iret, per plures dies eo fructu uſum fuiſſe aiunt deficiente commeatu.* Palm.

ead. l. 5. Πολλῇ τῇ συμφορᾷ περιέπιπτον) Immo πολλοί. Rhod. Ego vero intercedo. Πολλῇ τῇ συμφορᾷ eſt *inſigni* ac *difficili calamitate.* Quo uſu πολλῇ τῇ εὐσεβείᾳ διαφέρειν *ſingulari pietate excellere* L. III, 10; ὥστε καίπερ πολλῆς οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν ἀγωγῆς τῶν τηλικούτων φορτίων, hoc eſt, *difficilis & laborioſae*, ut bene vir magnus, apud Strabon. L. XII, p. 865 B. & καὶ γίνεται πολὺς ἐνταῦθα ἀγών, *mox acre illic ortum certamen eſt*, in Appiani Mithrid. pag. 313. Wess.

ead. l. 7. Ὁμοίαν ἔχοντες τὴν χρόαν τῇ — χώρᾳ) Ceraſtas intelligit, quas ſerpentes δεινοὺς εἶναι τὸ δῆγμα Callias prodiderat L. X Rer. Agathocl. hanc, puto, Ophellae expeditionem exſecutus, in Aelian. de Animal. L. XVI, 28. Poſſes & Hammodytas arbitrari. Lucanus L. IX, 715:

Concolor exuſtis, atque indiſcretus harenis
Hammodytes: ſpinaque vagi torquente ceraſtae.

aut eam peſtem, quae ipſi poëtae *tabificus ſeps.* Aelian. Hiſt. An. Lib. XVI, 40: τὴν χρόαν ἐκτρέπει (ſeps) τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ἔοικε τοῖς τόποις, καθ' οὓς ἔρχεται. At prius vero propius. Vide Diodorum L. III, 50. Wess.

ead. l. 11. Πλεῖον ἢ δύο μῆνας κακοπαθήσαντες) Tantundem temporis Cato itinere ſuo, cum Cyrenis ad haec loca pergeret, abſolvit. Lucanus L. IX, 940:

Bis poſitis Phoebe flammis, bis luce recepta
Vidit harenivagum, ſurgens furienſque, Catonem.

Quamquam Strabo & Plutarchus citius has ſolitudines emenſum, ut Micyllus probe monuit, referunt. Mox διαχωρίσαντες ex membranis auctori reſtitui. Wess.

ead. l. 13. Διαχωρήσαντες) Lege διαχωρίσαντες. Rhod.

Pag. 103. *l.* 3. Καὶ προχειρότερον ἑαυτὸν πιστεύσας) Aut

deeſt vocabulum, aut αὐτῷ ſcribendum. Voluit fortaſſe προχειρότερον ἑαυτὸν πιστεύσας τῷ τυράννῳ. Negligit autem eam fraudem, qua Agathocles Ophellam, regulum impudicum, circumſcripſiſſe perhibetur in Polyaeni Strateg. L. V, 3, 4. Wess.

ead. l. 9. Δεισιδαίμονες γὰρ οἱ μέλλοντες ἐγχειρεῖν &c.) Egregie. Illuſtre exemplum, quo ſolo defungar, pete ex prudentiſſimi ſcriptoris Annal. XV, 51 &c. Wess.

Pag. 104. *l.* 1. Οὐκ ἐτόλμα δὲ ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα) Conciſum eſt & cultum, quod Reg. 1. offert, nec praeſtabilius tamen. Ἀποκαλύψασθαι πρὸς τὴν τυραννίδα Diodoreum eſt de tyrannide, quam quis palam invadit. Wess.

ead. l. 6. Οὔτε — ἔγνω τὴν ἐπίθεσιν τῆς τυραννίδος) Scabiem, quae per omnes editos ſerpſerat iteratis ἐν τῇ πόλει vocibus, adhibita ex Reg. 1. medicina ſuſtuli. Scripſiſſem ex eodem εἴτε γὰρ Ἀγαθοκλῆς — ῥαδίως ἂν ἐκράτησε τῆς Καρχηδόνος. ἐπεὶ εἵλετο ἂν — εἴτε πάλιν οἱ — ῥαδίως ἂν αὐτὸν ἐχειρώσαντο &c. ſuavius enim & nitidius. Sed nolui nimius videri. Wess.

Pag. 105. *l.* 12. Τὸ μεσολαβεῖν τὴν διήγησιν) Relege adſcripta ad L. XI, 2. Wess.

Pag. 106. *l.* 4. Ἐν τῇ καλουμένῃ Νέᾳ πόλει) Arbitrarium eſt, uno duobuſque vocabulis oppidi id nomen efferre: non item ἔξω τῆς — οὔσης retinere. Series poſtulat οὔσῃ. Neapolis iſta prope veterem Carthaginem erat, illi paene adhaereſcens. Itaque alia atque ea eſt, qua de ſupra cap. 17, & Thucydides Lib. VII, 50. Erunt fortaſſe, qui *Magalia* putabunt, qua Poeni voce *novam villam*, teſte Iſidoro Lib. XV Orig. c. 12, deſcribunt: at ea partem Carthaginis faciebant, *Byrſam* ambitu ſuo complexa. Confer Servium in Aeneid. I, 372, & S. Bochartum de Phoenic. Colon. Lib. I, 24, pag. 470. Ego ſuburbium Carthaginis Neapolim hanc fuiſſe opinor. Wess.

ead. l. 7. Μισθοφόρους δὲ χιλίους) Hic quippiam ad integrandam ſententiam deeſt, ut παρακελευσάμενος, vel ἀναλαβὼν, vel συναγαγών. Rhod. Μισθοφόρους δὲ τετρακισχιλίους) Hoc malui. Mille conductitii & civium quingenti, quos edd. annumerabant, nimis erant pauci ad tantae amplitudinis urbem, in qua, poſtrema obſidione, ſeptingenta ferme hominum millia reperiebantur, Strabone Lib. XVII, pag. 1189, auctore. Deeſſe vero ad pleniorem ſen-

tentiam participium aliquod, optime Rhodomanus perſpexit. WESS.

Pag. 107. *l.* 8. Ἀπὸ τῶν οἰκιῶν) Ita ſcriptum ab auctore fuit, ut bene Reg. 1. Ὑπὸ nihili hoc quidem loco erat. WESS.

ead. l. 15. Αὐτὸν δὲ τὸν Βομίλκαν αἰκισάμενοι δεινῶς) In crucem Bomilcarem ſuſtulerunt. Iuſtinus L. XXII, 7: *ob quam noxam in medio foro a Poenis patibulo* (Bomilcar) *ſuffixus eſt: ut idem locus monumentum ſuppliciorum eius eſſet, qui ante fuerat ornamentum honorum.* WESS.

Pag. 108. *l.* 7. Πρὸς τὰς — Πιθηκούσσας) Sic melius. Appian. L. V Bell. Civil. p. 1130, ἐς νῆσον ὡρμίσθη τὰς Πιθηκούσσας, ἣ νῦν ἐστιν Αἰναρία. Firmat ſcripturam origo vocis: Πιθηκόεσσα facit Πιθηκούσσας. Ph. Cluverius L. IV Ital. Ant. c. 4 Πιθηκούσας ſcribens ad originationem attendiſſe animum non videtur. WESS.

ead. l. 14. Τὸ καλούμενον Κάπριον) Veriuſne ſit Κάπριον, an Καίριον, non finivero. Putares in poſteriore latere *Caere*, niſi id oppidum diu antea praefectura fuiſſet. Livius in geſtis anni huius rebus L. IX, 41: *Tarquinienſes metu ſubegerat frumentum exercitui praebere, & inducias in quadraginta annos petere. Volſinienſium caſtella aliquot vi cepit.* Addit deinde, tantum terrorem ſui feciſſe Conſulem, *ut nomen omne Etruſcum foedus peteret: ac de eo quidem nihil impetratum: induciae annuae datae.* Unde conficias, *Caprium*, ſive *Caerium*, ex Volſinienſium fuiſſe caſtellis. Adde Cluver. Ital. L. II, p. 557. WESS.

Pag. 109. *l.* 5. Ἀναξικράτης) Hoc Archonte Athenis, exacto Demetrio Phalereo, libertatem fuiſſe reſtitutam, agnoſcunt Dionyſius T. II, p. 116, & Plut. in Rhet. Vit. p. 850. Statim κατεστάθησαν primitus fuit, & Οὐολούμνιος, quod fide membranarum refinxi. Inſpice Livium Lib. IX, 42. WESS.

ead. l. 15. Καὶ κήρυγμα ποιησαμένου) Multo haec plenius & diſtinctius Plut. Demet. p. 892. Invectus claſſe ſua in Piraeeum, cum ſilentium & audientiam impetraſſet Demetrius, per praeconem pronuntiavit, ὅτι πέμψειεν αὐτὸν ὁ πατὴρ ἀγαθῇ τύχῃ Ἀθηναίους ἐλευθερώσοντα, καὶ τὴν φρουρὰν ἐκβαλοῦντα, καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καὶ τὴν πάτριον ἀποδώσοντα πολιτείαν. *Seſe, quod felix fauſtumque ſit, a patre miſſum eſſe, ut Athenienſibus libertatem reſtitueret, praeſidium eiiceret, ac leges illis & patriam reipublicae formam redderet.* Ha-

bet, quae horſum referri debent, Polyaen. Strateg. L. IV, 7, 6. Wess.

Pag. 110. *l.* 12. Ἔτυχε παραπομπῆς) Parum refert, hoc, an παραφυλακῆς, recipias. Opus erat Demetrio comitatu, cuius praeſidio tueri ſe ab infeſta Athenienſium multitudine poterat: hoc enim moderationis & reipublicae cum cura adminiſtratae pretium abſtulit, ut vulgi mobilis odia in ſe derivaret, abſens indicta cauſa damnaretur, ſtatuae everterentur, eraderenturque pſephiſmata, uti notum ex Philochoro apud Dionyſium in Dinarch. p. 113. Bene Plut. Demet. p. 892 D. εἰς Θήβας αὐτὸν, ὥσπερ ἠβούλετο, μετὰ ἀσφαλείας (Demetrius Poliorcetes) συνεξέπεμψεν. Thebis, quod omnibus cognitiſſimum, auctorque prodit, deinceps in Aegyptum ſe recepit, ſed Caſſandro fatis functo, Antigoni metu, Hermippo teſte in Diogenis Lib. V, 78. At Antigonus, Demetrii Poliorcetae pater, ante Caſſandrum proelio ad Ipſum pugnans occubuit; quare aut erraſſe Hermippus, aut Antigonus iſte, quae Uſſerii coniectura, idem cenſendus eſt, ac Antipater Caſſandri filius, quem Euſebius & Dexippus Antigonum vocitant. Ut ut eſt, Hieronymi in explicandis Demetrii Phalerei rebus, legationeque ad Poliorceten Demetrium obita, errores erudite expedivit Scaliger ad Chron. Euſebii ann. MDCCIX. Wess.

Pag. 111. *l.* 8. Οὔσης τῆς Μουνυχίας ὀχυρᾶς) Vid. not. in L. XVIII, 64. Wess.

Pag. 112. *l.* 5. Ὁ μὲν Δημήτριος κατασκάψας τὴν Μουνυχίαν) Negligit geſtae rei ordinem Diodorus. Demetrius, occupato Piraeeo praeſidiiſque ad Munychiam relictis, Megara contendit: qua urbe in ditionem poteſtatemque redacta, Munychiam, ſumma vi oppugnatam, occupavit. Sic Philochorus apud Dionyſium T. II, p. 113, & Plut. Demet. p. 893 B. Munychiae vero impoſitum a Caſſandro praefectum Dionyſium habet etiam Suidas in Δημήτριος. Wess.

ead. l. 8. Γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους) Lege Plut. Demet. p. 893, honores Demetrio patrique eius Antigono ab Athenienſibus, in turpiſſimam adulationem verſis, decretos diligenter exponentem, ſed Stratocli, homini impudentiſſimo, aliud multoque inſolentius pſephiſma contribuentem. Wess.

ead. l. 14. Καὶ συντελεῖν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν &c.) Feſtum Dionyſiorum diem mutato nomine *Demetria* appellarunt. Τῶν ἑορτῶν τὰ Διονύσια μετωνόμασαν Δημήτρια, Plu-

tarchus ait. Confer Io. Meurſii Graec. Fer. II, in Δημήτρια. WESS.

ead. l. 16. Ἐνυφαινόντων αὐτοὺς εἰς — πέπλον κατ' ἐνιαυτὸν) Niſi librariorum nimia diligentia repetitas ex ſuperioribus putes voces κατ' ἐνιαυτὸν, in errore Diodorus erit. Peplus non erat annuus, ſed quinto quoque anno, cum Panathenaea magna celebrarentur, ab Athenienſibus ſpectabatur: teſtis praeter alios Plautus Mercat. I, 1, 66. Scio probe Grammatici verba ad Ariſtophan. Equit. v. 563, ἐπεσκευάζετο οὖν ὁ πέπλος καθ' ἕκαστον ΕΝΙΑΥΤΟΝ, καὶ ἐπομπεύετο ἐκ τοῖς Παναθηναίοις. Sed ille ab errore, quem Io. Meurſius Panathen. c. 17 perſtrinxit, tueri ſe non poteſt. Verius ex eadem natione alius ibid. adſcripſit, διὰ τετραετηρίδος Minervae navim, ex qua peplus pendebat, inſtrui. Porro Diodori inconſiderantiam, ſi tamen eius eſt, tetigit Iſ. Caſaubonus ad Capitolini Antoninum Philoſophum c. 21. De pepli vero textura poſt diligentem Meurſii operam plura addere ſupervacaneum exiſtimo. WESS.

Pag. 113. *l.* 1. Μετ' ἔτη πεντεκαίδεκα — ἐκομίσατο) Vide, quae dicta fuerunt ad extremum L. XVIII, p. 318. WESS.

ead. l. 9. Ἔδωκεν — πεντεκαίδεκα μυριάδας) Eadem Plutarchus, ſed a Demetrio patris nomine promiſſa Athenienſibus referens, de legatione nihil, p. 893 B. Porro Imbrum poſt pauca πόλιν vocat eo ex more, quo inſulas, una eiuſdem nominis urbe inſignes, Graeci πόλεις paſſim appellant, de quo ad Itiner. Anton. p. 523 abunde. WESS.

Pag. 114. *l.* 11. Ναῦς δὲ ταχυναυτούσας μὲν τριήρεις &c.) Rhodomanus in not. ſuarum Addend. correxit ταχυναυτούσας καὶ τριήρεις· quo carere poſſumus. In navium Demetrii numero veteres diſſentiunt, uti ex Polyaeno L. IV, 7, 8, cum Maaſvicii nota apertum eſt. WESS.

ead. l. 14. Πορεῖα τῶν παντοδαπῶν ἱκανὰ &c.) *Sunt* πορεῖα, Salmaſium audis Obſerv. ad Ius Att. & Rom. p. 736, *vectoria & actuaria navigia, non ſolum militibus vehendis, ſed etiam quibuslibet idonea, unde & vectoria appellata Caeſari:* haud male. Στρατιωτικὰ πορεῖα auctor infra cap. 50 & 74 habet, & c. 83 ἰδιωτικὰ πορεῖα τῶν ταῖς ἀγοραῖς χρωμένων. Longe alius fuerunt generis πορεῖα ὑπότροχα, quorum ope naves ex uno in alium portum per ſiccum trahebantur apud Polyb. fine L. VIII. WESS.

Pag. 115. *l.* 2. Εἷλε — Οὐρανίαν καὶ Καρπασίαν) De *Carpaſia* Cypri res eſt explorata. *Uraniae* patronum alias pa-

ravi Nonnum Dionyſ. L. XIII, 452, quem pari cauſa excitarum video ab eruditiſſimo Bocharto de Phoen. Colon. L. III, 3, p. 353. Sed dubito cum maxime, parumque abſum a mendi ſuſpicione. Ἡρανία, quod Steph. e manu exaratis Codd. eruit, ducit ad Κερυνίαν, quam urbem, Carpaſiae vicinam, amanuenſes his in libris mendoſiſſime ſcripſerunt, Κερανίαν, Ἡρανίαν aliiſque modis appellantes. Ceterum Menelaus, qui Ptolemaei in inſula res curabat, eiuſdem frater erat, Noſtro L. XIX, 62, una cum Plut. Demet. p. 895, teſte. Wess.

Pag. 116. *l.* 5. Ἣν ὠνόμασεν Ἀντιγονίαν) Lacus erat in agro Antiocheno, e quo fluvius *Archeutas*, ſive Ἄρκευθος potius, ut in Strabon. L. XVI, pag. 1090 D. progrediebatur; quem inter & lacum ſita erat Antigonia, niſi fallit Io. Malala Chronograph. p. 254; & ſtadiis quidem ab Antiochena urbe quadraginta, affirmante diſertiſſimis verbis Libanio in Antioch. p. 348 C. In eam vero nominis ſui urbem Antigonus plures Athenis colonos deduxit, ſicuti iidem perhibent. Wess.

ead. l. 11. Σελεύκου καθελόντος αὐτὴν) Seleucus Antigoniam evertit poſt proelium ad Ipſum, quo Antigonus cecidit, Libanio & Malala ibid. teſtantibus. At quae haec verborum ſtribiligo μεταγαγόντος (ſic melius ſcriptae ſchedae) ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπ' ἐκείνου δὲ κληθεῖσαν Σελεύκειαν; quis ita loquitur, qui ab eodem principe urbem conditam & cognominatam profitetur? Cur non ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ καὶ κληθεῖσαν Σελεύκειαν; Adde, ceteros ſcriptorum auctores eſſe, everſa Antigonia incolas Antiochiam a Seleuco fuiſſe traductos. Audi Strabonem L. XVI, p. 1089, partem Antiochenae urbis primam ὁ Νικάτωρ συνῴκισε, μεταγαγὼν ἐκ τῆς Ἀντιγονίας τοὺς οἰκήτορας, ἣν πλησίον ἐτείχισεν Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου μικρῷ πρότερον· & Libanium Antioch. p. 349 C. Ἀντιγονίαν δὲ αὐτὴν ἠφάνισεν — τὸ δὲ πλήρωμα δεῦρο (Antiochiam) μετέστησεν. ἐν οἷς ἦσαν καὶ Ἀθηναῖοι. Qui quidem ſatis erunt locupletes. Accedat in cumulum Io. Malala p. 256: ὁ δὲ Σέλευκος, μετὰ τὸ καταστρέψαι τὴν Ἀντιγονίαν, ἐποίησε μετοικῆσαι τοὺς Ἀθηναίους εἰς ἣν ἔκτισε πόλιν Ἀντιόχειαν τὴν μεγάλην. Ecquid apertius exſpectari poteſt? Ergone Diodorus in alia omnia ivit? Nolo equidem diſtricte id negare: nec fero tamen inſulſum iſtum ſermonem. Mei res ſi foret arbitrii, ſcribi debuiſſe ἐπὶ τὴν κτισθεῖσαν μὲν ὑπ' αὐτοῦ, ἀπὸ πατρὸς δὲ κληθεῖσαν Ἀντιόχειαν affir-

marem. Conſtat enim, Seleucum patri Antiocho iſtum honorem habuiſſe, ut Syriae haec metropolis eius ſuperbiret nomine. Τοὔνομα ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἀντιόχου Libanius ait: nam quod Malala p. 255 Chronograph. καλέσας αὐτὴν Ἀντιόχειαν εἰς ὄνομα τοῦ ἰδίου αὐτοῦ υἱοῦ, τοῦ λεγομένου Ἀντιόχου Σωτῆρος, id meliorum auctoritate abunde repulſum eſt. Wess.

Pag. 118. *l.* 1. Τὴν ὀνομαζομένην Ἑλέπολιν) Amplior & veterum ſcriptorum teſtimoniis celebratior ea Helepolis eſt, qua Demetrius Rhodum oppugnavit c. 92 huius libri. Vocem explicat Heſychius, Ἑλεπόλεις· μηχανήματα, οἱ κριοὶ ἢ οἱαδήποτε, δι' ὧν αἱ πόλεις καθαιροῦνται· haud abſurde: nihil certe neceſſe fuerat, ut οἱαδήποτε exemplo W. Trilleri Emend. Heſych. p. 15 in ἢ ἰα δήποτε, aut ὀϊστὰ δήποτε converterentur. Vocant enim ἑλέπολιν omne id, cuius ope urbes capiuntur, ſeu homo ſit, ſeu machinae genus. Inſpice Euripid. Iphig. Aul. v. 1476 & 1511, Ioſeph. L. II, 19, 9, cum nota Ez. Spanhemii. Wess.

Pag. 119. *l.* 8. Περὶ τὸ μεσονύκτιον) Supra Lib. XVIII, 31, ἡ μὲν ὥρα κατελάμβανε μεσονύκτιος· quod aeque ac μεσονύκτιον Phrynichus cum Thoma Magiſtro ποιητικὸν eſſe pertendit, non ſatis ex vero: περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον dixit Lucianus, uti monuit Io. Alberti ad S. Lucae c. XI, 5, dixerunt alii. Mox τοὺς πυρσοφόρους appellare videtur τοὺς πυρφόρους ὀϊστοὺς, quibus Tyrios fuiſſe uſos Arrianus ait L. II, p. 96; ipſe infra τὰ πυρφόρα & βέλη πυρφόρα c. 89, 98, & πυρφόρους vocat. Wess.

Pag. 120. *l.* 10. Ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα) Totidem naves Ptolemaeo dat Polyaenus L. IV, 7, 7. At Plut. Demetr. p. 895 D. centum & quinquaginta, forſan librariorum nimia diligentia: nam neque hic, neque in Polyaeno mendi ulla ſuſpicio ſuboriri poterit: quod uterque adiunctis LX Menelai ducentarum numerum rotundet. Verum leve iſtud & in numeris paene ſollemne. Quod ſuccedit, τούτων δ' ἦν ἡ μεγίστη, πεντήρης, ἡ δ' ἐλαχίστη, τετρήρης, *quarum maxima quinqueremis, minima quadriremis*, id indicare videtur, unam dumtaxat quinqueremem in ea Ptolemaei claſſe fuiſſe, ceteras omnes quadriremes. Atqui in ſequentibus plures maximarum navium, τῶν μεγίστων σκαφῶν, in hoſtes Ptolemaeus ducit, iiſdemque adverſarios in fugam vertit. Adde, ſub Demetrii ſignis plures maximae molis fuiſſe naves, hepteres hexereſque, neque conſultum fuiſſe illis molibus quin-

queremem & quadriremes obiicere. Vidit haec omnia, animadvertendaque cenſuit Marc. Meibomius de Trirem. Fabr. p. 608 ed. Graev. propterea corrigens ἡ μεγίστη, πεντεκαιδεκήρης *quindecim ordinum navis*; quae ſi probetur, eadem in Ptolemaei claſſe ſex, ſeptem, octoque ordinum naves, immo & ampliores, putari poterunt. Id equidem ego vellem maximopere, ut πεντεκαιδεκήρης aut ſcriptis e libris aut veterum auctoritate munitior eſſet. Nihil certe iuvat ἡ Πτολεμαίου ναῦς πεντεκαιδεκήρης in Pollucis Lib. I, 83, cum ea Philadelphi aut Philopatoris, ut viri docti bene obſervarunt, fuerit. Quid? Plutarchus liquido tradit, hoc genus navium ante Demetrium, oppreſſis Caſſandri filiis toti Macedoniae imperantem, a nemine viſum unquam fuiſſe. Accipe verba ex eius Demet. p. 910 B. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων οὔτε ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΗΡΗ ναῦν πρότερον, οὔτε ἑκκαιδεκήρη. Nihil apertius, modo Noſtri verba, planiſſime idem confirmantia ex c. 93 addideris. Demetrius poſtremis vitae Ptolemaei Lagi annis has naves molitus eſt: non habuit ergo hoc ad Cyprum proelio Ptolemaeus eiuſmodi navim. At manet difficultas: quae me iudice diſſipabitur, ſi τούτων δ᾽ ἦσαν αἱ μεγίσται, πεντήρεις &c. legatur, ut mox in claſſis Demetrii deſcriptione, τούτων δ᾽ ἦσαν αἱ μεγίσται μὲν ἑπτήρεις & reliq. Neque nocebit τῶν μεγίστων σκαφῶν inſecuta mentio, cum quinqueremes & quadriremes revera e maximis fuerint navibus; nedum hepteres & hexeres Demetrii, quibuſcum congreſſus Ptolemaeus eſt; quae quidem maiores, & propterea minus agiles, atque hoſtium inſultui magis obnoxiae, ut Aegyptiae illae in Antonii claſſe apud Dionem Lib. L, pag. 502. Wess.

Pag. 121. *l.* 6. Καὶ τῶν τρισπιθάμων &c.) De hac machina inferius c. 86. Wess.

Pag. 122. *l.* 4. Ἔχοντος τοῦ λιμένος στενὸν τὸν ἔκπλουν) Confer Plut. Demet. p. 895 D. paria docentem. Wess.

ead. l. 14. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἔταξεν) Hoc retineo. Si quid ſani ineſt voci ἐπίπλους, adiectiva erit, naveſque extremo in agmine procedentes notabit; quem in modum τὰς πρόπλους *praecurſorias* vocat Appian. Mithrid. p. 344. Wess. Quae notavi ad ἐπίπλους libri Veneti, firmabunt haec Polybii Lib. I, 50: Ἀτάρβας — ἔχων πέντε ναῦς ἐπίπλους ὑπέστησε τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἀντίπρωρον τοῖς πολεμίοις. Idem *in Addend.*

Pag. 123. *l.* 3. Μαρσύας, ὁ τὰς Μακεδονικὰς πράξεις &c.)

Duo fuerunt Marſyae, rerum Macedonicarum ſcriptores, alter domo Pellaeus, Periandri filius, alter Philippenſis, Critophemi filius, quem τὸν νεώτερον Harpocration, ſicuti iſtum τὸν πρεσβύτην appellat in Μύρτανον & Λιτή. Uter ergo Noſter eſt? G. Io. Voſſius de Hiſtor. Graec. L. I, 10, temporum rationem oſtendere putat, τὸν νεώτερον ſive *iuniorem* intelligi a Diodoro Siculo hoc in loco. Quae mihi res haud leve dubium habere ſemper viſa eſt. Suidas, cui accuratiorem notitiam utriuſque Marſyae debemus, de iunioris aetate tacet: de Pellaeo Marſya ait, educatum una cum Alexandro & fratrem fuiſſe Antigoni, qui deinde regnarit. Haec bene conveniunt in Diodori Marſyam. Aetas congruit, neque Antigonus alius eſt, quam Demetrii pater. Miror vero, nec ab Voſſio neque a Kuſtero animadverſum fuiſſe vitium, niſi tu errorem malis, in Suidae verbis, Μαρσύας, Περιάνδρου, Πελλαῖος, ἱστορικὸς — καὶ ἀδελφὸς Ἀντιγόνου, τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος· σύντροφος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. Antigonus, uti memoravimus, is ipſe eſt, de cuius *filiique* rebus Diodorus diſſerit. Atqui is patre natus eſt Philippo, teſte Arriano L. I Exp. Alex. extremo, pluribuſque aliis. Proinde culpa non vacat Περιάνδρου in Suida nomen. Habet de *Marſya* quaedam H. Valeſius ad Harpocrat. in Λιτή, quae hinc in ordinem cogi poterunt. Wess.

ead. l. 6. Ἀρχικυβερνήτης ὢν τοῦ σύμπαντος στόλου) Vide Iac. Gronov. ad Arriani L. VI, 2, p. 337, & Scheffer. Milit. Nav. IV, 5. Wess.

Pag. 124. *l.* 1. Καθάπερ ἦν ἔθος, διὰ τῶν κελευστῶν) De *portiſculi* ſive celeuſtae officio quaedam Scaliger ad Varron. Conieᴄt. p. 188, plura Io. Schefferus Milit. Nav. L. IV, 7, ſed neuter notabilem hunc morem attigit. Wess.

ead. l. 6. Ἦρε τὸ — σύσσημον, ἀσπίδα κεχρυσωμένην) Vid. L. XIII, 46. Lacedaemonii proelio ad Aegos flumen σημεῖον μετέωρον αἴρουσι χαλκῆν ἀσπίδα in Polyaeni L. I, 45, 2. Wess.

ead. l. 16. Οἱ μὲν — συγκαθῆκαν) Rhodomanus in notar. ſuarum Addend. videri omiſſum ait τὰ δόρατα, quam in verſione conieᴄturam ſecutus eſt: non refragabor, niſi ſi in genua eos ſeſe demiſiſſe velis. Wess.

Pag. 126. *l.* 2. Ὅμως δὲ ποικίλαι) Vide, num ὁμοῦ, an vero, quod malim, ὅλως, huc magis quadret. Rhod. Habes ſimilem particulae eius uſum L. I, 73, p. 220, in vulga-

tis certe libris: quam pari modo immutatum ivit Rhodomanus. Ego vero ὁμοίως refinxi fide meliorum membranarum. Ὁμῶς hic praefero. Wess.

Pag. 128. *l.* 1. Καὶ Βουρίχῳ) Locum *Burichus* tenuit inter Demetrii adulatores, teſte Athenaeo L. VI, 14, cum magni viri animadverſione. Wess.

ead. l. 9. Ναύαρχον ἐπιστήσας Μενοίτιον) In Polyaeno L. IV, 7, 7, Menelaus ipſemet ex Salaminis portu erumpit, ut fratri ſociiſque auxilio ſit, ſeque Ptolemaeo fugam ingreſſo comitem addit, non ſine errore. Melius Plutarchus, parta victoria Demetrium Salaminem properaſſe, & Menelaum ad urbem exercitumque & claſſem dedendam compuliſſe, in Demet. pag. 895 F. tradidit. Wess.

Pag. 129. *l.* 1. Ἐλήφθησαν τεσσαράκοντα) Immo vero ſeptuaginta, ſi fides Plutarcho dict. loc. ſed ille & aliis in rebus a Noſtro diſſentit. Wess.

ead. l. 15. Δηλώσοντας περὶ τῶν κατορθωθέντων) Nihil refert, hoc malueris an κατορθωμάτων. Miſſus ad Antigonum eſt Ariſtodemus Mileſius: qui qua inſolentia & faſtu ſenem, de proelii eventu anxium, torſerit, docetur ab eodem Plut. p. 896. Wess.

Pag. 130. *l.* 4. Αὐτὸς ὁμοίως ἀνέλαβε τὸ διάδημα) Exercitus in Aegypto Ptolemaeum regem, ne propter nuperam cladem victoribus minor videretur, ſalutavit. Appianus Syr. p. 197: ἀνεῖπε δὲ καὶ Πτολεμαῖον ὁ οἰκεῖος στρατὸς βασιλέα, ὡς μὴ διὰ τὴν ἧσσαν μειονεκτοίη τῶν νικησάντων. Eadem Plutarchus in Demet. p. 896. Wess.

ead. l. 13. Πυθόμενος τοὺς — δυνάστας ἀνηρημένους) Claudicat oratio, quippe manca. Adſtruxit Rhodomanus τὸ διάδημα in notar. Correct. me non invito. Quod vero Diodorus continuo ſubiungit, καὶ διάδημα μὲν οὐκ ἔκρινεν ἔχειν, id videtur convelli poſſe veteri nummo, qui in Parutae Tab. CLII Agathoclis diadematum repraeſentat caput: nec iuvat tamen; ſiquidem aut a tyranni adulatoribus aut poſt eius mortem percuſſus eſt: firmant ſuſpicionem crines, quibus iſtud caput egregie veſtitum eſt, caruit autem, dum in vivis eſſet, Agathocles. Vid. Ez. Spanhem. Diſſert. VIII de Num. Praeſt. pag. 546, & Sig. Havercampum ad Parut. p. 1047. Wess.

Pag. 131. *l.* 4. Διὰ τὸ μὴ λίαν αὐτὸν εὐχαίτην εἶναι) Si cui blandiatur Reg. 1. ſcriptura, non equidem invidebo: mihi vulgata placet. Agathoclem myrtea corona capitis cal-

vitiem obtegere fuiſſe ſolitum, Aelianus non recituit Var. Hiſt. XI, 4. Wess.

ead. l. 10. *Διδοὺς ἄφεσιν τῶν ἐγκλημάτων*) Sic ſupra c. 45, & Ioſephus Bel. Iud. L. I, 24, 4, *διδοὺς τῶν προημαρτημένων ἄφεσιν.* Philo Vit. Moſ. L. III, pag. 675 C. *ἵνα θύσῃ περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων*, quod genus & *βαπτισθῆναι εἰς ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν* frequens eſt in ſacris N. T. libris. Idem Philo Leg. Cai. p. 1032, *αἰτήσασθαι φόρων ἄφεσιν.* Par uſus vocis *παρέσεως*, cum de delictis, tributis, reliquiſque, quae condonantur, ſermo eſt. Vide, neque enim id agere conſilium eſt, Epiſt. Phalarid. 80 & 92, Philon. de Inſid. Potiori Struct. p. 181 A. & quae erudite diſputavit vir praeſtantiſſimus, mihique longo uſu cognitiſſimus, H. Venema Diſſert. Sacr. L. I, 4, p. 72. Wess.

Pag. 132. *l.* 7. *Προκειμένων αὐτοῖς σκοπῶν πολιτικῶν*) Non diſſimile crudelitatis exemplum ad urbem Rhegium in Phytone Dionyſius edidit tyrannus apud Philoſtrat. VII Vit. Apoll. c. 2. Tu Noſtri L. XIV, 112, lege, & mecum animadverte, *πύργον Ἀγαθοκλέους*, *turrim Agathoclis*, triginta ab Utica ſtadiis huius obſidionis tempore videri excitatam, qua de Appian. Punic. pag. 13. Wess.

Pag. 134. *l.* 5. *Ἐπὶ τὴν Ἵππου καλουμένην Ἄκραν*) Interpres *equi arcem* verterat, quod hic & inferius mutavi. Satis apparet, urbem Uticae vicinam fuiſſe, meritoque a Polybio *τοὺς Ἰτυκαίους καὶ τοὺς Ἱππακρίτας* L. I, 70, 73, coniungi. Clarius ſitum ſignat Scylax Peripl. p. 119: *ἀπὸ Ἰτύκης εἰς Ἵππου ἄκραν ... Ἵππου πόλις, καὶ λίμνη ἐπ' αὐτῇ ἐστι.* Liquet enim, ultra Uticam in occidentem verſus plagam hanc *Hippuacram* ſedem habuiſſe. Errat ergo Appianus Punic. pag. 111, aut aliam intelligit, cum de Piſone: *ἀπὸ δὲ ταύτης ἐς Ἱππάγρετα μετῆλθεν, ἣ μεγάλη τε ἦν, καὶ τείχεσι, ἀκροπόλει, καὶ λιμέσι καὶ νεωρίοις ὑπ' Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελιωτῶν τυράννου κατεσκεύαστο καλῶς· μέση δ' οὖσα Καρχηδόνος καὶ Ἰτύκης* &c. At aliam indicaſſe, plura diſſuadent: namque inter Carthaginem & Uticam nemo magnam adeo urbem collocavit; ad hoc clariſſime Zonaras, Piſonem urbem *Hipponem*, quam ultra Uticam fuiſſe omnes norunt, obſediſſe tum temporis ex Dione perſcribit. Proinde eandem urbem, idem etiam nomen, modo *Ἱππακρίτας* legeretur, habemus, ab Agathocle, poſtquam in ditionem redacta fuerat, egregie auctam & munimentis inſtructam. Accedat Polybius L. I, 82, Hippacritas una cum Uticenſibus acriter

conatibus Agathoclis ſeſe obieciſſe, plane uti Diodorus, referens. Iam eo Africae in tractu, quem memoravimus, celebri cum nomine *Hippo Diarrhytus* fuerit, merito mihi ſemper decreviſſe S. Bochartus viſus eſt L. I, 29, de Phoen. Colon. p. 474, *Hipponem* & *Hippuacram*, de qua hic agitur, eandem eſſe urbem. Novi, in alia omnia iviſſe Abr. Berkelium ad Stephan. in Ἱππούακρα, qui ſi attendiſſet ad lacum, quem Ptolemaeus & Plinius, ut docte Bochartus monuit, Hipponi Diarrhyto adiungunt; praeterea Zonaram Annal. L. IX, 29, p. 464 ed. Pariſ. Hippacritas & Hipponem non diſtinguere, rectius ea opera ſuperſediſſet: nam in Ptolemaeo duplicem Ἵππου ἄκραν, tum in Numidia, tum ad Syrtim maiorem, quod reperit, id nihil eius cauſam iuvare, in ſequentibus monebitur. WESS.

ead. l. ult. Λιβοφοίνικες δὲ &c.) Vide Lib. XVII, 113. Quod ſequitur de nominis eius cauſa, idem uſu venit Καρομεμφίταις in Aegypto, ut pulchre ſignificavit Iac. Gronovius ad Stephan. in Καρικόν. Ptolemaeo ſunt Λιβυκοὶ Φοίνικες. WESS.

Pag. 135. *l.* 13. Ἀρχάγαθον τὸν υἱὸν) Firmant ſchedarum aliquae & Baſil. ἔκδοσις H. Valeſii ſuſpicionem, de qua huius libri c. 11. WESS.

ead. l. 15. Ξενόδοκος, ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων &c.) Praeſtat Ξενόδικος, uti c. 31. WESS.

Pag. 136. *l.* 10. Εἰς τὸν Ἀκράγαντα) Sequor ſcriptos libros & Graecorum morem, etſi non ignorem, quid pro vulgato afferri poſſit in medium. WESS.

Pag. 137. *l.* 7. Ἐπεβάλετο — εἰς τὸν Κεντόριπα παρεισ.) Iuſtum hoc ſi putes, Κεντόριψ primo caſu urbs erit: atqui id nemo habet. Τὰ Κεντόριπα Strabo L. VI, p. 417; περὶ Κοντόριπα Polyb. I, 9, aliique. Scribe εἰς τὰ Κεντόριπα, quod Ph. Cluverius Sic. Antiq. Lib. II, 6, pag. 309, & Ioſ. Waſſe ad Thucydid. Lib. VII, 32, amplexi optime fuerunt. WESS.

Pag. 138. *l. ult.* Συνεχῶς ἀκονιτὶ περιπεποιημένος τὴν νίκην) Ad hanc victoriam pertinere nummum opinantur, ΔΕΙΝΟ. cum victoriae ſigno inſcriptum, Begerus Theſ. Brand. T. I, pag. 297, & Sig. Havercampus ad Sicil. Parutae pag. 1050. WESS.

Pag. 139. *l.* 7. Οὗτος γὰρ Τώκας — χειρωσάμενος) *Tuccam* eſſe arbitror, & Numidiae quidem: nam plures eo nomine Africa habebat, de quibus ad Anton. Itiner. p. 48.

Numidiae videri, oppido vicini Numidae perſuadent. Lege de ea Dion. Caſſium L. XLVIII, p. 421, & Ptolemaeum L. IV, 3. Haud vero ſcio, an adiungere debeam, nominis iſtius originem erutam eſſe a Iac. Haſaeo ex *Tucciim*, quas *ſimias* putat, atque ex Africae ora in Palaeſtinam Salomonis aetate allatas, ob 1 Reg. X, 22, & 2 Chron. IX, 21. Res enim admodum eſt incerta, & multis originationum ambagibus implicata. Adi, ſi hoc genere caperis, Bibl. Bremenſis Claſſ. II, Faſc. III, pag. 471 &c. WESS.

ead. l. 10. Τὴν ὀνομαζομένην Φελλίνην) Putes a *ſuberis* copia hanc urbem, & *Aſphodelodes* a laeto *aſphodeli* proventu Graecos appellaſſe: mihi, quod quidem meminerim, nec *Phelline* urbs, neque *Aſphodelodes* uſquam ſeſe obtulerunt: nam *Bellinienſis* Africae Epiſcopus, qui concilio Cabarſuſſitano ſubſcripſit, ad *Phellinem* referri non poſſe videtur. WESS.

ead. l. 13. Τρίτην δ' εἶλε Μεσχέλαν) *Meſchelam*, ſive *Maſchalam*, nondum reperi, niſi *Maxulam* velis, quod tamen urbis eius ſitus non permittit. Conf. not. ad Anton. Itiner. p. 58. Eſt in Stephano Μέγασα πόλις Λιβύης, quam noſtram eſſe, non dixero. Id mihi ſatis liquet, fruſtra eam Appiano Punic. p. 114, ubi de Piſone ἐπολιόρκει τὰ μεσόγαια, inculcari a viro eruditiſſimo: revera enim tum temporis Calpurnius Piſo in ſubigendis mediterraneis Carthaginienſium oppidis operam ponebat, ut ex ſeq. Appian. pag. cognoſces. At id nunc non agitur. Hoc non negligendum, Diodorum Lib. III nihil de hac urbe, nihil de Graecis, Troia reverſis, perſcripſiſſe, atque adeo ἐν τῇ τρίτῃ βίβλῳ vitio laborare. WESS.

ead. l. ult. Ἑξῆς δὲ τὴν ὀνομ. Ἄκραν Ἵππου &c.) Si *Hippuacra*, quam ſupra inveſtigavimus, ſit *Hippo Diarrhytus*, nihil commodius & locorum deſcriptioni convenientius cenſeri poterit, quam ab *Hippone Regio* nihil hanc diſcrepare. S. Bochartus ea fuit ſententia de Colon. Phoenic. L. I, 24, nec illam tamen Abr. Berkelio perſuadere potuit. Obſervat enim ad Stephanum in Ἱππουάκρα, Africam habuiſſe duos *Hippones*, totidemque *Hippuacras*, teſteque utitur Ptolemaeo, a quo L. IV, 3, *Hippuacra* non longe ab Hippone Rhegio, & aliud eiuſdem nominis promontorium prope Philaenorum aram collocatur. Atque hoc quidem bene habet. Vellem tamen animadvertiſſet, Hippuacrae ſive Hippi promontorio, quod a Philaenorum ara prope aberat, hic locum eſſe non poſſe. Eſt illud enim longo ſpatiorum intervallo ab

illo diſſeptum tractu, in quo Eumachus rem geſſit, hoc eſt, a Numidia: in qua, Ptolemaeo auctore, cum fuerit *Hippuacra* ſive promontorium Hippi, habueritque urbem *Hipponem*, manet utique vero affinis Bocharti opinio, & tanto quidem magis, quoniam ſuperior *Hippuacra*, quam Agathocles occupavit, haud longe ab Utica disiuncta fuit, ſicuti nec *Hippo Diarrhytus*. Addo, non abſurdum videri, utramque urbem a ſuo *Hippi* promontorio, unde unde appellato, quoniam in eo ſedem tenebat, nomen eſſe indeptam. Quae vero ſequitur *Acris*, eam incaſſum quaeſivi. Wess.

Pag. 140. *l.* 9. Εἰς τὴν καλουμένην Μιλτίνην) Fuit in hoc Numidiae tractu oppidum nobile *Mileum*, quo de ad Optat. Milevitani L. I, 1, nuperus editor, quod aliud tamen eſſe videtur. Wess.

Pag. 141. *l.* 6. Μεθερμηνευομένας Πιθηκούσσας) Scylax p. 119 Peripli urbem maritimam Πιθηκούσσας memorat, quam tametſi Iſ. Voſſius ab hac non diſcernit, aliam puto: haec mediterranea fuit, longeque a mari disiuncta, ſicuti ſeries rerum ab Eumacho geſtarum patefacit. Scylacis Pithecuſſae non longe ab ea ſilva fuiſſe videntur, quam ex Poſidonio deſcripſit Strabo Lib. XVII, pag. 1183 A. Vide vero, in quas ſe fraudes induant, qui aut aliorum fide veterum loca citant, aut ſcriptores negligenter pervolvunt. Uſus his Diodori verbis Iac. Haſaeus, ut clariora apparerent, addidit: *Tres iſtas urbes non proprie civitates fuiſſe, ſed loca habitationum coniicere fas eſt, quas ſimii incolebant. Eas autem eſſe ſpecus, non eſt quod dubitemus, cum a ſimiis integrae civitates condi nec ſoleant nec poſſint.* Quid cenſes? Lege cetera in Bibl. Bremenſ. Claſ. II, Faſc. III, p. 594, & mirare. Wess.

ead. l. 10. Καθάπερ παρ' Αἰγυπτίοις οἱ κύνες) Confer L. I, 87. In ταμείοις & ταμιείοις permiſcendis librarii ſibi multa permittere ſolent, docente Dukero ad Thucydid. L. I, 69. Wess.

Pag. 142. *l.* 1. Πιθήκου αἷμα ποτίσειαν) Pro αἷμα ποτίσειαν, quid ſi αἷμα ἀποτίσειαν legatur? Steph. Credo Stephanum verum coniectando eſſe aſſecutum. Quorſum enim iſtud, *ſimiae ſanguinem biberunt?* qua de re nihil in praecedentibus. Aliud eſt, quod me moratur. Non video, quo modo hic congruere queant verba ἐπὶ τῶν ἀνατεινομένων, *in magnifice ſeſe efferentes.* Agitur de fraude capitali, iactantiaeque nullus hic locus eſt. Scribe ἐπὶ τῶν ἀνατεὶ κτεινομένων, *in eos, qui impune occiduntur*, quemadmodum Reg. 2. Adde

iam, ὅτι πιθήκου αἷμα ἀποτίσειαν, *eos ſimiae ſanguinem luere*, & dicti cauſam agnoſces. Videtur, ne id praeteream, Iunius vitium perſpexiſſe, qui de hoc proverbio ex Noſtro: *unde etiam apud eos dicatur de iis, qui iam occiſi & e medio ſublati ſint*, ὅτι πιθήκου αἷμα ποτίσειαν, i. e. *ſimiae ſanguinem eos profudiſſe*. Forte ἀποκτεινομένων voluit. Wess.

Pag. 143. *l.* 9. Καὶ μακρὰν ἀποσπᾶσθαι τῆς Καρχηδόνος) *Longius ab urbe Carthagine digredi.* Polyaenus L. VI, 16, 4, ὡς δὲ μακρὰν ἀπεσπάσθησαν ἄχρι πελάγους διώκοντες· quae ſcriptoris verba, pluriumque aliorum, non fugerunt accuratiſſimam T. Hemſterhuſii diligentiam ad Luciani D. Deor. XX, 5, quorſum, ſi de verbi uſu edoceri velis, recurre, & ad Miſcellan. Obſerv. Vol. X, p. 210. Wess.

ead. l. 13. Ἀλλ' εἰς περιουσίας &c.) Lege ἐκ περιουσίας. Rhod. Ἀλλ' ἐκ περιουσίας) Ἐκ περιουσίας recipiendum eſſe & Urſinus monuit. Idem malo & ego. Vide Gataker. ad Anton. L. VI, p. 196. Alii ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἀναλίσκειν ſimili in re, ut Stobaeus Serm. XV, pag. 152, quod tamen ſicuti & ἐκ περιουσίας ad alia transfertur. Ἐκ περιουσίας κατηγορεῖν ex Demoſthene explicat Harpocration. Ἐκ περιουσίας πονηροὶ, ſive, ut poſtea appellantur, ἐξ εὐπορίας πονηροὶ, in Oratoris eius Or. I in Steph. p. 630. Τοὺς ἐναντιωθέντας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος εἷλον Philo L. I Vit. Moſ. p. 642 E. Sed deſino. Wess.

Pag. 145. *l.* 3. Ἐφήδρευε τῇ πόλει) Lege τινὶ πόλει, & ſtatim in eodem verſu ἐφελκόμενον pro ἐφελκόμενος. Rhod. De participio ἐφελκόμενον nullum dubium eſt. At τινὶ πόλει non patiuntur ſequentia. Arbitrari malim deeſſe hic urbis eius nomen, quam Poenus inſederat. Wess.

Pag. 146. *l.* 3. Ἐμβαλόντων οὖν — εἰς ἀσυντάκτους) Ab hac ſcriptura ut diſcederem, gloſſa librarii Veneti permoveri non potui. Proba eſt me iudice. Wess.

Pag. 147. *l.* 9. Καὶ τῶν ἀπὸ τῆς χώρας εἰσβολῶν ἀπέκλεισε) Interpres vertit ac ſi ἐπὶ τῆς χώρας eſſet, quod haud ſane abſurdum. Id agebant Poeni, anguſtiis locorum occupatis, ne Graeci in regionem, Carthagini vicinam, excurrere poſſent. Qua quidem ſententia illud ἀπὸ ſive ἐπὶ non admodum eſt neceſſarium. Herodotus L. II, 75, ἐσβολὴ ἐξ οὐρέων στεινῶν ἐς πεδίον μέγα· tum poſt pauca τὰς δ' ἴβις — ἀπαντώσας ἐς τὴν ἐσβολὴν ταύτης τῆς χώρας. Sed praeſtat ἐπὶ hoc quidem loco. Wess.

ead. l. 11. Ἐστρατοπέδευσεν Ἀτάρβας) Idem vir doctus

in Latinis *Atarbas* retinuit. Ego *Adherbalem* eſſe iuſſi, ſecutus Polybii Romanorumque morem. Vide Polyb. Lib. I, 46. Wess.

Pag. 148. *l.* 15. Καθάπερ ἦν συντεθειμένος) Non muto. Ferri tamen poterit συντεθειμένον Reg. 1. ſi qui id maluerint. Wess.

Pag. 149. *l.* 12. Τοῦ δόλωνος ἀρθέντος) Sic bene: nam quae in ſchedis quibuſdam mutantur, Grammatico debentur. *Dolon* ex minimis erat velis, ad proram, uti Iſidorus Orig. L. XIX, 3, ait, adhaereſcens. Idem ex Procopio L. I Vandal. c. 17, citato a Suida, liquet. Polybius Excerpt. p. 1409: ἐκ δὲ τοῦ κινδύνου μιᾶς νηὸς ἐπαρμένης τὸν δόλωνα διὰ τὸ τετρωμένην αὐτὴν θαλαττοῦσθαι. Adde Schefferum, in hoc velo nimis parcum, L. II Milit. Naval. c. 5, p. 140. Wess.

Pag. 150. *l.* 10. Πειρᾶσθαι προκαλέσασθαι τὸν ἄνδρα) Parum abeſt, quin πειρᾶσθαι καὶ προκαλεῖσθαι ex veteri libro recipiam, quippe cultum & opportunum. Quoniam tamen ceteri omnes pro vulgato ſtant, id de poſſeſſione non deieci. Wess.

Pag. 151. *l.* 3. Ἐν ἀνέσει καὶ σκιατροφίᾳ) Verum eſt σκιατραφίᾳ, quod amanuenſium ſocordia ſaepe in σκιατροφίαν abiit. Vide Sylburgium ad Clenardi Grammat. p. 502, & viros doctos in Pollucis L. IV, 147, & L. VI, 185. Wess.

ead. l. 8. Ἱππεῖς δὲ πλείω) Pro πλείους, ut ſaepe in hoc ſcriptore. Wess.

Pag. 152. *l.* 1. Θηρώμενος τὴν — εὔνοιαν) Sic ἔπαινον ἢ τιμὴν θηρώμενοι Philo Iud. de Cherub. p. 128 D. Θηρώμενοι δόξαν Muſonius in Stob. Serm. XXIX, pag. 202; & θηρώμενος ἔλεον Ioſephus Ant. XIV, 9, 4. Quin θηράσαι τὴν ἀρετὴν, οὐδὲ δίχα τούτων ἀθήρατον οὖσαν, in Clemente Alexand. Strom. L. I, pag. 336; tum θήρα τῆς νυνὶ ζητουμένης ἰδιότητος Iamblichi de Myſter. p. 7; & θήρα τοῦ μέλλοντος ibid. p. 79. Qua etiam translatione τὴν ἀλήθειαν ἰχνηλατεῖν Philo Iud. Vit. Contempl. p. 893. Quorſum autem haec? ut dictionis elegantiam exponerem, & cultiſſime Ciceronem ſcripſiſſe, *non pudet igitur Phyſicum, id eſt, ſpeculatorem venatoremque naturae* &c. L. I Nat. Deor. c. 30. Errant, qui otioſam & frigidam eam Phyſici interpretationem putaverunt, Daviſio ſtrenue renitente. Wess.

ead. l. 9. Καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων &c.) Erant ἠθολόγοι morum quidam & affectuum imitatores & effictores ad riſum movendum apud Ciceron. L. II Orat. c. 59. Eoſdem, certe ex eadem factione, Manetho

Μωρολόγους, χλεύης ϑ' ἡγήτορας, ὑβριγέλωτας,
Ἔν τ' ἀρεταλογίῃ μυθεύματα ποικίλ' ἔχοντας

vocat Apoteleſm. L. IV, 446. Conf. Budaeum Annot. Prior. in Pandect. p. 254, & Salmaſ. in Vopiſci Aurel. c. 42. Porro Scaliger εἰκάζειν, quod paullo ſuperius legitur, mutavit in κακάζειν, quem cur ſequar, cauſa non eſt. WESS.

ead. l. 15. Τὰ κυριώτατα μέρη τοῦ σώματος) Vid. not. in L. I, 55, & L. II, 58, & enumerationem τῶν κυριωτάτων μερῶν τοῦ σώματος apud Proclum in Paraphr. Tetrabibl. Ptolem. L. III, 17, p. 209, & eiuſdem libri veterem Scholiaſtem p. 138. Hic iugulum fauceſque indicari, unuſquiſque videt: metu enim tonſorum filias ſuas Dionyſius tondere docuerat: *quarum ipſarum, poſtquam adultae aetati appropinquabant, manibus ferrum non auſus committere, inſtituit, ut candentium iuglandium putaminibus barbam ſibi & capillum adurerent*, ex Cicerone Tuſcul. Diſp. V, 20, ſcribit Valer. Max. L. IX, 13, ext. 4. Adeo meticuloſi ſunt tyranni! WESS.

Pag. 153. *l.* 3. Λαβὼν ῥυτὸν μέγαν) Hoc Suidas in genere poculi, Heſychius in ſpecie phialae genus facit. RHOD. Praeſtaret μέγα, niſi ῥυτὸν χωροῦντα δύο χοᾶς Diphilus dixiſſet apud Euſtathium in Hom. p. 1286, qui tamen id poëticum eſſe & animadvertendum indicat. Figuram eius poculi deſcribit Ulpianus ad Demoſth. Midian. p. 363, ῥυτὰ, inquiens, ἐπιμήκη ποτήρια κερατοειδῆ· ἄνω μὲν εὐρυνόμενα, εἰς ὀξὺ δὲ λήγοντα· nec diſſentit Athen. L. XI, p. 497. Lege Salmaſium in Solin. p. 663. WESS.

ead. l. 10. Κεραμεῦ καὶ καμινεῦ &c.) Meminit dicti reſponſique Agathoclis Plut. Apophthegm. pag. 156 E. Mox εὐτραπελία ſcurrilem in iocando urbanitatem exprimit. Ariſtoteles Eth. Magn. Lib. I, 31, optime: εὐτραπελία δ' ἐστὶ μεσότης βωμολογίας καὶ ἀγροικίας. ἔστι δὲ περὶ τὰ σκώμματα. — ἔσται δὲ ὁ εὐτράπελος διττῶς πῶς γενόμενος. καὶ γὰρ ὁ δυνάμενος σκῶψαι, καὶ ὃς ὑπομείνῃ σκωπτόμενος, εὐτράπελος· καὶ ἡ εὐτραπελία τοιαύτη. Iunge Deſ. Heraldi Animadv. in Martial. L. I, 42, plura ſi velis. WESS.

Pag. 154. *l.* 1. Τὸν ἀριθμὸν πεντακοσίους) Tyranni hoc ſcelus copioſius perſequitur Polyaen. L. V, 3, 3. WESS.

Pag. 156. *l.* 2. Τοὺς — παρήλλαττον οὐδὲν ἐνοχλοῦντας) Rei ſeries ſcriptum olim fuiſſe οὐδὲν ἐνοχλοῦντες perſuadet: ſecutus & id interpres eſt. WESS.

ead. l. 6. Ἀνῃρέθησαν Ἀγαθοκλέους) Rectius, meo quidem iudicio, τῶν Ἀγαθοκλέους. STEPH.

ead. l. 12. Καὶ πολλοῦ πυρὸς τοὺς ἱεροκαυτ. ἄνδρας κατέχοντος) Non repeto, quae de immani hac Carthaginienſium religione in ſuperioribus animadverſa ſunt. Hic mecum obſerva τὴν ἱερὰν σκηνὴν πλησίον οὖσαν τοῦ βωμοῦ, ſive ſacrum in caſtris tabernaculum prope eam aram, in qua capti illi Graeci Diis adolebantur. Monuit olim Servius ad Aen. L. VI, 68, ſolitos fuiſſe Carthaginienſes brevia Deorum ſimulacra in lecticis portare, fortaſſe ut circum agros & caſtra circumferri poſſent, cuiuſmodi *Deorum baiulos* variis Matheſeos ſuae locis Firmicus Maternus memorat. Hinc vero diſcimus, Poenos exemplo Phoenicum ſuorum, qui ναὸν ζυγοφορούμενον honori Deae Agrotae, ſive *Schaddai*, uti explicat Bochartus, circumgeſtabant apud Euſeb. Praep. Evangel. L. I, p. 35, ſuis in caſtris tabernaculum habuiſſe, in quo ſacra Saturno ſive *Molecho* facerent, quorſumque reſpiciat vates Amoſus c. V, 26, *vneſaatèm et ſiccùt malkechèm*, id eſt, interprete S. Stephano A. A. c. VII, 43, καὶ ἀνελάβετε τὴν ΣΚΗΝΗΝ τοῦ ΜΟΛΟΧ. Ut enim Phoenices & Poeni, ita Iſraëlitae iſti degeneres tabernaculum, ſive φορητὸν ναὸν, Molechi circumgeſtabant, eiuſque numini victimis humanis litabant. Rem ipſam viderunt viri egregii, ſed Diodori, qui mirifice cauſam eam potuerat iuvare, obliti, Camp. Vitringa Obſ. Sacr. Lib. II, 1, & Io. Spencerus Leg. Hebr. L. III, 3, p. 805; nam de aediculis ſive ναΐσκοις quae ad Amoſum alii commentantur, a veterum quidem more non abhorrent, ſed ibi ἀπροσδιόνυσα ſunt. Wess.

Pag. 157. *l.* 4. Τῶν γὰρ σκηνῶν ἐκ καλάμου — συγκειμένων) *Hibernacula Carthaginienſium, congeſta temere ex agris materia exaedificata, lignea ferme tota erant. Numidae praecipue arundine textis ſtoreaque pars maxima tectis — habitabant*, ſic de Poenorum Numidarumque caſtris Livius L. XXX, 3. Wess.

Pag. 159. *l.* 11. Μετὰ τὸν ἐμπυρισμὸν τῆς παρεμβολῆς) Baſil. ἐμπρησμὸν voluiſſe videtur, quod minime malum. Culpa librariorum eſt, has voces permiſcentium: in Polybio certe Lib. IX, 34, τὰς πρὸς τοὺς ἐμπρησμοὺς παρασκευὰς mutarunt Cod. Auguſtani ſcribae, iuſſeruntque eſſe πρὸς τοὺς ἐμπυρισμούς. Contra ea ἀρχείων ἐμπυρισμὸν, ut olim ſcripſerat Hyperides apud Pollucem L. IX, 156, pro imperio in ἐμπρησμὸν converterunt, ſicuti etiam in Athenaeo de machin. p. 4. Wess.

Pag. 160. *l. ult.* Τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου) Abunde proverbii uſus illuſtratus eſt L. XVII, 86. Wess.

Pag. 161. *l.* 13. Καὶ συνεβίβασε — Ἡρακλείδην. τὸν γὰρ Ἀρχάγαθον &c.) Heraclidae, Agathoclis filii, meminit Polyaenus L. V, 3, 4. Eum autem, Archagatho praeterito, a patre fugae comitem fuiſſe adſcitum, negat Iuſtinus L. XXII, 8, in aliis praeterea Diodoro non conſentiens. Wess.

Pag. 162. *l.* 10. Τὴν ῥᾳδιουργίαν ἐξέθηκαν) Non *fraudem* tantum, ſed perfidiam & ſcelus, quo exercitum hoſtium furori tradebat. Supra L. IV, 11, ἐχρήσαντο καὶ τότε τῇ συνήθει ῥᾳδιουργίᾳ καὶ τόλμῃ, de conductitiis militibus, in ſeditiones & facinora proiectis; & L. XIX, 33, ἐπιπολαζούσης δὲ τῆς ῥᾳδιουργίας, qua Indorum uxores in maritis veneno necandis graſſabantur. Recte proin ad hominem ex fraudibus & flagitiis quaſi conſutum S. Paullus in A. A. cap. XIII, 10, ὦ πλήρης παντὸς δόλου καὶ πάσης ῥᾳδιουργίας. Polybium, longum ne faciam, praetereo L. XIII, 2, XVII, 30, & Excerpt. p. 1402. Mox ἐμπεσούσης δὲ πτοίας ſine dubio verum eſt. Ipſe auctor c. 68, ἐνέπεσε φόβος εἰς τὸ στρατόπεδον. Wess.

ead. l. ult. Ἐκπεσούσης δὲ &c.) Ἐμπεσούσης ſcribatur. Rhod. Idem non neglexit Scaliger ſui libri margini adſcribere. Wess.

Pag. 163. *l. ult.* Κομίζεσθαι τοὺς ἀεὶ διδομένους μισθοὺς) Sic pulchre Reg. 1. Οἱ ἀεὶ διδόμενοι μισθοὶ ſtipendia ſunt, quae ſerie quadam militibus darentur: namque in continua ſucceſſione & temporis & loci cultiſſimum iſtud eſt adverbium. Superius c. 45, καθ' ἃς τυγχάνοιεν ἀεὶ γενόμενοι, id eſt, *ad aedes, quas progredientes ſubibant.* Et L. XVI, 76, αὗται δὲ ταῖς οἰκοδομαῖς ἀεὶ κατὰ τὴν — ἀνάβασιν ἀλλήλων ὑπερέχουσι· & ſtatim ταῖς ἀεὶ κατωτάταις οἰκίαις — ἐχρῶντο. Quem in modum, ut erudite Iſ. Caſaubonus ad Athen. L. VI, 6, oſtendit, οἱ ἀεὶ βασιλεύοντες, οἱ ἀεὶ ὕπατοι, qui poſt alium regnum conſulatumque adminiſtrant. Wess.

Pag. 164. *l.* 5. Ἀντεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλ. ἐλπίσιν) Suſtuli gloſſam, qua cultam dictionem librarii deformaverant. Vid. not. in L. II, 26. Wess.

ead. l. 8. Ἦν — — ἐξηγρίωσαν χώραν, ἐξηνάγκαζον — ἐξημεροῦν) Explicat auctor ipſemet huius lib. c. 81, καὶ τὴν χώραν ἐξηγρίωσαν, ἀφανίσαντες πᾶν τὸ δυνάμενον ἐνεγκεῖν ἥμερον καρπὸν, *& vaſtitatem agris induxerunt, exſtirpatis omnibus, quae mitiorem fructum ferre poſſent.* Et L. XVI, 83, αἱ δὲ χῶραι διὰ τὴν ἀργίαν ἐξηγρίωντο, καὶ καρπῶν ἡμέρων ἄφοροι καθειστήκεισαν. Hinc ſilveſcens atque incultu obſitus ager τόπος

δεινῶς ἐξηγριωμένος Aeſchini Or. in Timarch. p. 14. Omnia alia ἐξημεροῦν, de quo ad L. I, 15, complectitur. Wess.

ead. l. 14. Οἷον τῆς θείας προνοίας) Interpres ad ſupplicium retulit, quod divina providentia Agathoclis filiis impoſuit: eum, ſi placet, ſequere. Mihi locus videtur defectus & mancus. Suadet ipſa oratio, quae verba haec excipit, parum, ut nunc habet, conveniens atque cohaereſcens. Quid deſit, quantumque, ob ſchedarum ſilentium non temere affirmavero. Mox μοῖραν, quippe Grammatici commentum, aliorſum relegavi. Wess.

Pag. 165. *l.* 10. Ὡς — τῶν ὕστερον α. γεγενημένων τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι) Niſi τὸ θεῖον divinam vindictam, quam praeſentem deinde expertus eſt Agathocles, indicet, ſana haec praeſtare non auſim: mallem quidem certe τοῖς ὕστερον αὐτῷ γεγενημένοις τὸ θεῖον ἐπιστῆσαι, *divinum numen intento illas in res fuiſſe animo, quae illi deinceps contigerunt.* Quomodo τῷ ἐπιστῆσαι utuntur Plut. T. II, p. 111 D. Liban. T. I, pag. 933 D. atque alii. Wess.

Pag. 166. *l.* 7. Εἰς τὴν τῶν Ἐγεσταίων πόλιν) Ita correxi, ut in urbis hoc nomine ſibi conſtaret. Vid. L. IV, 23. Wess.

ead. l. 14. Παρὰ τὸν Σκάμανδρον ποταμὸν) Memoravit Segeſtanorum id flumen Strabo L. XIII, p. 905 C. Scripſi autem τοὺς μὲν γὰρ ἀπορωτέρους ex Reg. 1. quod ſequentia eam vocis ſcripturam deſiderarent. Wess.

Pag. 167. *l.* 3. Ἐνίους δ' ἀστραγάλους &c.) Lectionem marginis interpretatus ſum. Rhod. Ἐνίων δ' ἀστραγάλους ἐπέτεμε) Nolui his locum negare, ut Latina Graecis reſponderent: quamquam mihi non probantur univerſa. Quid enim καὶ προστιθέμενος βιαιότερον hoc verborum ordine? Video ſententiam interpretis, quam Graeca ferre poſſe dubito. Quid? vulgata ſi diſtinguas, ἐνίους δ', ἀστραγάλους προστιθεὶς βιαιότερον, δειναῖς ἀλγηδόσι περιέβαλλεν, vertaſque, *quoſdam, admotis vehementius talis, graviſſimis cruciatibus divexabat*, abſurdane erunt? Praeſertim ſi ἀστράγαλοι inter tormenti fuerint genera, quod apud Stephanum Theſ. T. V, p. 558, ſignificatur. Certe flagella olim crudeliores talis ſive oſſiculis armabant, ut ictus infligerentur atrociores & penetrantiores, μάστιγες ἀστραγαλωταὶ Plut. Adv. Colot. p. 1127, atque aliis. Sed viderint peritiores. Wess.

ead. l. 13. Πιέζων συνέτεινε) Pro συνέτεινε aſſumendum iudicavi ex margine συνέτριβε. Rhod. Πιέζων συνέτριβε) Adſtipulor viro doctiſſimo. Κάρκινοι aut faſciae videntur fuiſ-

ſe ex ferro, de quibus Gorraeus ex Galeno, aut calcei quidam, ut in Heſychio & Polluce L. VII, 90. Utraque ad hoc tormenti genus accommodari potuiſſe, non dubium eſt. Statim ὑπὸ τοῦ βάρους ex Scaligeri margine melius erit. WESS.

Pag. 168. *l.* 9. Ἀλλὰ Δικαιόπολιν μετονομάσας) Agathocle mortuo priſtinum nomen recuperavit. Vid. Ph. Cluverii Sic. Antiq. L. II, p. 266. WESS.

ead. l. ult. Ποικιλώτατον — τῶν προγεγονότων) Superlativus eſt pro comparativo. Euripides Androm. v. 6:

> Νῦν δ' οὔτις ἄλλη δυστυχεστάτη γυνὴ
> Ἐμοῦ πέφυκεν. ———

Nec raro alii. WESS.

Pag. 169. *l.* 4. Ἐσχατογήρους) Sic plerique omnes, neque ego mutabo. Ξενοφῶν — ἐσχατόγηρως ὤν, ſuperius L. XV, 76. De Ariſtodemo Strabo οὗ διηκούσαμεν ἐσχατογήρω, νέοι παντελῶς ἐν τῇ Νύσῃ, L. XIV, p. 962. WESS.

ead. l. 9. Καὶ καθόλου πᾶς ὁ μέλλων &c.) Omiſſum a librariis ſuſpicor verbum paſſ. ind. modi, praet. imperf. numeri ſingularis, quod erat ante καθόλου, vel poſt ἀπολειφθεῖσι. Quod verbum ſi quis deſiderari nollet, ex πᾶς ὁ μέλλων neceſſe haberet facere πάντα τὸν μέλλοντα. STEPH. Ego retineo. Oratio σολοικοφανὴς eſt, inque optimis ſcriptorum reperitur. Scholiaſtes ad Pindari Pythion. Od. VII, 6: τὸ δὲ ΝΑΙΩΝ ἀντὶ τοῦ ναίοντα· ὡς καὶ Ὅμηρος, (Il. B, 350,) Φημὶ γὰρ οὖν κατενεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα· εἶτα ὑποβαίνων, Ἀστράπτων ἐπιδέξια, ἀντὶ τοῦ Ἀστράπτοντά φησιν. De qua ſyntaxi plura Euſtathius ad eum poëtae verſum p. 236. WESS.

ead. l. 13. Καὶ θρῆνος ἐγίνετο συμφορητὸς) Etſi plane abſurdum non eſt ἀφόρητος, haud melius tamen vulgato. Comploratio a miſeris undique orta innuitur, quomodo conferta & conſtipata multitudo συμφορητὸς ὄχλος Dionyſio T. II, p. 185. Lege, quae diſputavit Daviſius ad Max. Tyr. Diſſert. XVII, p. 563 ed. noviſſ. WESS.

Pag. 170. *l.* 10. Ἦρχε Κόρυβος) Verum nomen fuit Κόροιβος, & ſic ſcribitur apud alios, & nomen Graecis uſurpatum eſt. PALM. Ἦρχε Κόροιβος) Vitium, quod Coroebi nomen deturpaverat, animadvertit Sylburgius ad Dionyſii Dinarch. p. 116. Fuit iſte Coroebus non adeo Archon, quam ἱερεὺς τῶν Σωτήρων, i. e. Antigoni & Demetrii Deorum Σωτήρων ſacerdos. Namque Athenienſes, libertate recepta in adulationem verſi, Σωτῆρας ἀνέγραψαν Θεοὺς (Antigonum

& Demetrium) *καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες*, ΙΕΡΕΑ ΣΩΤΗΡΩΝ *ἐχειροτόνουν καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν*, Plut. Demet. p. 898 D. Quo quidem honore primus defunctus eſt Coroebus, poſtremus Diphilus. Vide ibid. p. 911 D. Wess.

ead. l. ult. *Τὴν Ἀντιγονίαν)* Conf. huius libri c. 48. Wess.

Pag. 171. *l.* 10. *Ἀπιδεῖν τὴν τῆς Πλειάδος δύσιν)* Haud dubie quod ſub Vergiliarum occaſum coelum inhorreſcere & mare ſaevire ſoleret: tum enim *ἄνεμοι χειμέριοι ὡς τὰ πολλὰ, καὶ ψύχη ἤδη καὶ πάχνη*, Geminus ait Elem. Aſtron. c. 16. Wess.

Pag. 172. *l.* 4. *Περὶ τὰ καλούμενα Βάραθρα)* Lege, quae ſcripſit L. I, 30, & not. ad Hierocl. Synecd. p. 727. Wess.

ead. l. 9. *Καὶ πνεύματος ἐπιγενομένου Βορείου)* Aquilonem iſtum, Palaeſtinae hanc oram infeſtantem, nautae *μελαμβόρειον*, Ioſepho Belli L. III, 9, 3, teſte, appellabant. Wess.

ead. l. 11. *Ἐπὶ πόλιν Ῥαφίαν)* Non eſt conſilium ea repetere, quae de Rhaphia & Caſio ad Itiner. Antonini p. 151 olim ſcripſimus. Wess.

Pag. 173. *l.* 4. *Κλύδωνος ῥηγνυμένου, τραχ. ἐκινδ.)* Diſtinguendum poſt *τραχύτερον*. Rhod.

ead. l. 8. *Ἐκλελοίπει τὸ εἰς πότον — ὕδωρ)* De augmenti defectu nihil nunc dicam: factum alias. *Εἰς ποτὸν* rectius erit, ſi valeat Grammaticorum canon: *ποτὸς ὀξυνόμενον σημαίνει τὴν πόσιν· παροξυνόμενον σημαίνει τὸ συμπόσιον.* Noſter, niſi librariis adſcribere malis, in eo obſervando parum religioſus eſt. Quod ſuccedit ſtatim *εἰς — σπάνιν κατεκλείσθησαν*, id alibi eſt *συνεκλείσθησαν*, veluti *συνεκλείσθησαν εἰς φόβους* & *συνεκλείσθησαν εἰς ἀμηχανίαν*. Tu vide diligentiſſimum Raphelium in S. Paulli Epiſt. ad Galat. c. III, 23. Wess.

Pag. 174. *l.* 5. *Προκατειληφὼς τοὺς εὐκαιροτάτους τόπους)* Peluſium inprimis, uti ſeq. cap. docetur, & a Pauſania Attic. c. 6, pag. 16. Wess.

ead. l. 6. *Ἐν τοῖς κοντωτοῖς)* Alibi plenius *πλοίοις κοντωτοῖς* L. XIX, 12, 18. Wess.

ead. l. 14. *Εἰς τὸ μεταβολῆς ἐπιθυμεῖν)* Nihil hic ſubeſſe ulceris ſuſpicari videntur viri docti: ego vero perſuaderi mihi non aliter ſinam, quin locus ſit mancus & imperfectus. Cur enim non dixit *δι᾽ αἰτίας τινὰς μεταβολῆς ἐπιθυμοῦντας*; & unde *εἰς τὸ — ἐπιθυμεῖν* aptum ſuſpenſumque eſt? Adde, ut plena ſit oratio, *δι᾽ αἰτίας τινὰς εἰς τὸ μεταβολῆς ἐπιθυμεῖν φερομένους*, aut ſimile aliud. Wess.

Pag. 175. *l.* 5. Ἐπὶ τὸ καλούμενον Ψευδόστομον) Plura Nili *falſa*, ut Plinius L. V, 10, vocat, *ora* erant. Hoc illud fuiſſe videtur, quod Διόλκος Ψευδόστομον, non multum ab oſtio Phatnitico, Ptolemaeo L. IV, p. 116, dicitur. Wess.

ead. l. 12. Τὸ καλούμενον Φαγνητικὸν) Non Φαγνητικὸν, ſed Φατμικὸν fuit antea vocatum, videlicet L. I, 33, quamquam exſtat ibi & alia lectio Φατμνιτικόν. Apud Strabonem (lib. XVII, pag. 1153) legitur Φατνικόν. Fortaſſe altera illa lectio non Φατμνιτικὸν, ſed Φατνιτικὸν, eſſe debuit, ex quo depravatum hic Φαγνητικόν. Steph. Optime Stephanus. Ex ΦΑΤΝΙΤΙΚΟΝ a negligente ſcriba facile effingi ΦΑΓΝΗΤΙΚΟΝ potuiſſe videt quiſque. Itaque H. Valeſius bene id Diodoro reddidit ad Amm. Marcellin. L. XXII, 16. Conf. not. in L. I, 33. Wess.

Pag. 176. *l.* 6. Ἀκούων ἕλεσι καὶ λίμναις ὠχυρῶσθαι φυσικῶς) In his illuſtrandis operam poſui ad Hieroclis Synecd. p. 726, ubi vide. Wess.

ead. l. 11. Ἐπὶ τὴν γῆν ἐξεβράσθη) Scriptura Baſil. vitioſa eſt. Lege adſcripta L. XIV, 68. Paullo ante καὶ τῶν στρατιωτ. πορείων ἅμα converti debere in ἄλλα, aut certe τινὰ, monuit Rhodomanus. Prius praefero, ſiquidem ΑΛΛΑ in ΑΜΑ transformatum & alias fuit. Wess.

ead. l. 15. Φυλακαῖς ἰσχυραῖς καὶ πολλαῖς) Aſſumentum eſt καὶ πολλαῖς. Rhod.

Pag. 178. *l.* 6. Αὐτὸς δὲ &c.) Contra Perdiccae, Aegyptum invadentis, conſilia & conatus quî ſe Ptolemaeus ſit tutatus, copioſe Diodorus L. XVIII, 33 ſq. tradidit. Wess.

ead. l. 12. Οἱ υἱοὶ Ζάθρας καὶ Κλέαρχος) Vitio infectum eſt prioris nomen: verum eſt Ὀξάθρας, ſive Ὀξάθρης, quod ab avo materno reportaſſe videtur. Vid. Memnon. apud Phot. Cod. Biblioth. CCXXIV, p. 712, & Simſon. Chron. ad ann. 3699, praetereaque Schefferum in Iuſtin. L. XVI, 5, ſed in errorem, cuius ſcriptorem ſuum reum peregit, ſeſe ultro induentem: namque Iuſtini Satyrus non eſt hic Zathras, ſed Clearchi I frater, qui, dum adoleſceret Timotheus, Clearchi filius, tyrannidem Heracleae retinuit & tuitus eſt, ut bene Iuſtinus & Memnon apud Phot. p. 705. Ceterum idem Memnon Dionyſio principatus annos XXX dumtaxat largitur, Noſter melius. Conf. L. XVI, 89. Wess.

ead. l. 15. Διὰ τὰς γεγενημένας —— ἀτυχίας) Poſtulant hoc conſpirantes ſchedae; quamquam, verum ſi amamus, nihil admodum intereſt. Wess.

Pag. 180. *l.* 2. Καὶ μηδέ ποθ' ἑαυτὸν — ἀπελπίσας) Putes commode abeſſe potuiſſe pronomen, nec id exterminandum tamen. Vult auctor, nunquam antea ſibi fortuniſque ſuis deſperaſſe Agathoclem extremis in rebus. Ita σωτηρίαν ἀπελπίζειν, τὸ Ζῆν ἀπελπίζειν, eiuſque generis alia ſuis vidimus locis; quin mox ἀπελπίσαντος — τὰ κατὰ τὴν δυναστείαν. S. Lucas Evang. c. VI, 35, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες, i. e. ut recte viri docti, *nihil deſperantes*; & Galenus L. VI Compoſit. Med. ſecund. Gener. p. 396, καὶ αὐτῇ ἐπιμένειν μὴ ἀπελπίζοντες. Wess.

ead. l. 15. Καλὸν ἐντάφιον ἡ τυραννὶς) Conf. not. in L. XI, 11, & XIV, 8. Heliodorus Aeth. L. I, p. 14, καὶ καλὸν ἐντάφιον τὴν σωφροσύνην ἀπενεγκαμένη. Wess.

ead. l. ult. Καὶ ὁ κηδεστὴς Μεγακλῆς) Aut alios hic duces habuit, aut ſecum ipſe diſſentit: ſupra enim L. XIV, 8, Polyxeno Dionyſii affini dictum iſtud contribuitur. Sed vide ibid. notata. Hoc mihi liquido conſtat, prave Megaclem hunc Dionyſii *ſocerum* ab interprete perhiberi. Habuit enim Dionyſius uxores tres, primam omnium Hermocratis filiam, tum Locrenſem Dorida, Xeneti filiam, & Ariſtomachem, Hipparini filiam, nullum Megaclem *ſocerum.* Forſan ergo Megacles eſt Dionis frater, atque affinitate Dionyſio coniunctus: at tum errorem Diodori, eiuſque, quem hoc loco auctorem ſequitur, manifeſtum habebimus. Nam quo tempore tyranno animum Megacles iſto dicto addidiſſe proditur, nondum illi nubiles erant filiae, & ſoror Polyxeno enupſerat. Wess.

Pag. 181. *l.* 10. Οὐδὲ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἐξελέγξας τῇ πείρᾳ) Adleverat margini ex Iſm. Bullialdi ſchedis Fr. Dionyſ. Camuſatus: „vertit Rhodomanus *neque ſpes hu-„manas refellens.* Sed male. Potius, *ſibi vindicans* aut *aſſerens.* „Vel, *ad refellendam malam fortunam ſpes humanas, quas ex-„perientia rerum ipſi largiri poterat, non opponens.*„ Sic Bullialdus. Mihi, pace virorum praeſtantiſſimorum dixerim, neutrum ſatis arridet. Genus loquendi conſideremus. Hoc Polybianum eſt Excerpt. Legat. p. 1132, παρακαλῶν τοὺς Ῥωμαίους, μήτε τὴν τύχην λίαν ΕΞΕΛΕΓΧΕΙΝ, ἀνθρώπους ὑπάρχοντας· ubi ἐξελέγχειν τὴν τύχην quid aliud erit, ac fortunae ſucceſſum tentare? Id rei & verborum ſeries expoſtulat. Eidem & hoc debemus Excerpt. p. 1419 de Gazaeis, qui, Syriae rebus poſt captam Tyrum paene deſperatis, Alexandro tamen auſi erant reſiſtere, μόνοι τῶν κατὰ Συρίαν ὑπέστησαν

καὶ πάσας ΕΞΕΛΕΓΞΑΝΤΕΣ (malim ἐξήλεγξαν τὰς) ΕΛΠΙΔΑΣ, *ſoli e Syris ſeſe oppoſuerant, & omnia, quae ſperari poterant, experiri decreverant.* Tum p. 1447, τοιγαροῦν εἰκότως οὗτοι καὶ δικαιολογίαν καὶ κρίσιν ὑπέμενον, καὶ πάσας ΕΞΕΛΙΓΧΟΝ τὰς ΕΛΠΙΔΑΣ. Contende nunc Diodori verba οὐδὲ τὰς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἐξελέγξας τῇ πείρᾳ, & verte, *neque experiundo ea, quae homines in ſpe habere poſſunt, periclitans.* Id vero nimis arceſſitum, etſi non eſt, ſi autumaveris, accipe ἐλπίδας de exſpectatione rei malae, ut apud Thucydid. L. VII, 61, & Appian. Syr. pag. 145, atque alios, & Latine exprime, *neque experientia redarguens mala, quae mortalibus evenire poſſunt.* Alterutrum certe probum erit. Wess.

Pag. 183. *l.* 7. Πρὸς δὲ τοὺς Καρχηδονίους — συνέθετο τὴν εἰρήνην) Meminit, ſed obiter, Iuſtinus extremo Lib. XXII. Adde Noſtri L. XXI Eclog. 12. Wess.

ead. l. 14. Σῶραν καὶ Ἀτίαν) Livius L. IX, 43: *In Samnio quoque — novi motus exorti. Calatia & Sora, praeſidiaque, quae in iis Romana erant, expugnata.* Scribe ergo καὶ Καλατίαν, & vide Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. IV, p. 1180. Detruncatum priore parte urbis nomen eſt ex vicinia copulae καὶ, quae ſaepe, vocabulo, cuius initium ΚΑ, ſequente, aut perit ipſa, aut eam ſyllabam abſorbet. Atque id in ignara librariorum natione ferendum utcunque eſt. Quid de viris doctis dicemus, qui Graeca, a ſe primum edita, torquere, connectere, diſtrahereque pro arbitrio ſolent? En tibi M. Ant. Boldetti Obſervat. in S. Martyr. Coemeter. L. II, 5, pag. 382, ubi hoc vulgatum verſumque epigramma:

ΕΥΨΥΧΙ CΕΚΟΥΝΔΑΟΥ
ΔΙCΑΘΑΝΑΤΟC ΡΗΓΙΤΑΝΑ.

Eupſyche Secundae bis immortalis Rhegitana. Et pag. 390:

ΑΠΕΓΕΝΕΤΟ ΑΦΡΟΔΙC ΕΤΗ III ΜΗΝΑC Θ
ΗΜΕΡΑC Κ. ΜΗ ΛΥΠΟΥ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥ ΔΙCΑΟ
ΝΑΤΟC.

Deceſſit Aphrodiſis, qui vixit annos III, *menſes novem, dies* XX. *Ne contriſtare, fili, non oblivioni traderis natus.* Ecquid vidiſti melius? Utroque in lapide erat ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC, qua triſti formula fato functos ſaepe proſequebantur, ut in Gruteri Theſ. p. DCCCXXXIII, 11, MCXX, 4. Praeterea ΕΥΦΥΧΙ feminae nomen haud eſt, ſed εὐψύχει, i. e. *eſto bono animo Secunda,* quem ad modum ΕΥΨΥΧΙ ΤΕΚΝΟΝ ΟΥΔΙC ΑΘΑΝΑΤΟC in Theſ. pag. DCXCI, 6. Quo de genere plura mihi in mundo ſunt, quae nunc praetermittentur. Wess.

Pag. 184. *l.* 1. Πλησίον Σιλβίου) Eſt Σιλουΐον in Apulis Peucetiis apud Strabon. L. VI, p. 434, ex quo *Silvini* in Plinii L. III, 11, cum nota Harduini. Porro Diodorus alios hic annales, ac Livius, qui de Samnio, igne ferroque vaſtato, tacet, videtur ſecutus. WESS.

ead. l. ult. Τοῖς μὲν Αἰγινήταις) Legatur Ἀναγνίταις. RHOD. Nihil a Rhodomano diſſentit Ph. Cluverius Ital. Antiq. Lib. III, p. 982. Vide Livium L. IX, 43. WESS.

Pag. 185. *l.* 4. Ἦρχεν Εὐξένιππος) Hoc placuit ob Dionyſ. in Dinarcho p. 116. Scio, Io. Meurſium de Archont. L. IV, 16, ea fuiſſe ſententia, huic Archonti, ſive ſacerdoti potius θεῶν σωτήρων, nomen Euxenippi, Xenippi & Xeniae fuiſſe. At Xenippi titulus hinc ſumtus eſt: Xenias, quem eundem putavit, alius eſt, & hoc multis annis prior. Inſpice verba Plut. in Hyperide p. 850 B. & erroris cubilia habebis. WESS.

Pag. 186. *l.* 6. Καὶ τὴν — διαθήκην ἐκεῖ θέσθαι) Confer H. Valeſ. ad Amm. Marcellin. lib. XXIII, 6, & Freinsh. in Curtii L. X, 5, 5. WESS.

Pag. 187. *l.* 5. Τοὺς πλέοντας — ἐκ τῆς Ῥόδου κατάγειν) Frequens eſt de mercatorum navibus, cum intervertuntur atque in alium, quam deſtinarant, & hoſtibus quidem amicum, portum devehuntur. Demoſthen. Or. in Polyclem p. 1567: καὶ Χαλκηδονίων καὶ Κυζικηνῶν καταγόντων τὰ πλοῖα, ἕνεκα τῆς ἰδίας χρείας τοῦ σίτου. Sed audi Harpocrationem, optime hoc genus declarantem, κατάγειν τὰ πλοῖα λέγεται ἀντὶ τοῦ λῄζεσθαι καὶ κακοῦν, καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς πλέοντας ὅπου βούλονται πλεῖν, ἀλλ' εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς ληστεύουσι κατάγειν· ubi Valeſium ſi conſuleris & A. Dounaeum Praelect. in Demoſth. Or. de Pac. p. 184, cumulatiſſime tibi ſatis eſſe factum dices. WESS.

Pag. 188. *l.* 6. Τὸν ἐν Ἐλωρύμνοις λιμένα) Lege Λωρύμοις ex Thucydide, Strabone, Appiano, Stephano &c. PALM. Τὸν ἐν Λωρύμοις λιμένα) Librarii admodum infeſti huic fuerunt oppido: mutarunt eius nomen in Δώρυμα alias, hic Ἐλώρυμνα pari audacia eſſe iuſſerunt. Repreſſerunt tamen eos praeter Palmerium uterque ad libri ſui marginem, Ioſ. Scaliger & Iſ. Voſſius. Erant Λώρυμα Ῥοδίων τι φρούριον ἐν τῇ περαίᾳ, ſive in oppoſita Aſiae continenti, ut Appianus Bell. Civil. L. IV, p. 1010, ait. WESS.

ead. l. 9. Ὑπηρετικὰ δὲ) Sic ſcripſit, ſerie orationis commonſtrante. Navium id genus alibi illuſtravimus. WESS.

Pag. 189. *l.* 8. Καὶ τὰς ἱππηγοὺς) Confer L. XI, 3, &

Dukerum in Thucydid. L. VI, 43, tum Philochorum apuc Dionyſium T. II, p. 122, & Philoſtratum Heroic. c. XIX. 20, ubi ποιοῦνται ναῦς τῶν ἱππαγωγῶν τρόπον rectius legeris. Wess.

Pag. 190. *l.* 1. Οὔσης δὲ τῆς πόλεως θεατροειδοῦς) Vid. ac L. XIX, 45. Wess.

Pag. 191. *l.* 6. Ὡς τῆς πόλεως προσπολεμούσης ὑπὲρ αὐτῶν) Si longiſſime hinc exſularet τὸ ὑπὲρ, praeferrem προπολεμούσης, uti apud Plut. Pericl. p. 158 F. Appian. Excerpt. Urſin XXIII, p. 361, & ſupra L. XIV, 98. Nunc commodius explebitur oratio intellectis πρὸς τὸν Ἀντίγονον vocabulis. Wess

ead. l. ult. Ἀγοράσαντας παρὰ τῶν δεσποτῶν &c.) Ex hoc genere *volones* erant, quorum operam poſt Cannenſem cladem Roma non detrectavit, apud Livium L. XXIV, 11, & Feſtum, fuerant etiam illi, de quibus Sueton. Aug. c. 25 & Velleius L. II, 111. Wess.

Pag. 192. *l.* 2. Τὰ μὲν σώματα δημοσίᾳ θάπτεσθαι) Ec Rhodii ſcito Athenienſium morem, de quo ad L. XI, 33 imitati ſunt. Quin indidem ſumtum eſſe τοὺς υἱοὺς (eorum qui pugnando pro patria perierant) στεφανῶσαι τοῖς Διονυσίοις πανοπλίᾳ, clariſſime videbis, ſi Aeſchinem Orat. ir Cteſiphont. p. 75, & quae S. Petitus Comm. LL. Attic. L. VIII, Tit. 3, conduxit, cum his contuleris. Wess.

ead. l. 5. Δημοσίᾳ προικίζεσθαι) Sic L. XVI, 56, ἀλλ' ἵνα προικίσας ἀμφοτέρας συνοικίζῃ. Verbum rarius, & in Lexicis vix obvium. Notavit compluſcula Hoeſchelius ad Photi Biblioth. p. 95. Wess.

ead. l. 13. Ἅπας δ' ἦν ἐνεργὸς &c.) Rhodi architecturae machinarum bellicarum & armorum artificium egregie exercebatur, Strabone L. XIV, pag. 965, & Philone de Tel Confic. p. 51, auctoribus. Quae quidem res quin illis opportuna hoc maxime fuerit tempore, non dubium eſt. Immc parum abeſt, quin exiſtimem, hanc eam fuiſſe tempeſtatem qua Rhodiorum feminae crines ſuos ultro detonderi ſunt paſſae, ut funes inde ad machinarum uſum necti torquerique poſſent, teſte Ariſtide Orat. Rhod. IX, 355, & Frontino Strateg. I, 7, 4. Wess.

Pag. 193. *l.* 8. Καὶ τῶν αἰχμαλώτων τὰ δυνάμενα &c.) Verba conſideranda ſunt, ac ſi τῶν αἰχμαλώτων σωμάτω forent: ſic ſaepe de captivis. Wess.

ead. l. 16. Ἐπὶ — φορτηγῶν διαβεβηκότων) Cum διαβεβηκότα ea fere dicantur, quae divaricata ſunt, ut extremo lib

I oſtenſum, ſuſpicabar olim ἰδία βεβηκότων, i. e. *quae ſeorſum progrederentur*, fuiſſe: augebat ſuſpicionem confuſio utriuſque in Mſſ. vocabuli. Sic quod in altera S. Paulli ad Corinth. eſt c. V, 10, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος, haud pauci legebant τὰ ἴδια τοῦ σώματος. Origeni praeter alios περὶ Ἀρχ. L. III, p. 133, id reddendum eſt. Edunt ſane τὰ διὰ τοῦ σώματος, ſed Rufinus *propria corporis* vertit, ſecutus τὰ ἴδια, quomodo Origenes ipſe Homil. XIX in Ierem. p. 266. Hoc obiter. Nunc ἰδία βεβηκότων non probo, arbitratus vulgatum non aliud indicare ac ἴσων βεβηκότων, quod ſtatim ſuccedit. De turribus, navibus imponendis, Athenaeus de Machin. p. 9. WESS.

Pag. 194. *l.* 6. Ἐπὶ τετραπόδων ξύλων &c.) *Super ligna quadrupedia* interpres, quae inter natandum quem uſum praebere potuerint, non bene capio: mallem quidem certe ἐπὶ τετραπέδων ξύλων *ſuper ligna quadrata*, ut inferius c. 96. WESS.

ead. l. 12. Ἐνέθετο — τρισπιθάμων — τοὺς πορρωτάτω βάλλοντας) Sic huius libri c. 50, καὶ τῶν τρισπιθάμων ὀξυβελῶν τοὺς ἱκανοὺς ταῖς πρώραις ἐπέστησε. Hic recte additur τοὺς πορρωτάτω βάλλοντας. Nam genus hoc machinae ad tria uſque ſtadia & amplius in hoſtes tela vibrabat, id certe, cuius architectus Ageſiſtratus perhibetur. Ὁ γὰρ τρισπίθαμος αὐτοῦ καταπέλτης ἔβαλλε τρία στάδια καὶ ἡμιστάδιον, Athenaeo teſte de Machin. p. 3, cui Philon. de Tel. Fabric. p. 99 iunge. WESS.

Pag. 195. *l.* 3. Τρεῖς δ' ἐπὶ φορτηγῶν πλοίων &c.) Lege de hoc defenſionis genere multa praecipientem Philonem de Tel. Conſtruct. p. 95. WESS.

ead. l. 10. Βελοστάσεις — τοῖς — μέλλουσι καταπέλτας) Καταπέλταις, non accuſandi caſu. RHOD. Adſtipulor Rhodomano, qui βελοστάσεις *telorum receptacula* non male vertit. In Maccab. quidem lib. I, 6, 20 & 51, a veteri interprete *balliſtae* eſſe iubentur, neque Cangius in Gloſſario diſſentit; fuiſſe enim βελοστάσεις iaculorum quandam congeriem, uno balliſtae ictu in hoſtes coniectam. At loca, quibus id firmare annititur, non probant: nam Philonis Belopoec. p. 81 verba tabulatum deſcribunt, machinis teliſque recipiendis aptum; & haec, quae praeteriit, clariſſime pag. 82, τοῖς μεγίστοις καὶ πλείστοις βέλεσι αἱ βελοστάσεις κατασκευάζονται. Immo ibid. pag. 97, μηχανημάτων στάσεις vocat. De ſtructura ὅπως — εἴργεσθαι, quae in praecedentibus eſt, dictum fuit alias. WESS.

ead. l. ult. Τὸ χῶμα τοῦ μεγάλοῦ λιμένος) Io. Meurſium vide de maiore minoreque Rhodienſium portu L. I Rhod. c. 13, & de πέτροις adſcripta L. I, 32. WESS.

Pag. 196. *l.* 5. Παρεκόμισαν τὰς μηχανὰς) Solet Diodorus a ſingulari ad plurale non raro tranſire: alioqui παρεκόμισε hic potius foret. WESS.

Pag. 197. *l.* 16. Τοῖς ταλαντιαίοις πετροβόλοις συνέτριψε) Erant balliſtae iſtae omnium vehementiſſimae. Philo Tel. Struct. p. 85, οὔτε ταλαντιαῖος πετροβόλος, ὅς ἐστι σφοδρότατος, ἢ οὐκ ἀφίξεται. Latine recte dixeris *balliſtas talentarias* ex Siſennae L. IV Hiſt. apud Non. Marcellum c. XVIII, 12. Ceterum Rhodiorum μεσοπύργια, quae *interturria* nova dictione Rhodom. vertit, firmiſſimo opere fuiſſe exaedificata, ibid. p. 84 Philo ſignificat. WESS.

Pag. 198. *l.* 7. Πολλῶν καὶ μεγάλων πετρῶν κατὰ τὸ συνεχὲς &c.) Rhodii ingentis magnitudinis lapides iuxta aggerem maioris portus demerſerant, ut acceſſum hoſtibus difficiliorem facerent. Athenaeus Machin. p. 3 de Apollonio, τηλικαῦτα ἤγαγε φορτία λίθων ἐπὶ τὸ χῶμα τὸ περὶ τὸν λιμένα τὸν ἐν ῬΟΔΩι, ὥστε καὶ ἀπορῆσαι πολλάκις τοὺς ὁρῶντας αὐτὰ, πῶς ποτε εἰς τὰς ναῦς ἀνελάμβανε, καί τινι τρόπῳ ἐξείλετο αὐτά. Quae ſaxa Philo Belop. p. 99 προσβλῆτας κατὰ τὸ τεῖχος appellat, alii προβόλους. Gregorius Nazianz. Or. III, p. 106, διὰ προβόλων τε καὶ ὑφάλων εἰς ὅρμον ἐπείγεσθαι. Eleganter vero de matrimonio Io. Chryſoſtom. Or. de Virginit. pag. 274 D. λιμὴν γάρ ἐστι τῆς σωφροσύνης —— ἀντὶ γὰρ προβόλων προστήσας τὴν ἔννομον μίξιν &c. Quae quidem loca, obiter ut id addatur, in Muſaeo v. 31,

—— — γάμων δ' ἀδίδακτος ἐοῦσα
Πύργον ἐπὶ προβόλων παρὰ γείτονι ναῖε θαλάσσῃ

legi poſſe ſignificant. Nam πύργον ἀπὸ προγόνων, uti nunc eſt, difficiles habet explicatus, ut elegantiſſimi ingenii iuvenis Io. Schraderus Animad. in Muſaeum c. 4 agnoſcit ultro, neque locum tueri poteſt. Turrim vero, quam Hero inhabitabat, ſaxis huiuſcemodi fuiſſe impoſitam, Muſaeus profitetur ipſemet planiſſime, cum v. 336 de Leandri cadavere:

——— παρὰ κρηπῖδα δὲ πύργου
Θρυπτόμενον σπιλάδεσσιν ὅτ' ἔδρακε νεκρὸν ἀκοίτην.

Sed in viam. Mox interpres σκαφῶν οὐκ ὀλίγων ἐποκειλάντων *cum ſcaphae non paucae appuliſſent*, non ſatis conſiderate neque ex ſermonis uſu. Praeſtitiſſet *cum in brevia fuiſſent impactae.* Vide ad L. I, 31. WESS.

Pag. 199. *l.* 12. Καὶ τὰ ἀκροστόλια τοῖς θεοῖς ἀνέθηκαν) Confer L. XVIII, 75, & *roſtra* viri docti non probabis. Wess.

Pag. 200. *l.* 11. Κατέσβεσαν τὰ πυρφόρα) Si diſſidentes ſchedae τοὺς πυρφόρους dediſſent, laudem fuiſſent meritae. Philo Belopoec. p. 100, πρὸς δὲ τοὺς πυρφόρους καὶ τοὺς τριβόλους, τοὺς καιομένους, καὶ τὰς λαμπάδας &c. & ib. pag. 104, εἶθ' ὅταν ἐγγίσωσι τοῖς πυρφόροις καὶ τοῖς ἡμμένοις τριβόλοις. Sic enim loco προφόροις ſcribendum. Adde Noſtrum huius libri c. 97. Porro *Prytanes* ordinarii Rhodiorum erant magiſtratus, ſumma rerum adminiſtrandarum poteſtate inſtructi. Clare Appianus Bell. Civil. L. IV, pag. 1006, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς μάλιστα αὐτοκράτωρ. Atque hac illi regiminis auctoritate utebantur in ſex menſes, unde Stratocles τὴν δευτέραν ἔκμηνον πρυτανεύει in Polybii Leg. Exc. LXVII, p. 1232. Cetera ex Io. Meurſii Rhod. L. I, 19, & Ezech. Spanhemii Diatrib. de Prytanib. pag. 696 ed. Graev. pete. Wess.

Pag. 201. *l.* 8. Θρασύτερον — προέπιπτον εἰς τὸν κίνδυνον) Nihil innovo, etſi εἰς δάκρυα, εἰς γέλωτα προσπίπτειν, in uſu verſentur. Habet trahitque aliquid ex temeritate προπίπτειν, de quo ad L. XV, 65. Wess.

ead. l. 11. Ὁ μὲν ναύαρχος — καὶ ὁ τριήραρχος) Si Execeſtus claſſis univerſae fuit praefectus, quis locus triremium praefecto eſſe poterit? Malim triremis, qua Execeſtus vehebatur, praefectum. Ναύαρχος claſſis eſt imperator; quare Arrian. de Oneſicrito, qui navis gubernator ſe ſcriptione ſua claſſi impoſuerat, ναύαρχον ἑαυτὸν γράψας, κυβερνήτην ὄντα, Lib. VI, 2. Diſcrimen ita Philo Iud. Creat. Princip. p. 728 A. exſequitur, ναύαρχος δ' ἐπιβατικοῦ καὶ πληρωμάτων (πρῶτος) καὶ πάλιν φορτίδων καὶ ὁλκάδων ναύκληρος, κυβερνήτης δὲ πλωτήρων. Et Plut. T. II, p. 807 B. quem non exſcribo. Addam potius, Manethonem L. IV, 397, πρωτάρχας νεῶν rariore titulo naucleros vocare, atque a gubernatoribus diſtinguere. Verſus hi ſunt:

> Ναυσιβάτας φαίνει καὶ ἐν ὕδασιν ἵστορας ἄνδρας,
> Ἔσσεσθαι σκαφέων κυβερνητῆρας ἀΰπνους,
> Πρωτάρχας τε νεῶν, οἳ πολλάκι ναυφθορίαισιν
> Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης
> Νηχόμενοι ——

In quorum priore ἥκτορας ἄνδρας mutavi, ipſo ſcriptore praeeunte. Sic L. I, 324:

> Ναυσιβάτας δείκνυσι καὶ ὕδατος ἵστορας ἄνδρας

Πρωτάρχας σκαφέων, οἱ πολλάκι ναυφθορίῃσι
Χείματος ὀρνυμένου βίοτον λείψουσι δι' ἅλμης
Νηχόμενοι ——

Scripſi in eorum altero πρωτάρχας, ex quo πλωτάρχας effictum fuerat, & in tertio βίοτον λείψουσι· nam βίοτον σώζουσι, uti ſchedae dabant, verſus non patiebatur modulus. Ipſemet Manetho omnia iſta vera praeſtat. WESS.

Pag. 202. *l.* 6. Πύλην ἀνοίξαντες) Haec Diodori manus. Quae hinc diſcrepant, exſcriptoribus debentur. WESS.

Pag. 203. *l.* 12. Περὶ τὸ καλούμενον Γόργιον) Neque Γόργιον, neque Γοργόνιον, in Sicilia memoratur uſquam. Contra ea mons Τόργιον. Heſychius: Τόργιον, ὄρος ἐν Σικιλίᾳ, ὅπου νεοττεύουσιν οἱ γῦπες, ἀφ' οὗ καὶ αὐτοὶ (in Lycophron. Alex. v. 80) τόργοι. Obſervarunt illud viri egregii Ab. Ortelius in Theſauro, & Ph. Cluverius Sic. Antiq. L. II, pag. 394, idque hic olim fuiſſe opinantur, coniectura plauſibili. Locum eadem in inſula Ἄμβικας dictum neuter reperire potuit, neque ego. WESS.

Pag. 205. *l.* 5. Ἀεὶ γὰρ ὁ τύρ. — ὅρκων κατεφρόνει) Hinc deteſtabilis tyranni vox, cum iurisiurandi religionem ſolita ſibi perfidia fregiſſet, ad amicos, δειπνήσαντες ἐξεμέσωμεν τοὺς ὅρκους, apud Polyaen. Strat. L. V, 3, 1. WESS.

Pag. 206. *l.* 5. Εἰς τὴν τῶν πολεμίων παράθεσιν) Quid? ſi παράδοσιν. RHOD.

ead. l. 6. Ῥωμαῖοι μὲν Παλινίους καταπολεμήσαντες) Scaliger Πελίγνους ad libri ſui marginem correxit, nec aliter Ph. Cluverius Ital. Ant. L. II, 14. Vide huius libri c. 102. WESS.

ead. l. 9. Τὴν Φαλεσίτιν πορθούντων) Livius L. IX, 44, *eodem*, inquit, *anno in campum Stellatem agri Campani Samnitium incurſiones factae.* Unde Φαλερνῖτιν, i. e. *agrum Falernum*, hic rectius puto. Campo enim Stellati paene coniunctus erat Falernus. WESS.

ead. l. 11. Σημείας μὲν οὖν ἀνεῖλον &c.) Σημαίας alii ſcribunt, ut Ioſeph. Belli L. II, 9, 2. Livius ibid. ſigna militaria ſex & viginti capta fuiſſe refert, praeterea Samnitium imperatorem *Statium Gellium*, & urbem, quae capta fuit, *Bovianum* appellans: reddere quidem ex Diodoro conatus illi eſt *Bolam* Sigonius, ſed invitis Iac. Perizon. Animad. Hiſt. c. 4, & Arn. Drakenborchio, quos vide. Ut ut eſt, abſolvi Livius incogitantiae non poteſt, in tempore Boviani occupati plane ſibi contrarius. Vid. eiuſdem lib. c. 31. *Bolam* Diodorus extr. lib. XIV Βώλας nuncupavit. WESS.

Pag. 207. *l.* 3. Σώραν, Ἀρπίναν καὶ Σερεννίαν) De Sora & Arpino, ſic enim praeſtat, non eſt dubium. Poſtrema urbs viros eruditos diverſa in ſtudia ſcindit. Livius ita dict. loco: *Eodem anno Sora, Arpinum, Cenſennia recepta ab Samnitibus.* Ubi *Cenſennia* non alia ac Σερεννία eſt. At eam *Cenſenniam*, ſive *Conſentiam*, ut aliis in libris, Glareanus & Ph. Cluver. Ital. Antiq. L. III, pag. 1044, *Aeſerniam* faciunt, Alb. Rubenius, non obloquente Gronovio, *Cerſenniam.* Mihi potior, quandoquidem optio defertur, Rubenii coniectura videtur. De urbe dicam nihil. Vid. Anton. Itin. p. 309. Wess.

ead. l. 13. Τὴν καλουμένην Ἑλέπολιν) Opus fuit Epimachi Athenienſis, deſcribiturque ab Athen. Machin. pag. 7, ſed in numeris corrupto, atque ex Vitruvio L. X, 22, inſtaurando, Plut. Demet. pag. 898 B. Amm. Marcellino L. XXIII, 5. Quos omnes hac machinae deſcriptione poſt ſe Noſter reliquit, forſan ea in re ſecutus Dioclidem Abderitam, quem in Helepolis partibus menſura uſuque delineandis excelluiſſe Athenaeus Deipnoſ. L. VI, 9, prodidit. Wess.

ead. l. 15. Ἐσχαρίου γὰρ ὄντος τετραγώνου) Plut. ἧς ἕδρα μὲν ἦν τετράγωνος. Itaque bene interpres. Firmant eius verſionem haec Athenaei Machin. p. 5, ubi de Hegetoris teſtudine eiuſque baſi: γίγνεται τὸ μὲν μῆκος τοῦ ἐσχαρίου πηχῶν δύο καὶ τεσσαράκοντα — τὰ δὲ σκέλη τὰ ἐπὶ τοῦ ἐσχαρίου πηγνύμενα τέσσαρα συντίθεται· & Apollodor. Poliorcet. p. 28, τὸ κάτω ἐσχάριον, in turris deſcriptione, quamquam ibi *focum, qui inferius eſt*, inepte vertunt. Vitruvius L. X, 21, *baſis compingatur, quae Graecis ἐσχάρα dicitur.* Aliam ἐσχαρίου ſignificationem, & utriuſque cauſam, pete ex Animadverſ. Caſaubon. ad Athen. L. V, 9. Wess.

Pag. 208. *l.* 11. Βραχὺ λείποντες — πηχῶν) Inſerendum hic eſt κίονες. Rhod.

Pag. 209. *l.* 7. Ἦσαν μὲν γὰρ ἐκ βυρσῶν περιεῤῥαμμένα) Dixi aliqua ad L. XVII, 45. Nihil olim in defendendis turribus & moenibus uſitatius erat: unde βυρσοῦν τοὺς πύργους ἀργαῖς βύρσαις apud Athen. Machin. p. 4. Coria oppandebantur cruda & laxa, βύρσαι νεόδοροι βοῶν Ioſepho Bel. Iud. L. III, 1, 10; δέῤῥεις ῥερυσσωμέναι διπλαῖ καὶ χαλάσματα ἔχουσαι, ἵνα ἐκλύηται τὰ πεμπόμενα βέλη, Apollodoro Poliorc. p. 15, quem vide & p. 32, & lege καὶ μὴ παραπτόμεναι (δέῤῥεις) τῶν σανίδων, ἵνα ἔχωσι τόπον συνελθεῖν καὶ ἐκλῦσαι τὸ βέλος. Deſit vulgo negandi vocula contra mechanici mentem. Adhibebantur etiam ſacci alga & acere

oppleti, quin & panni veſteſque craſſiores, *προβολαὶ ἱματίων καὶ ὀθόναι κεκλασμέναι* in Appiani Mithrid. p. 370; *centones* in fragmento Siſennae apud Nonium Marcellum c. 1, 177; *κέντρωνες* Bitoni de Machin. p. 109, *ἐστεγάσθω τὸ μὲν πρῶτον ὕλη ξυλίνη, εἶτα ἐπάνω κέντρωσιν ὡς ὅτι μάλιστα.* Addiderunt ibi *ἤτοι ἱματισμοῖς*, quod, quia gloſſam ſapit, praetermiſi. Lege Fontanin. Antiq. Hort. L. II, 5. WESS.

Pag. 210. *l.* 1. *Χελώνας τὰς μὲν χωστρίδας*) Vid. L. II, 27, & de teſtudine *κριοφόρῳ* Athen. de Machin. p. 3. WESS.

ead. l. 15. *Εὐμήχανος γὰρ ὢν*) Sic iterum huius libri cap. 104. *Poliorcetae* Demetrii cognomen explicat parili modo Amm. Marcellin. L. XXIII, 5. WESS.

Pag. 211. *l.* 15. *Καὶ τὸ σύνολον, ἐζήλου τὴν μυθολογουμένην* &c.) Eadem omnia de Demetrio Plut. eius in vita p. 889 F. Lege Caſaub. in Athen. L. VI, p. 280. WESS.

Pag. 213. *l.* 2. *Τὰς καλουμένας — φυλακίδας*) Naves ſpeculatoriae fuiſſe videntur, quae excubarent, Rhodi oram legerent, pirataſque arcerent, quales *προφυλακίδας* Thucydid. L. I, 117, vocat, & nos ſuperius Carthaginienſium vidimus, & *τὰς περὶ τὸ στόμα τοῦ Πόντου φυλακίδας* extr. hoc libro. *Carpathus*, de qua ſequitur, iuris erat Rhodiorum ſeriore etiam aetate, uti ex Dionis Chryſoſt. Rhod. p. 325 C. conſtat: redigit autem illa mihi in memoriam verba Suetonii & Columellae, quae adſcribam. Columellae haec ſunt L. VIII R. R. c. 16: *Sola ex pretioſis piſcibus muraena, quamvis Tarſenſis Carpathiique pelagi, quod eſt ultimum, vernacula, quovis hoſpes freto peregrinum mare ſuſtinet.* Sic legunt vulgo. At MſΓ. *quamvis Tarteſiaci*, quod unice verum & recipi debuerat vel ob Ariſtophanis Ran. v. 478 *μυραίναν Ταρτησίαν.* Sequuntur Suetonii Vitell. c. 13: *Muraenarum lactes a Carpathio uſque, fretoque Hiſpanico, per navarchos ac triremes petitarum commiſcuit.* Ita verba Budaeus conſtituit, quem ſine cauſa ab interpretibus fuiſſe deſertum, Columella, me quidem iudice, planiſſime oſtendit: namque eius Tarteſiacum & Carpathium pelagus Suetonii Carpathium Hiſpanicumque fretum, muraenis abundans, ſtabilit firmiſſime. Sed ad alia properandum. WESS.

ead. l. 9. *Τριῶν ἀφηγούμενος τριημιολκίων*) Pro *τριηρημιολιῶν*. De trieremiolia, ut de ceteris navium generibus, conſulatur Bayfius de Re Navali (p. 581 ed. Gronov. Theſ. Ant. Graec. T. XI, p. 581), qui illas auctoritate Appiani infra magnitudinem iuſtarum triremium ponit. RHOD. Legen-

dum *τριημιολιῶν*, quae vox apud Polybium ter quaterque occurrit. Bayſius legebat *τριηρημιολιῶν*. Sed, ut puto, male. Dicere autem, quid ſit *τριημιόλιος ναῦς* aliquis poterit ex coniectura & nominis notatione, ſed deerit auctoritas. Puto igitur ſic dictam navem, quae tertia parte excedit navem ordinariae magnitudinis, ut *ἡμιόλιος* eſſe videtur ea, quae media ſui parte excedit. Id tamen nolim affirmare, quin aliam interpretationem admittere paratus ſim, ſi meliori ratione firmetur: & forte *τριημιόλια* poſſet eſſe, quae tribus quartis partibus excederet, & ſic foret maior hemiolia. PALM. *Τριῶν ἀφηγούμενος τριημιολιῶν*) Sic extrita litera [illegible]-undante cum Reg. 2. malui, etſi veritatem eius ſcripturae praeſtare nolim. In Polybio quidem L. XVI, 1, 2. *τριημιολίαι* aliquoties memorantur, ſed doctiſſimus interpres *trieremiolias* habet in Latinis, nec Bayſius loc. in Rhodom. nota indicato aliter profert ex Mſ. quem Venetiis acceperat. Clariſſime vero *τριηρημιολίας* memorat Athenaeus L. V, p. 203, & quadriremi minores fuiſſe indicat. Iam quae *τριηρημιολιῶν*, ſi ita Diodorus ſcripſerit, fuerit amplitudo, in dubio eſt. Laz. Bayſius ex Appiani prooemio infra iuſtarum triremium magnitudinem eas ponit: ubi *ἡμιολίαι* a triremibus diſtinguuntur, *τριηρημιολιῶν* nulla mentio. A Bayſio non longe deflexit Scaliger ad Euſeb. Chron. an. MCCXXX. *Quae citra magnitudinem*, inquit, *τριήρους*, *ea dicebatur τριήρης ἡμιολία. Nam τὸ ἡμιόλιον continet aſſem cum ſemiſſe. Ideo τριηρημιολία erat magnitudine τῆς τριήρους, & praeterea paullo amplior.* Neque multum a Scaligero Cl. Salmaſius Obſervat. ad Ius Attic. & Rom. p. 707, cum, *Heſychius*, ait, *τριηρημιολία, ναῦς μακρὰ ἄνευ καταστρώματος. Ut plurimum vulgares triremes fuere conſtratae, hoc eſt, cum καταστρώματι. Sed falſum eſt, eam eſſe τριηρημιολίας ſignificationem. Nam τριηρημιολία nihil aliud fuit, quam ἡμιολία triremis, id eſt, τριακόντορος τριήρης, nempe terno remorum ordine inſtructa, ac triplici ἐρεσίᾳ incitata. Si ſimplex τριακόντορος ſive ἡμιολία tricenos habuit remiges in uno ordine, triplex in ordinibus ternis nonaginta habuerit oportet.* Tum, *trieres ſunt longae naves cum ternis remorum ordinibus, τριηρημιολίαι vero ſunt hemioliae, quae ternos ſimiliter ut τριήρεις nactae ſunt remorum ordines, & triplici ἐλασίᾳ impelluntur, ſed multum longitudine & magnitudine cedunt legitimis τριήρεσι.* Atque haec quidem ipſis maximorum virorum verbis exponere malui, ut haberent lectores quos ſequerentur: mihi, ne dicam dolo, de navibus hemioliis & trieremioliis res nondum videtur ad liquidum deducta. WESS.

Pag. 214. *l.* 1. Τὸν —— *ἀπέστειλεν εἰς Αἴγυπτον*) Lege Plut. Demetr. pag. 898 D. humanitatis generoſique animi officia in Rhodiis hic deſiderantem. WESS.

Pag. 215. *l.* 2. Καλῶς *πρὸς τὸ δόξαν καὶ τὸ συμφέρον βουλ.*) Mallem *πρὸς τὴν δόξαν*. Ceſſit hoc laudi Rhodiis, quod monumenta hoſtium non everterint, cuius magni animi bello a Mithridate preſſi ſimile dederunt argumentum: *ſtatuam* enim *eius, quae erat apud ipſos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipſis urbis periculis attigerunt*, ſicuti refert Cicero L. II Verr. c. 65. Nec hi tamen perpetui Rhodiorum mores. Dionis Chryſoſtomi aetate in ſtatuis decernendis videbantur egregie liberales, ſummo tamen reipublicae dedecore & eorum iniuria, quos bene de ſe meritos hoc olim honore erant proſecuti. Eradebant vetera nomina & titulos, inſcriptis aliis; ſtatuae erant eaedem, ſed hiſtrionum in morem perſonas mutabant: quas eorum ſordes egregie Dio perſtrinxit in Rhodiaca p. 312 D. & ſeqq. WESS.

ead. l. 13. *Δημητρίου — διὰ τῶν μεταλλέων* &c.) Verior haec eſt lectio, illique perſimilis, quam ſagaciſſimus Marklandus reſtituit Max. Tyrio Diſſert. VI, p. 662 edit. nuper. Si qui pro vulgata ſtare maluerint, uti poterunt Polybio L. XVI, 1, *ἤλπιζον — προσκαρτερήσειν τῇ τῶν* ΜΕΤΑΛΛΩΝ *κατασκευῇ*. Et Philone Belopoec. pag. 99, *καὶ καπνιστέον τοὺς ἐν τοῖς* ΜΕΤΑΛΛΟΙΣ *ὄντας*. Utrobique, niſi voces ex *μεταλλειῶν* & *μεταλλείαις* ſint deformatae, *τὰ μέταλλα* *cuniculos* indicant. WESS.

ead. l. ult. Οἱ *ταῖς ὑπονομαῖς χρώμενοι*) Iſ. Voſſius *ὑπονομείαις* maluit, neque abſurde. Heſychius tamen, Ὑπονο*μαὶ — ὀχετοί*. WESS.

Pag. 217. *l.* 7. Καὶ *τοῦ πρὸς τὸ τεῖχος τόπου παντὸς ἀνακαθαρθέντος* &c.) Demiror, nullam hic fieri mentionem eius commenti, quo architectum Diognetum Demetrii Helepolin & acceſſu ad muros prohibuiſſe, &, ut nec progredi nec regredi poſtea potuerit, effeciſſe memorat Vitruvius L. X, 10. In Plut. Apophthegm. pag. 183 Demetrius ſociata cum Rhodiis pace Helepolin iiſdem reliquiſſe perhibetur: quae res Vitruvii narrationi veri quandam ſpeciem conciliare poteſt. WESS.

ead. l. ult. Προωθουμένην *μὲν εὐκινήτως*) Non probo *προσωθουμένην* ſchedarum quarundam, quantumvis c. 91 *οἱ δ' ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν παριστάμενοι προσώθουν* legatur: id enim hinc refingendum arbitror. WESS.

Pag. 219. *l.* 9. Τριάκοντα μυριάδες ἀρταβῶν) Herodotus definit L. I, 192: Artaba menſura Perſica eſt, capacior quam medimnus Atticus tribus choenicibus Atticis. Medicam tamen Artabam Suidas & Epiphanius (Ponder. c. 24) medimno Attico aequalem faciunt, eo quod LXXII ſextarios continet. Cum Lipſienſi igitur ſchaphula (*Scheffel*) congruit. Rhod. Medicam Artabam capere medimnum Atticum, teſtis etiam Polyaenus Lib. IV, 3, 32. At hic Aegyptia, ubi menſurae id genus agnoſcit Schol. in Ariſtophan. Acharn. v. 108, intelligitur: ea vero complectebatur tres modios & tertiam modii partem. Rhemnius Fannius de menſur. v. 88:

Eſt etiam terris, quas advena Nilus inundat,
Artaba, cui ſuperat modii pars tertia poſt tres.
Namque decem modiis explebitur Artaba triplex.

Quibus conſentanea Hieronymus in Daniel. cap. XI, 5, & Eſaiam c. V, 10, commentatur. Wess.

Pag. 220. *l.* 9. Τοῖς δ' ἄλλοις βέλεσι πυρφόροις &c.) Inſere καὶ ante πυρφόροις. Rhod. Ut καὶ inſeratur, pati poſſum; quamquam ex animi mei ſententia ſi loquendum ſit, potior mihi & cultior videtur ea ſcriptura, quam ex Vatic. aliiſque membranis excerptam dedi. Wess.

Pag. 222. *l.* 11. Καὶ τάφρῳ βαθείᾳ περιέλαβον) Sic bene. Vide not. in L. XI, 30. Wess.

ead. l. ult. Πρὸς τὴν περαίαν τῆς Ἀσίας) Vertitur *ad ulteriorem Aſiae continentem.* Retineri potuerat *ad Peraeam Aſiae*, exemplo Livii Lib. XXXII, 33: *Rhodii Peraeam (regio eſt continentis adverſus inſulam, vetuſtae eorum ditionis) repetebant;* & cap. 35: *Rhodiis regionem, quam Peraeam vocant, reddere.* Aliis ἡ περαία τῶν Ῥοδίων, ut Straboni L. XIV, p. 962 D. & ibid. p. 990 A. Appiano Excerpt. Urſini XXI, p. 358, Polybio Leg. LXVII. Wess.

Pag. 224. *l.* 1. Καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Ἀμεινίαν &c.) Aminiam ſuam in ſedem immigrare iuſſi; nam Ἀνανίας ab Hebraeo aliquid trahit. Wess.

ead. l. 15. Διόπερ οἱ πρέσβεις ἀπῆλθον ἄπρακτοι) Plutarcho ſi fides, Athenienſium legati amicitiam Rhodios inter & Demetrium certis legibus inſtauraverunt, in Demetr. p. 899 A. Scio, Dacerium vitium in Plutarchi verbis reperiſſe, & *Aetolos* ſubſtituiſſe ex Noſtro; cui accedere non poſſum. Quae ſequuntur in Plut. Athenienſes valide tuea-

tur: conſtat etiam hinc, eorum aliquas in conciliandae pacis ſtudio partes fuiſſe: ad hoc, Plutarchus ibid. paucis hac in re defungitur, unis Athenienſibus contribuens, quod Aetolis debebatur praecipue. Wess.

Pag. 226. *l. ult.* Ἄλκιμος μὲν — πολλοῖς περιπεσόντες &c.) Erat Alcimus domo Epirota, ἀνὴρ πολεμικώτατος καὶ ῥωμαλεώτατος, ut Plut. Demet. p. 898 D. ait, ceciditque ad ipſum Rhodienſium theatrum ſtrenue pugnans. Wess.

Pag. 227. *l.* 5. Καὶ ὁ πρύτανις Δαμοτέλης) Vide ſuperius cap. 89. Wess.

Pag. 228. *l.* 2. Οἱ Ῥόδιοι συνέθεντο) Τὴν εἰρήνην, quae in Reg. 1. his praefiguntur, affirmare poſſunt haec Diodori ex c. 102, Ῥωμαῖοι μὲν καὶ Σαμνῖται — πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην συνέθεντο. Poſſunt tamen peraeque intelligi; quare ea non addidi. Pacis leges memorat & Plut. Demet. p. 899 A. ſed Noſtro hac quidem parte inferior. Wess.

ead. l. 12. Καὶ τῶν δούλων — ἐλευθερίας — ἠξίωσαν) Confer huius libri c. 85. Wess.

ead. l. 14. Εἰκόνας Πτολεμαίου, Κασσάνδρου &c.) Delendum cenſeo Πτολεμαίου· nam de honore eius diviniore ſeparatim paullo poſt dicetur. Rhod. Εἰκόνας Κασσάνδρου καὶ Λυσιμάχου) Induxi Πτολεμαίου nomen, a Mſſ. non immerito damnatum: puto καὶ ſupervacaneum quoque eſſe ante τῶν δευτερευόντων: hi enim ambo reges ſunt, qui Rhodiis multa ad urbis ſalutem contulerunt, etſi Ptolemaeo concedentes. Lege c. 97. Wess.

Pag. 229. *l.* 6. Οἰκοδ. παρ' ἑκάστην στοὰν πλευρὰν σταδιαίαν) Tranſpone ſequens πλευρὰν ante στοάν. Rhod. Οἰκοδ. παρ' ἑκάστην στοὰν πλευρὰν σταδιαίαν) Haec ſunt turbata: legendum παρ' ἑκάστην πλευρὰν στοὰν σταδιαίαν· hoc manifeſtum eſt. Palm.

ead. l. 7. Ὃ προσηγόρευσαν Πτολεμαῖον) Habet hinc Io. Meurſius Rhodi ſuae L. I, 12, lucum *Ptolemaeum.* Ego vero adiungo, Rhodios hoc tempore Ptolemaeum ΣΩΤΗΡΑ, teſte Pauſania Attic. c. 8, nuncupaſſe, eoque titulo in nummis inſignem circumferri, praeterea tanquam Deo Paeana compoſuiſſe, & ſollemnibus diebus recitaſſe. Καὶ ὁ εἰς Πτολεμαῖον δὲ τὸν πρῶτον Αἰγύπτου βασιλεύσαντα παιάν ἐστι, ὃν ᾄδουσι Ῥόδιοι. ἔχει γὰρ τὸ Ἰὴ Παιὰν ἐπίφθεγμα, quae Athenaei verba ſunt L. XV, p. 696 F. Wess.

ead. l. 15. Οἱ γὰρ περὶ Κάσσανδρον &c.) Athenienſes Caſſander terra marique premebat; quae eos cauſa permo-

vit, ut Rhodios inter & Demetrium pacem inſtaurare conarentur, auctore Plut. Demet. p. 899 A. WESS.

Pag. 230. *l.* 8. Ἕκτον ἔτος) Ponti regnum Eumelus adminiſtravit annis v & totidem menſibus, uti memoravit huius libri c. 25. WESS.

Pag. 231. *l.* 6. Δοῦναι τὰ κατὰ τὸ πρυτανεῖον) *Pecuniam in Prytaneo repoſitam* vir doctiſſimus: mihi ſigna fuiſſe videntur Aeoli & Vulcani, quos ambo Liparaei in honore habebant, illum ut κτίστην ſupra L. IV, 67, hunc urbis inſulaeque ſuae patronum & tutelam, nummis etiam civitatis inſcriptum Theſ. Brandenb. T. I, p. 363. Addi vero ex hoc loco in Prytaneorum & Prytanum catalogum, quem viri longe doctiſſimi Iſ. Caſaubonus ad Athen. L. XV, 19, & Ez. Spanhemius Diatrib. de Prytanib. pag. 699 ed. Graev. inſtituerunt, Prytaneum poterit Liparae. WESS.

ead. l. 10. Ὁ μὲν Αἴολος περὶ τοὺς &c.) Αἴολος ut ſupervacuum & a ſciolo infartum reſcindatur. RHOD. Ὁ μὲν περὶ τοὺς τόπους — λεγόμενος &c.) Ego exterminavi. Aeolum intelligi, quiſque videt.

——— Hic vaſto rex Aeolus antro
Luctantes ventos tempeſtateſque ſonoras
Imperio premit & vinclis & carcere firmat,

Poëta Aen. I, 56, cui auctor ipſemet adiungatur Lib. V, 7. WESS.

ead. l. 15. Ἐπὶ θερμοῖς τοῖς ἄνθραξι κατακαύσας ζῶντα) Vide L. XXI Eclog. 12. Spirans Agathocles rogo fuit impoſitus, & paene vivus Vulcani, ignis praeſidis, flamma abſumtus. WESS.

ead. l. ult. Τῶν περὶ τὴν Αἴτνην σωζόντων — ἀποσχέσθαι) Amphinomum & Anapiam deſignat, quibus, Aetna Catanam vicinaque omnia flammis vaſtante, ignes tranſitum praebuerunt, ut patrem matremque ex incendio eriperent. Claudianus Carm. XXXV, 31, Diodori exemplo, Vulcano acceptum refert:

Haud equidem immerito tantas virtute repreſſas
Enceladi fauces obriguiſſe reor:
Ipſe redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
Laederet exempli ne monumenta pii.

Plura de piis iſtis fratribus Corn. Severus Aetn. v. 624, cum Io. Clerici nota. WESS.

Pag. 232. *l.* 9. Ἔτη εἴκοσι δύο καὶ μῆνας ἕξ) Plus temporis geſtum cum Samnitibus bellum abſtulit, ſi inchoa-

tum fuerit, uti Livius Lib. VII, 29, prodidit, M. Valerio Corvo III, & A. Cornelio Coſſo Coſſ. Sed magna de belli eius duratione lis ſcriptores vetuſtos diſtrahit. Lege Pighium in Faſt. ad ann. CDX, Sigonium ad Livii Lib. XXIII, 5, & viros doctos ad Florum I, 16. WESS.

ead. l. 11. Εἰς τὴν τῶν Αἴκλων χώραν) Haec eſt illa noſtrorum exemplarium inconſtantia, de qua ſupra (L. XIV, 102,) querebar: antea Αἴκοι & Αἰκανοὶ, hic Αἴκλοι & Αἰκαλοί. Itidem hic Μαρυκινοὶ vel Μαρούκιοι, antea (L. XIX, 115,) Μαῤῥούκιοι, vel Μαῤῥουκῖνοι. STEPH. Αἰκων ſcribe pro Αἴκλων. RHOD.

ibid. Ἐχειρώσατο τεσσαράκοντα πόλεις) C. Sigonius citat ad Livium L. IX, 45, ἐχειρώσατο μα΄ πόλεις· quod ſi ex ſcripto Codice ſumſit, veriſſimum erit. Sic Livius ibid. *unum & quadraginta oppida intra dies quinquaginta oppugnando ceperunt — — De Aequis triumphatum: exemploque eorum clades fuit, ut Marrucini, Marſi, Peligni, Frentani mitterent Romam pacis petendae amicitiaeque.* E quibus optimi ſcriptoris Παλληνοὶ Diodori Πελιγνοὶ eſſe debent, ut pulchre Rhodomanus, Scaliger ad libri ſui oram, & poſt utrumque Ph. Cluverius Ital. Antiq. L. II, 14, p. 755, qui quoque Αἴκλους in Αἰκικλοὺς convertit eodem libro p. 774. De Marrucinis diximus L. XIX, 115. WESS.

Pag. 233. *l.* 9. Πρότερον συντρίψαι — ἢ ἐπ' αὐτὸν &c.) Hyperbaton eſt: *Prius Prepelaum, Caſſandri ducem, obterere, quam in Caſſandrum pergeret, & tum imperii ſedem aggredi.* Vir doctus in Latinis id neglexit: corrigit in Addend. ſuis ἢν ἐπὶ, quod non placet. WESS.

ead. l. 14. Παρεισέπεσεν ἐντὸς τοῦ τείχους) Occupata, qua Pellenen iter erat, porta. Τὰς ἐπὶ Πελλήνην πόλιν πύλας vocat in Sicyonis captae hiſtoria Polyaenus L. IV, 7, 3, etſi prave Παλλήνην libri editi nunc praeferunt. WESS.

Pag. 234. *l.* 9. Συνεπιλαβόμενος τῆς οἰκοδομίας) Pravum erat συνεπιβαλόμενος, quod, etſi Reg. 2. non addixiſſet, mutare ſuſtinuiſſem. Nunc confidentior ſum. Auctor ipſe L. XIX, 63, ἐνταῦθα δὲ (Caſſander) συνεπιλαβόμενος τοῖς Θηβαίοις τῆς τῶν τειχῶν οἰκοδομίας· atque ad eum modum ſaepe. Rhodomano librariorum id non latuerat delictum. WESS.

ead. l. 11. Δημητριάδα — τὴν πόλιν ὠνόμασαν) Conſentiunt Strabo L. VIII, p. 587, Plut. Demet. p. 900 B. Pauſanias L. II, 7, & nummi, niſi in eorum explicatione erre-

tur, quod puto. Vid. not. ad Itiner. Anton. p. 328. Quae ſequuntur, honores declarant planiſſime, qui urbium conditoribus, *τοῖς κτίσταις*, in Graecia deferri ſolebant, de quibus Spanhemius de Uſ. & Praeſt. Numiſ. Diſſ. IX, p. 562, & nos antea. WESS.

Pag. 235. *l.* 15. Εἰς τὸ καλούμενον Σισύφιον) Siſypho, antiquiſſimo Corinthiorum regi, conſecratum videtur fuiſſe ſeu templum, ſive monumentum. Corinthum a Demetrio per fraudem interceptam fuiſſe, civibus portam aperientibus, Polyaenus L. IV, 7, 8, itidem docet. WESS.

Pag. 236. *l.* 13. Βούταν μὲν κατὰ κράτος εἶλε) Lege Βοῦραν. Nam licet Buram eam terrae motu & maris inundatione periiſſe ſupra dixerit, tamen e Polybio (L. II, 41,) eam urbem inſtauratam fuiſſe, aut ſaltem eius nomen revixiſſe, conſtat: nam inter Achaiae urbes eam enumerat, & Buram ab iis, qui terrae motus tempore aberant, reſtauratam ait Pauſanias in Achaicis cap. 25, p. 590. PALM. Adſtipulor Palmerio. Lege adſcripta L. XV, 48. Sed quae illa Σκύρος erit? Nota ſane inſula *Scyrus* eſt, quae quidem longius aberat, quam Burae atque Achaiae oppidis ut coniungi poſſit commode. Forſan Σκίρος eſt, quam Ἀρκαδίας κατοικίαν Stephanus Byzant. fuiſſe perhibet. WESS.

ead. l. ult. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐπερχόμενος τῆς Ἀχαΐας &c.) Nihil his ineſt, ſperni cur merito debeant: neque abſurda ea ſunt, quae ex Baſil. ſcriptiſque libris excerpta dedi. Utra vero auctor ipſemet reliquerit, decernere non audeo: tu, Lector, elige. WESS.

Pag. 237. *l.* 13. Οἱ σύνεγγυς τὰ φρούρια κατέχοντες) Mallem οἱ τὰ σύνεγγυς φρούρια, mutata articuli ſede. WESS.

Pag. 238. *l.* 9. Στρατηγὸν Κλεώνυμον) Lege Strabon. L. XI, p. 429, & Livium L. X, 2. WESS.

Pag. 239. *l.* 11. Ἀποθέμενος γὰρ τὴν Λακωνικὴν ἐσθῆτα διετέλει τρυφῶν) Quod domi vitae genus Spartani aſperum & durum ſectabantur, id ſaepe foris, excuſſis legum frenis, non ſine patriae quodam dedecore negligebant. Quid Pauſanias in ſe admiſerit, ex Nepote Cornelio ignorat nemo. De Acrotato & quae Agrigenti deſignarit, Diodorus Lib. XIX, 71. Nec melior Cleonymus. Eſt profecto a teneris aſſueſcere multum, debile tamen, ſi virtutis amor deſit. WESS.

Pag. 240. *l.* 16. Τὴν μὲν πόλιν ἑλὼν ἐξηνδραποδίσατο) Quam tandem urbem, Diodore? Doleo nomen eius fuiſſe

a te negleſtum. Livius dicto loc. *Vicos* (Patavinorum tres maritimos) *expugnant, inflammant tecta, hominum pecudumque praedas agunt, & dulcedine praedandi longius uſque a navibus procedunt.* Qui quidem in hac Cleonymi excurſione deſcribenda accuratior eſt. Wess.

ead. l. ult. Τὸ καλούμενον Τριόπιον ἐκπολ.) *Triopium* in Italia legere non memini, nedum in Patavinorum, ubi haec geſta fuiſſe ex Livio vidimus, finibus: nam TRIUMPILINOS, *venalem, cum agris ſuis populum*, in Plinii Hiſt. Nat. L. III, 20, hinc aliquid trahere non audeo affirmare. Wess.

Pag. 241. *l.* 13. Μάρκος Αἰμίλιος) Aemilium Conſulem rectius *Marcum* nominat Diodorus, quam *Caium* Livius, & *Lucium* Caſſiodorus; & cum eo Capitolini Annales conſentiunt. Rhod. Videndi viri eruditi ſunt ad Livii Lib. X, 1. Wess.

Pag. 242. *l.* 3. Ἀποκριναμένου δ' ἐκείνου) Addere δεινότερον ex Reg. 1. poterit, qui eius acceſſione orationem intendi autumaverit: mihi Grammatici commentum videtur. Wess.

Pag. 243. *l.* 2. Καὶ πᾶσαν ἀρχὴν ἀκοινώνητον ποιεῖ) Lucani I, 93,

Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas
Impatiens conſortis erit,

τὴν ἀκοινώνητον ἀρχὴν exprimit egregie. Wess.

ead. l. 10. Καὶ προλαμβάνειν τὸ χρήσιμον) Male προσλαμβάνειν Baſil. librarii peccato, cuiuſmodi ex Alciphron. L. II, Ep. 2, ſuſtulit Berglerus. Poſſet huc referri ex Philoſtrati Epiſt. 71, niſi flagitioſius eſſet. Verte ex Salluſtio, *quae bello uſui erant, ante capere*, ſi commodius id cenſes. Wess.

Pag. 244. *l.* 12. Καὶ Σύναδα πόλιν) Σύνναδα alii, ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ nummi, de quibus H. Valeſius ad Socrat. Hiſt. Eccl. L. VII, 3, & L. Holſtenius ad Stephan. Σύνναδα. Prope urbem Δοκιμία pagus erat, nobilis Synnadici lapidis metallis, cui a Docimo hoc, Antigoni praefecto, nomen veniſſe ſuſpicari licet. Confer Strabon. L. XII, p. 865. Wess.

Pag. 245. *l.* 5. Τῶν Ῥοδίων — ὁμήρους ἀπέστειλεν) Lege de his obſidibus huius libri c. 100. Wess.

ead. l. 14. Φοίνικα καὶ Δόκιμον πείσας) Mallem abeſſet Docimi nomen: is enim, ut ſupra ſcripſit, damnata fide in Lyſimachi partes tranſierat. Alius ſi ſit, quod mihi non liquet, praeſtaret τῶν — στρατηγῶν ex Reg. 1. Wess.

Pag. 246. *l.* 5. Ἐν Ἀντιγονίᾳ) Situm urbis ſignavit c. 48 ſuperius. Τεχνίτας ſcenae eſſe artifices, τοὺς περὶ τὸν Διόνυ-

ſου τεχνίτας Aelian. de Animal. L. XI, 19, notum exploratumque eſt. Vid. ad L. IV, 5. Wess.

ead. l. 14. Ἐκ τῶν Κουίνδων) De veriore caſtelli nomine inſpice not. in L. XVIII, 62. Wess.

Pag. 248. *l.* 5. Καὶ ποταμὸν παραῤῥέοντα) In ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ nummo, vulgato Theſ. Britann. T. II, pag. 257, fluvius hic urnae innititur, nomen reticetur, quem alterutrum eorum amnium eſſe credo, quos Io. Cinnamus memoravit: ὧν ὁ μὲν ΒΑΘΥΣ πρὸς τῶν ἐγχωρίων, ΘΥΑΡΙΣ δὲ ἅτερος ὀνομάζεται, inquit L. V, 1. Lege, quae adſcripta a me olim ſunt Hieroclis Synecd. p. 678. Wess.

Pag. 249. *l.* 8. Καὶ τῆς χώρας οὔσης βαθυγείου) Phrygiae ager prope Dorylaeum uber erat, planus coenoſuſque. Io. Cinnamus L. VI, 14: καὶ πεδία παρ' αὐτὴν τελεῖται λειότητός τε ἐπὶ πλεῖστον ἥκοντα καὶ ἀμήχανόν τι προφαίνοντα κάλλος· οὕτω μέν τοι λιπαρὰ καὶ οὕτως εὔγεω, ὥς τήν τε πόαν δαψιλῆ μάλιστα ἐκδιδόναι. Qui agri habitus ut ad iter coelo pluvio parum opportunus erat, ita paſcuis accommodatiſſimus: hinc acres de eius poſſeſſione olim inter Turcas & Graecos contentiones, de quibus Cinnamus & Nicetas Choniat. Annal. Manuel. L. VI in principio. Adde Annae Comnenae Alexiad. L. XV, p. 469 ed. Pariſ. Wess.

Pag. 250. *l.* 2. Ἔπεμψέ τινας τῶν φίλων) Hoc Diodori eſt: nam c. 112 ἧκον πρὸς τὸν Δημήτριον οἱ πεμφθέντες ὑπ' Ἀντιγόνου ſcribit ipſe. Laudem ergo Reg. 1. aufert. Wess.

ead. l. 9. Ἐν τῷ καλουμένῳ Σαλμωνίας πεδίῳ) Haud ſcio an pravum ſit cenſendum Σαλμωνίας vocabulum? Ego quidem neminem novi, qui hoc in Bithyniae Paphlagoniaeque confinio urbem *Salmoniam* memorarit. Σαλωνείαν πόλιν Βιθυνίας Stephanus habet, propter quam ager erat uber & boum paſcuis optimus, χώρα ἀρίστη βουβοσίοις, inquit Strabo L. XII, p. 848. Vide, ſcriptumne ἐν — Σαλωνίας πεδίῳ fuerit? quod una litera auctius procedere potuit facile. Wess.

ead. l. 13. Δαρείου δὲ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδῆν) Quin pro ἀδελφὴν legendum ſit ἀδελφιδῆν nemini dubium eſſe debet: ſiquidem Oxyarten illius patrem, fratrem Darii fuiſſe conſtat. Sed Ἄμαστριν, non Ἄμηστριν, vocant cum alii, tum Strabo (L. XI, p. 820.) At Ἄμηστρις dicta fuit Xerxis uxor, ut ex Herodoto (L. VII, 114) & Cteſia notum. Plutarchus de ſuperſtit. (p. 171 D.) Ἄμηστρις δὲ ἡ Ξέρξου γυνὴ δώδεκα κατώρυξεν ἀνθρώπους ζῶντας ὑπὲρ αὐτῆς τῷ ᾅδῃ. In illis autem Cteſiae fragmentis, quae a me fuerunt edita (p. 8 meae edi-

tionis), ſcribitur Ἄμιστρις cum ι utrobique: ubi & filia dicitur Onophae, & inter eius liberos annumeratur Artaxerxes. Quin etiam una ex Artaxerxis filiabus Ἄμιστρις a Plutarcho (Artaxerx. p. 1025) vocatur. Iam vero & hunc Darii fratrem (quem Ὀξυάρτην vocat Diodorus) Ὀξάθρην ab aliis nuncupatum invenimus. Plutarchus ibidem, Δαρείου γὰρ καὶ Παρυσάτιδος παῖδες ἐγένοντο τέσσαρες, πρεσβύτατος μὲν Ἀρτοξέρξης, μετ' ἐκεῖνον δὲ Κῦρος. νεώτεροι δὲ τούτων Ὀστάνης καὶ Ὀξάθρης. A Memnone itidem Ὀξάθρης hic appellatur, & eius filia Ἄμαστρις, item Ἀμάστρη uno in loco, & ab eodem idem quod & a Diodoro hic annotatur, eam videlicet ab Alexandro prius datam fuiſſe Cratero uxorem. Exſtat autem hic locus in illis fragmentis ex Memnonis hiſtoriis, quae excudi una cum excerptis ex Cteſia & Agatharchide. Ibi lege p. 80. Steph. Solus Baſil. ἀδελφὴν, ex compendio, ut puto, ſcribendi, quo ſaepe hae voces, docente Iac. Perizonio Animadv. Hiſtor. cap. 10, p. 436, confuſae permixtaeque a librariis ſunt. Bonum ergo factum, quod Stephanus in ἀδελφιδῆν defendendam impendit. Mallem etiam ſuum illi patrem aſſeruiſſet, quem imprudens ex Plutarcho Darii Nothi filium perhibet. Fratre enim Darii, ultimi Perſarum regis, Oxyarte progenitam eſſe Ameſtrin, Memnon & Arrianus Ἀναβ. Lib. VII, 4, teſtantur. Verum tamen illud, Oxyarten iſtum ab aliis Ὀξάθρην ſcribi. Ipſemet Diodorus eorum numerum auget L. XVII, 34, 77. Iam Ameſtrin quod ſpectat, eam ex dialecti differentia alii Ἄμαστριν, Ἄμηστριν alii vocant: nam Ἄμιστρις ſoni quadam vicinia ex Ἄμηστρις originem accepit, refingique in Cteſia debet, ut factum nuper a Daviſio in Diſſert. XXVI Max. Tyrii p. 597. Plura de nobiliſſima femina non addo: otium enim conanti fecit Ezech. Spanhemii Diſſ. de Num. Praeſt. VIII, p. 495, ſollertiſſima diligentia. Wess.

Pag. 251. *l.* 3. Ἀπεχούσης δὲ χρόνον ἱκανὸν τῆς — ἡμέρας) Venerat Athenas Demetrius menſe Munychione. Parva myſteria, τὰ πρὸς Ἄγραν, ita apud Plut. legendum eſſe optime vidit Petitus, tradita erant menſe Antheſterione; maiora reſtabant, peragenda Boëdromione menſe. Poſtulanti Demetrio, ut & minoribus & maioribus initiaretur eodem tempore, dictante plebis ſcitum Stratocle, datum fuit, ut menſis Munychion eſſet diceretur que Antheſterion, atque eo ipſi parva myſteria edocto ac luſtrato, ut moris erat, darentur: tum deinde, ut idem Munychion parili fictione fieret Boë-

dromion, quo Demetrius in maioribus *ἐπόπτης* eſſet, eaque oculis uſurparet, quae ſacrorum abſconditorum ritus concedebant. Sic Plut. Demet. p. 900 E. e quo viri docti S. Petitus LL. Attic. Lib. I, Tit. 1, p. 100 ed. nov. & Iſm. Bullialdus ad Theonis Smyrn. Mathematic. p. 218, praeter alia rectiſſime conficiunt, parva magnaque myſteria eodem vertente anno fuiſſe tradita. Eos adi & Iſ. Caſaubon. in Athen. L. VI, pag. 280. WESS.

Pag. 252. *l.* 2. *Πρώνας μὲν καὶ* Πτελεὸν *προσηγάγετο*) *Pteleum* Theſſaliae nemo peritior ignorat: at *Pronas* quis oſtendet? Sunt *πρωνὲς* ſaepiſſime *τόποι ὑψηλοὶ*, quo de genere plures per Theſſaliam reperiebantur; verum hic oppidum deſignatur. Stephanus Πρώανα, *πόλιν Θεσσαλικὴν, οὐδετέρως λεγομένην* agnoſcit, ſed dubiae fidei, uti Holſtenius bene admonuit. Ego parum abſum, quin ſuſpicer, fuiſſe olim *μετὰ δὲ* ΤΑΥΤΑ ΑΝΤΡΩΝΑ *μὲν καὶ* Πτελεὸν, unde dein Πρώνας imprudentiores ſcribae extuderint. Ἄντρωνα, *Antronem*, quidem certe vicinum fuiſſe Pteleo oppidum Livius docet Lib. XLII extr. & Strabo L. IX, p. 665. Quam tamen coniecturam, ſi qui *Pronas* in hac Theſſaliae ora eruerint, una litura citiſſime auferam. WESS.

ibid. *Δῖον δὲ καὶ* Ὀρχομενὸν &c.) Credo *Δῖον* indicari, cuius Poëta meminit Il. B, 538, iuxta Cenaeum Euboeae promontorium. Vide Geographum L. X, p. 684, & Euſtathium p. 280. Habuit & Theſſalia *Dium*, quod paullo tamen longius aberat. WESS.

Pag. 253. *l.* 4. Καραδοκῶν *τὴν — τῶν ὅλων κρίσιν*) Praefero *καραδοκοῦντες*, ut cultius. Quis enim eſt, quin ſimile quid ſequatur? Gregorius Nyſſenus Ep. II, p. 25 ed. Caraccioli, *ἦν δὲ ἰδεῖν ἑτέρωθι ἄλλην ἰχθύων ἀγέλην, βοτρυδὸν περὶ τρύφος ἄρτου πεπυκνωμένους καὶ ἄλλον ὑπ' ἄλλου παρωθουμένους.* Auctor L. III Eſdr. cap. IV, 6: *ἐὰν εἴπῃ — ποιῆσαι πόλεμον ἕτερος πρὸν ἕτερον, ποιοῦσι.* Valer. Flaccus L. VII, 511:

— — Tàmen perſtant defixus uterque,
Et nunc ora levant audaci laeta iuventa.

De quo genere plura ad Salluſt. Catil. cap. 6 Rivius & Cortius. WESS.

ead. l. ult. Ἀκριβῶς *— εἰδὼς οὐ προσδεξόμενον αὐτὸν*) Vid. Barbeyracii Hiſt. Foeder. Part. I, p. 262. Pacta iſta non valuerunt, ut probe proſpexerat Demetrius: quae quoque Caſſandro cauſa fuit, ut Theſſaliae urbes ſuo iterum ſubderet imperio, ſicuti cap. ſeq. proditur. WESS.

Pag. 254. *l.* 8. Μετὰ δὲ ταῦθ') Sic ex Reg. 1. malui. S. Ioan. Evang. c. III, 22: *μετὰ δὲ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς·* ad quem modum ſaepiſſime Diodorus. Wess.

Pag. 255. *l.* 3. Πρὸς τῷ Χαλκηδονίων ἱερῷ) De fano hoc Iovis Urii, ad ipſum Ponti os in Aſia ſito, *ἱερῷ τῷ πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου* in Zoſimi L. I, 34, dictum ſupra fuit. Adde Marcianum Heracleot. Peripl. p. 68 & 99 ed. Hudſon. Wess.

ead. l. 8. Μιθριδάτης ὑπήκοος ὢν Ἀντιγόνῳ &c.) Haec, ſi Plutarchum audias, non mediocrem turbam faciunt: is enim in vita Demetrii (p. 890) Mithridatis huius (qui hic Mithridatis filius dicitur) Ariobarzanem fuiſſe patrem, non Mithridatem ait. Sed forte Plutarchus deceptus eſt in patris nomine, qui fuit avus, & in eo proclivis error fuit, eo quod duo Mithridates alii habuerunt etiam patres nomine Ariobarzanes. Sed aliam ecce turbam facit ipſe Diodorus, qui apud Photium ſeriem deducit regum Cappadociae, ubi ne verbum quidem huius Mithridatis fecit, & eodem tempore Ariarathes & Ariamnas multos recenſet. Ariarathes enim, ut ait, regnabat temporibus Alexandri Magni, ab Eumene vel Perdicca victus & necatus: eius filius Ariarathes ad Armenium Ardoatem fugit, & poſtea, contractis ab eo auxiliis, Amyntam pepulit & occidit Macedonem, qui praefecturam eius regionis obtinuerat, & ſic ſuam ditionem recuperavit, & regnum filio ſuo adhuc vivens tranſmiſit Ariarathi. Ideo vereor, ne hoc loco Καππαδοκίας vox irrepſerit, aut eam poſuerit Diodorus pro quadam eius parte, regio nomine & non contemnenda Cappadociae parte in poteſtate regum manente. De *Arrhine* vero, cuius dominatum habuit hic Mithridates, magnum eſt apud alios auctores ſilentium, tum Graecos tum Latinos. In margine adſcriptum eſt Μαρίνης. Sed eſt obſcurum per obſcurius. Si quis credat ex eo debere Μυρίνης ſcribi, fruatur ſua coniectura; ſed *Myrine* mihi videtur nimis longe diſtare a Cio. Palm. De Mithridate hoc Κτίστῃ, ſeu regni Pontici inſtauratore, abunde diſputavimus L. XVI, 90, & Lib. XIX, 40, ſatiſque Palmerio, viro doctiſſimo, uti arbitramur, fecimus. Nam de Cappadocia quod hic affertur, quaſi in hunc ea locum irrepſerit, id nemini perſuadebitur, modo meminerit Appiani in Mithridat. p. 303, planiſſime Mithridatem hunc praeter Pontum Cappadociae imperaſſe referentis. Verius longe regni eius pars, Ponto affinis, intelligitur. Wess.

ead. l. 11. Ἄρξας αὐτῆς καὶ Ἀῤῥίνης) *Μυρίνης* corrigit Io. Vaillant. Hiſt. Reg. Pont. p. 31, eſtque ex Μαρίνης Reg. 1.

facilis is tranſitus. At ſitus in Aeolide, Myſiae Cio longius remotus, obſtat, multo etiam magis, ſi Myrina Lemni intelligatur, uti ibid. p. 35 perſcriptum eſt. Sed imprudenti id excidiſſe puto. Verior erit ſcriptura *καὶ Καρίνης*, quae Myſiae urbs fuit apud Herodotum L. VII, 42, e quo quidem *Καρήνην* Stephanus citat, ipſemet alibi, uti Berkelius monuit, in *Βενναμία* ſemel iterum *Καρίνην* ſervans. Stat a meis partibus Iac. Gronovius ad priorem Stephani locum, quamquam ad Herodotum ob ſchedas Medic. alia. WESS.

ead. l. 13. *Πολλοὺς προσεκτήσατο*) *Πολλά*. RHOD.

Pag. 256. *l.* 8. *Καὶ Γαλατίας*) Non eſt dubium, quin reponi debeat confidenter *Καλατίας*. PALM. Optime Palmerius *Καλατίας*, ſive *Καλλατίας*, potius. Vide ad Anton. Itiner. pag. 228. WESS.

Pag. 258. *l.* 5. *Παρὰ Λυσιμάχου*) Reſtitue *Λυσιμάχῳ*. Sed *ἀνανταπόδοτος* hic eſt oratio & hiulca. Participio enim (*αὐτομολήσαντες*) nihil verbi reſpondet, nec indicatur, quid transfugae illi egerint. Reficiatur ergo *ἦλθον*, vel ſimile aliud. RHOD. *Παρὰ Λυσιμάχῳ*) Ex veteri libro id reſtituo. Cetera, quae vir doctus notavit, non plane aliena ſunt. Poterit tamen & ſalva eſſe oratio, ſi nominativi illi abſoluti ſint, ſicuti in S. Lucae A. A. cap. VII, 40, *ὁ γὰρ Μωσῆς οὗτος — οὐκ οἴδαμεν τι γέγονεν αὐτῷ*. Id enim genus cum Diodorus atque optimus quiſque, ut ſupra vidimus, ſibi elabi patiantur, utique & hic locum poteſt habere. WESS.

Pag. 259. *l.* 4. *Τὸν γενόμενον — πόλεμον περὶ τῶν ὅλων*) Elegans eſt ſchedarum Reg. 1. *γενομένην κρίσιν — περὶ τῶν ὅλων*, & Diodoro ſaepe probatum, quemadmodum exempla, Lib. XVII, 56, adſtructa, docebunt. Tu *πόλεμον* ſi praeoptaveris, pugnam ad Ipſum intellige, uti *κίνδυνον περὶ τῶν ὅλων* Appian. Mithrid. p. 326. WESS.

ANNOTATIONES

IN

FRAGMENTA LIB. XXI – XXX.

Pag. 263. *l.* 5. *Διὸ καὶ μητρόπολις οὖσα*) Lege Eclog. I lib. XXV, & adſcripta quae ſunt Lib. I, 2, tum Teletem in Stob. Serm. XCII, p. 510. Wess.

Pag. 264. *l.* 2. Πολεμήσας οἱ Πτολεμαίῳ &c.) Articulus in commatis locum mendoſe irrepſit. Niſi quis *ἤτοι τὸ διασαφητικὸν* hic fuiſſe arbitretur. Lege porro Σελ. *Βαβυλωνίων*. Rhod.

ead. l. 12. Ὅτι Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς) Vide Eclogam primam ex libro XXI Diodori. Wess.

Pag. 265. *l.* 4. Πλοὶ *καὶ πεζὶ*) Πλοίοις *καὶ πεζοῖς*. Rhod. *Πολιορκουμένη πλοίοις καὶ πεζοῖς*) Recepi hanc correctionem Rhodomani an Hoeſchelii; neque enim cuius ea ceteraeque ſint, ſatis apparet. Leguntur in margine edit. Auguſtanae, quae Hoeſchelio debetur, anni CIↃIↃCIII. Suas eſſe ait Rhodomanus, ſibi certe tribuit, cui & eas auferre nolo. Recepi autem tanto promtius, quod amanuenſis compendio ſcripturae videantur deberi, quamquam *πεζὶ* ex *πεζῇ* facilius naſci potuit. Simile peccatum dat Eclog. II lib. XXII. Wess.

ead. l. 9. *Πολλὰ κενὰ τοῦ πολ.*) Conf. L. XVII, 86. Wess.

ead. l. 15. Καὶ *πόθῳ μὲν τοὺς* Τέμγυας &c.) Ita corrige: *καὶ πυθόμενος τούς τε Λίγυας καὶ τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀπηντηκέναι αὐτῷ μισθωτοὺς, τοὺς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρχάγαθον κατὰ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ διαχειρίζοντας* &c. Rhod. Καὶ *πυθόμενος τούς τε Λίγυας* &c.) Nimius eſt vir doctus. Quod reſtitui, clariſſime edunt Excerpta Peireſciana pag. 257, ſed plenius *ταραχωδῶς ἀπηντηκέναι*. Wess.

Pag. 266. *l.* 4. *Πόλιν ὀνομαζομένην* Ἦθας) Videndum an ſit *Clampetia*. Ethas in Brutiis non invenio. Wess.

ead. l. 7. Εἰς *Συρακόσας*) Infra ſic etiam ſingulari numero

ſcriptum effertur: quod ab auctore factum an ſit, non poſſum affirmare. Vetus & genuina appellatio eſt in plurali ac in penultima ου, διφθόγγως. RHOD. Εἰς Συρακούσας) Cum Diodorus ſemper ante Συρακούσας ſcripſerit, auctorque Eclogarum ſibi non conſtet, cur hanc inconſtantiam feremus? Nemo indignabitur, credo, qui Συρακόσας & Συρακοσίους auctoris conſuetudini redditos viderit. WESS.

ead. l. 9. Ὅτι Ἀγαθοκλῆς) Vide Eclog. III L. XXI. WESS.

ead. l. 10. Τὸν υἱὸν Ἀγάθαρχον) Hic locus legitur in Excerptis libri XXI Diodori Siculi, quae primum a Davide Hoeſchelio ſunt edita, ſed corruptiſſimus, qui hinc emendari facile poteſt. Ibidem Archagathus ſemper dicitur Agathoclis filius, & apud Iuſtinum lib. XXII, 9; ſed Agatharchus magis placet. Propius enim accedit ad patris Agathoclis nomen; atque ita eum Polybius appellat in Excerptis legationum cap. I, ubi ab avo Hippocratis atque Epicydis occiſum eſſe ſcribit. VALES.

ead. l. 15. Διανοούμενος ἐπὶ Κρότωνος) Διανοούμενος δ' ἐπὶ &c. RHOD.

Pag. 267. *l.* 1. Μὴ θορυβεῖσθαι αὐτὸν, ψευδῶς θέλων &c.) Recte haec videntur inſtaurata, ψευδῶς tamen & praecedentibus adhaereſcere poterit. Lanaſſa, Agathoclis filia, quam Appiani Excerpt. VII Urſini Λάνειαν vocat prave, Pyrrho dotalem attulit Corcyraeorum urbem, a patre nuper in ditionem redactam, deinde maritum deferens in Demetrii amplexus tranſiit, Plut. in Pyrrho pag. 387 F. & p. 388 D. tradente. WESS.

ead. l. 12. Βαρβάρους καὶ Ἰάπυγας &c.) Βαρβάρους, Ἰάπυγάς τε καὶ Πευκετίους, Strabo L. VI, p. 390 &c. RHOD.

ead. l. 15. Ἀπολείπων εἰς Κρότωνα, εἰς Συράκουσαν ἔπλευσεν) Rhodomanus ἐν Κρότωνι, quo nihil admodum opus erit: optimus quiſque εἰς ponit, ubi ἐν commodius videbatur. Conf. not. in L. III, 44. Συράκουσα recurrit iterum extrema Eclog. XI L. XXII, & XIV, etiam L. XIII, 75. Itaque non moveo ob cauſas, alio loco allatas. WESS.

Pag. 268. *l.* 1. Ὅτι Δίαλλος &c.) Lege Δίϋλλος, & quae notata ſunt L. XVI, 14. De Pſaone Plataeenſi Ionſius Hiſt. Philoſ. L. I, 2, & H. Valeſ. Emend. L. III, 14. WESS.

ead. l. 7. Ἀνῃρέθησαν — δέκα μυριάδες) Duris augendo veri fidem ſuperieciſſe videtur. Tu Livium conſule L. V, 29, 30. WESS.

ead. l. 12. Προσκαλεσάμενος Δημήτριον βασιλέα) Rhodo-

mani edit. his adſtruebat Ἀντιπάτρου vocem, quam praepoſitione augendam κατ' Ἀντιπάτρου, vel τὸν Ἀντίπατρον, idem vir doctiſſimus in not. Correct. cenſuit: ego ſuam illi ſedem ex Hoeſchelii libro reddidi. De Antipatro, Caſſandri filio, Theſſalonicae matris interfectore, fratreque eius Alexandro, utriuſque etiam caede, copioſius Plut. Pyrrh. pag. 389, Demetr. pag. 906, & Iuſtin. XVI, 1 & ſeqq. WESS.

Pag. 269. *l.* 1. Τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν Ἀγαθοκλέα &c.) Agathoclem, Lyſimachi filium, in Dromichaetae poteſtatem veniſſe Pauſanias non negat L. I, 9, pag. 23, haerens tamen ob ſcriptorum diſcordiam, qui Lyſimachum ipſum captum fuiſſe prodiderant. Verum utrumque eſt. Prior Agathocles captivus abductus & dimiſſus eſt, tum pater, accepti beneficii immemor. WESS.

ead. l. 14. Μετὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Λυσιμάχου) Lyſimachus transfugae fraude in loca difficilia, ubi & aquae & annonae inopia, coniectus fuit. Preſſus ſiti & fame ſe dedidit, utque primum bibit, φεῦ, inquit, τῆς ἐμῆς κακίας, ὃς δι' ἡδονὴν οὕτω βραχεῖαν ἐστέρημαι βασιλείας τηλικαύτης, teſte Plut. de Ser. Num. Vind. pag. 555 E. & Sanit. Tuend. p. 129 E. Adde Polyaen. cuius errorem viri docti bene perſtrinxerunt, L. VII, 25. WESS.

Pag. 270. *l.* 8. Χάριν ἕξειν ὀφειλ. τοῖς Θραξὶ παρὰ τοῦ σωθέντος) Videt quiſque, quid Dromichaetes velit. Sed oratio labare videtur. Χάριν ἔχειν de gratia, quae initur, non prorſus inſolens eſſe, conſtat. At tum τοὺς Θρᾶκας oportuerat. Χάριν ἥξειν ſi legatur, bene fortaſſis verborum ſeries decurret. At neutrum ſi placeat, ἕξειν pertinebit ad Dromichaeten, qui gratiam Thracibus debitam, a Lyſimacho ſit initurus. Tu vide, Lector. WESS.

Pag. 271. *l.* 6. Ἐπικειμένης αὐτῆς τῆς τραπέζης) Legendum eſt ὑποκειμένης. Intelligit enim ligneis quadris ſuppoſitam fuiſſe menſam nudam. Sic vim Graecae vocis αὐτῆς vertendam eſſe exiſtimavi. Latini enim nudum vocant, quod ornatu caret. Ita Iuvenalis Sat. XI, verſ. 96:

Sed nudo latere & parvis frons aerea lectis.

ubi vetus Scholiaſtes, *Nudo latere*, inquit, *id eſt, non ornata ſponda.* Martialis in Apophoretis, Epigr. CXLVIII:

Nudo ſtramina ne toro paterent,
Iunctae nos tibi venimus ſorores. VALES.

Ἐπικειμένης αὐτῆς) Salmaſius in ſcripto libro αὐτοῖς invenit, & probavit. Voluit, credo, hoc indicari: quadris ligneis

& vilibus cibos fuiſſe impoſitos, menſam vero Thraces ipſos, genibus incumbentem, ſuſtinuiſſe, ut apud Xenophont. Exp. Cyr. L. VII, p. 316. Quod ſi amplecteris, emendatione Valeſii nihil opus erit. Wess.

ead. l. 11. Μέγιστον τῶν κεράτων) Thraces cornibus bibere ſolitos docet lib. VII, p. 316, Expeditionis Cyri Xenophon & Athenaeus. Vales.

ead. l. 14. Τὸ Μακεδονικὸν εἰπόντος) Cetera deſiderantur gravi ſane iactura, quae fortaſſe ſarciri poteſt ex Strabonis lib. VII, p. 463 A. ubi de Dromichaete Getarum rege haec habet: ἐκεῖνος τοίνυν λαβὼν ζωγρείᾳ Λυσίμαχον ἐπιστρατεύσαντα αὐτῷ, δείξας τὴν πενίαν τήν τε αὑτοῦ καὶ τοῦ ἔθνους, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν αὐτάρκειαν, ἐκέλευσε τοῖς τοιούτοις μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ φίλοις χρῆσθαι. ταῦτα δ' εἰπὼν ξενίσας καὶ συνθέμενος φιλίαν ἀπέλυσεν αὐτόν. Ex quibus magna lux affertur huic Diodori loco. Vales. Dimiſſus eſt Lyſimachus, poſtquam pace inita Dromichaetae Thraciae partem trans Iſtrum & filiam uxorem conceſſiſſet. Συνέθετο πρὸς Δρομιχαίτην εἰρήνην, τῆς τε ἀρχῆς τῆς αὑτοῦ τὰ πέραν Ἴστρου παρεὶς τῷ Γέτῃ, καὶ θυγατέρα συνοικίσας, Pauſan. Lib. I, pag. 23. Wess.

Pag. 272. *l.* 2. Πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων) Confer Eclog. x Lib. XXI, p. ſeq. & Plut. Demet. pag. 908, qui XIII dumtaxat occiſos ait, neſcio an male. Id mihi quidem certe liquet, verum eſſe non poſſe, quod ibidem additur, Thebas ea tempeſtate οὔπω δέκατον ἔτος fuiſſe habitatas. Inſtauratae enim ſunt a Caſſandro anno 2 Olymp. CXVI; altera vice a Demetrio occupatae Olymp. CXXII, anno ſecundo, quod intervallum XX annis amplius eſt. Wess.

Pag. 273. *l.* 14. Δέκα μόνους ἄνδρας ἀνελὼν) In Excerptis Peireſc. pag. 258 πλὴν γὰρ ἀνδρῶν δέκα καὶ τεττάρων — ἀπέλυσε τῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας, forſan melius. Wess.

Pag. 274. *l.* 4. Ὀξύθεμιν τῶν φίλων ἕνα) Sic bene Rhodomanus. Auctor ipſe Eclog. ſeq. Ὀξύθεμις, ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου. Meminit eius adulatoris Athenaeus L. XIV, 1, p. 614, nec agnovit tamen interpres. Wess.

ead. l. 12. Εἴργειν — τῶν — σιτοπομπίων) Εἴργειν — ἀπὸ τῆς ἐκ — σιτοπομπίας. Rhod. Non audeo virum doctum ſequi. Lege not. in L. XIII, 88. Paullo ante παρασκευὴν idem refingit, quod praeſtaret, niſi illud Graeciae inferioris videretur. Wess.

ead. l. 15. Εἶχε δὲ ναῦς &c.) Ἔχων δὲ ναῦς· vel, ſi εἶχε

retinetur, in antapodoſi lege ὅμως δέ. Tum pro Αἰγυπταῖος ſcribe Αἰγεσταῖος, quod infra ſcriptum Αἰγεταῖος videtur comprobare. RHOD.

Pag. 275. *l.* 2. Μαίνων ἦν Αἰγεσταῖος τὸ γένος) Mallem Μένων. Rectum Αἰγεσταῖος, ſive Ἐγεσταῖος, uti ſolet Diodorus, eſt. Vid. L. XX, 61, de Segeſtanorum excidio. WESS.

ead. l. 13. Πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων) Πολὺ τοῦ καταλόγου (vel κατάλογον) — στρατοπεδεύοντος δ' αὐτοῦ. RHOD. Locus eſt defectus, quem Excerpt. Peireſc. p. 258 hunc in modum explent: πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων τῆς ἰδίας ἡλικίας, i. e. *longe, quam aetas ferret, fortitudine & audacia praeſtantior.* WESS.

Pag. 276. *l.* 3. Γράψας ἐπιστολὴν &c.) Γράψας δ' ἐπιστ. — τούτῳ παραδιδόναι τὰς — δι' ἃς αἰτίας &c. RHOD. Eclogarum auctor ad ſermonis cultum parum attendit. Itaque neſcio, an ſupervacaneae ſint iſtae correctiones. Certe δι' ἃ ὁ μὲν ſatius fuerat. Statim poſt Μαίνωνα γὰρ τὸν Αἰγεστ. idem vir doctus. WESS.

ead. l. 13. Ὑπὸ τοῦ κλύδωνος ἐπιγνόντες) Hic deeſſe videtur ἐκβρασθέντος, vel ἐξενεχθέντος. RHOD.

ead. l. ult. Ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας) Sic debuit. Στηπτικῷ nihili eſt. Φάρμακα σηπτὰ & σηπτικὰ Graeci vocant, quae illita molliorem carnem prorſus exedunt. Vid. Celſum Lib. VII, 21, & H. Steph. Theſaur. T. III, pag. 776. WESS.

Pag. 277. *l.* 12. Καὶ κατέκαυσεν — ἔμπνουν ἔτι &c.) Huc ſpectant, quae L. XX, 102, leguntur. WESS.

Pag. 278. *l.* 2. Βίωσας δὲ δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη) Aut hic in numeris error eſt, aut apud Lucianum Macrob. cap. 10: Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος ἐτῶν ἐννενηκονταπέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν. Citat enim uterque Timaeum. Mihi Diodori ſententia videtur melior. Vid. L. XIX, 1, & de Timaeo, quem Tauromenitam rectius alibi vocat, & Callia, rerum Agathoclis ſcriptoribus, Excerpt. Peireſc. p. 261. WESS.

ead. l. 8. Τὰς ἀνατιθείσας — κατέσπασαν) Fuit ἀνατεθείσας. Syracuſani non ſtatuas tantum Agathoclis everterunt, ſed eiuſdem cognatos & familiares, Soſiſtrato impulſore, ex urbe eiecerunt, in Polyaeni L. V, 37. WESS.

ead. l. ult. Καὶ δυναστείας ἀντέχεσθαι) Rhodomanus ἀντέχεται. Mallem equidem ἀντέχεσθαι, quod vides. WESS.

Pag. 279. *l.* 1. Ὅτι Ἀγάθαρχος) Cave putes eundem eſ-

ſe, de quo paullo ante. Filius Agatharchi, nepos Agathoclis eſt, ut Ecloga 12 L. XXI docetur. Wess.

ead. l. 4. Ὅτι οὗτος ἱστορικὸς [Τίμαιος] τὰς &c.) Ex margine Timaei nomen in orationem inſerui, ſecutus Suidam, qui in voce Τίμαιος omnia haec exſcripſit. Wess.

Pag. 280. *l.* 5. Καίτοιγε τίς οὐκ οἶδεν) Conferri meretur Polybius, quem in Timaei hac reprehenſione Diodorus auctorem habet, lib. XII, 6. Wess.

ead. l. 11. Πολλὴν τῆς Ἰταλίας τε καὶ Λιβύης τοῖς &c.) Addiderat Valeſius poſt Λιβύης vocem μοῖραν, quam extermınavi. Ferri eius facile poteſt abſentia, modo ſubintelligatur. Auctor ipſemet Lib. I, 4, ἐπήλθομεν πολλὴν τῆς τε Ἀσίας καὶ τῆς Εὐρώπης. Et L. V, 32, καὶ πολλὴν μὲν τῆς Εὐρώπης, οὐκ ὀλίγην δὲ καὶ τῆς Ἀσίας φορολογήσαντες. Haec nunc abunde ſunt. Plura alias dedi. Wess.

ead. l. ult. Δειλίᾳ — διεννοχέναι τοὺς ἅπαντας &c.) Vide, quae de hoc genere adſcripta ſunt L. II, 5. Wess.

Pag. 281. *l.* 9. Ἀναληφθεὶς γὰρ ὑπ' Ἀγαθοκλέους) Interpres *opibus ab Agathocle auctus*, quod ad ſui libri oram non iniuria Cl. Salmaſius notavit. Id enim ſolum vult, Calliam ab Agathocle ſuſceptum inque gratia fuiſſe, uti Cteſias ἀναληφθεὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ab Artaxerxe ob rei medicae peritiam in gratiam receptus, L. II, 32. Ceterum omnia haec de Callia Suidas in Collectanea ſua addidit voc. Καλλίας. Wess.

ead. l. 11. Προφῆτιν τῆς ἀληθείας) Confer L. I, 2. Mox Suidas οὐ διαλελοιπεν, quod peraeque placet. Wess.

ead. l. 15. Πολὺ τοὺς ἄλλους ὑπερβεβλημκέναι) In Suida ὑπερβεβηκέναι, pari ſententia. Mos eſt librariis perpetuus haec verba confundere. Vide ad L. I, 58, & XV, 88. Wess.

Pag. 282. *l.* 4. Τῷ γραφείῳ) Rectius apud Suidam legitur τῷ γραφεῖ. Porro hic Callias duobus & XX libris res Agathoclis Siculi perſcripſerat, ut ait Diodorus lib. XXI. Laudatur a Scholiaſte Apollonii lib. III Argon. initio, Καλλίας ἐν δεκάτῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα· & a Feſto Pompeio in v. Roma, & ab Athenaeo lib. XII, 11, Καλλίας ἐν ὀγδόῃ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα· denique a Macrobio in lib. V Saturn. cap. 19. Vales. De Callia bene Valeſius. Si tamen plura velis, G. Io. Voſſium Hiſt. Graec. L. I, 11, noli negligere. Reddit eiuſdem nomen Scymno Chio v. 125 vir magnus, neſcio an male. Wess.

ead. l. 16. Ἀτιμαζομένων ἐν ταῖς ἀρχαιρεσίαις) Optime correctum eſt ab eodem docto viro. Malum vero illud Syra-

cuſis haud ſemel obtigit, ut a mercenariis militibus, civitate donatis, ſeditione ob non delatos ſibi magiſtratus opplerentur. Conf. L. XI, 73, & Iſ. Caſaubon. ad Polyb. L. I, p. 126 ed. Gron. WESS.

Pag. 283. *l.* 12. Ἐκάλεσαν δὲ ταύτην Μαμερτίνην) Hinc ſumſit Hieronymus, quod ſe alibi legiſſe negat Caſaubon. in Polyb. I, p. 125, cum Meſſanam dictam olim fuiſſe *Mamertiam* in Chron. Euſeb. & L. I adverſ. Iovian. prodidit. Falſa tamen res eſt, eodem Caſaub. & Ph. Cluverio Sicil. Antiq. L. I, p. 87, profitente. Incolae dicti ſunt Mamertini, urbs nunquam. Martem Italiae quidem populi Mamertum ſive Mamertem nuncupabant; unde Campani iſti Mamertini. Lege Feſtum in *Mamers* & *Mamertini*, praetereaque Tzetzen ad Lycophron. v. 938, ubi haec Diodori advocat. WESS.

ead. l. ult. Κοινωνεῖν. αἰσχρὸν γάρ ἐστι &c.) Huc pars ſententiae de officio eius, qui ex Aeacidarum proſapia natus ſit, librarii oſcitantia traiecta fuerat, quae Eclog. XX tandem ponitur. RHOD.

Pag. 284. *l.* 1. Ὅτι οἱ μισθοφόροι) Mamertinos, nequam homines, eſſe, ex Eclog. 13 Lib. XXI videbis. WESS.

ead. l. 7. Φυλαττομένου εἰς Πέλλαν) Non oblitus eſt Plutarchus de Lyſimacho memorare, Seleuco, ut Demetrium occideret, per legatos ingentem pecuniam offerente, at Demetrium non Pellae, ſed in Cherſoneſo Syriae aſſervatum affirmat Vit. Demet. p. 914; nec pugnat tamen contrariusve Diodoro eſt: eadem enim urbs Cherſoneſus Syriae, Pella & Apamea. Stephanus de Apamea Syriae, ἐκλήθη καὶ Χερρόνησος ἀπὸ τῆς περιοχῆς τῶν ὑδάτων, καὶ Πέλλα ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ· quibus gemina, uti viri docti noverunt, Euſtathius ad Dionyſium v. 918. WESS.

Pag. 285. *l.* 5. Ὡς ἂν γεγαμηκότος αὐτοῦ Στρατονίκην &c.) Id quidem verum. Sed Seleucum ſerio cogitaſſe de Demetrio in Macedoniae regnum reſtituendo merito dubites. Vide potius Plut. Demet. p. 914 & ſeqq. WESS.

Pag. 286. *l.* 6. Τοὺς ἰδίους οἴκους λαμπροὺς κατασκευάζειν &c.) His ſimilia ſcribit Libanius Proſphonet. Iulian. pag. 182. Ego vero affirmare non audeo, partem eius eſſe orationis, qua Appius Senatum, in Pyrrhi amicitiam pronum, compellavit. WESS.

Pag. 287. *l.* 6. Ἐπὶ — τῶν φίλων ἁρπαγὴν) Quid ſi ἁρμογήν; RHOD.

Pag. 288. *l.* 1. Τὸ μὲν ὄνομα φέρειν Πύῤῥου τοῦ Ἀχιλλέως) Acute & contumelioſe in regem Pyrrhum, qui factis Achillem magis quam generis origine referre ſtudebat, teſte Plutarcho in eius vita p. 387 A. Wess.

Pag. 289. *l.* 5. Δέκιος ὁ Ῥωμαῖος) Verius Ῥωμαίων. Decius Iubellius domo Campanus fuit, non Romanus. Wess.

ead. l. 12. Συνήργησαν δὲ καὶ Μαμερτῖνοι. μετὰ τῶν &c.) Diſtingue poſt Μαμερτῖνοι, & ſubiunge οἱ μετὰ τῶν λειφθέντων (vel ληφθέντων) — — στρατηγὸν αὐτὸν ἐποίησαν. Suppetias illis tulerant in occupando Rhegio, & ducem ſibi poſtea iſtum fecerant cum opibus, quas habebat reliquas, vel in occupatione Rhegii acceperat. Hunc puto ſenſum huius fragmenti eſſe, quem confirmat diſerta Polybii de hac re narratio L. I, 7, qui ad enodationem huius loci adeatur. Rhod. Συνήργησαν — Μαμερτῖνοι, [οἱ] μετὰ τῶν &c.) Aſſentitur viro doctiſſimo Iſ. Caſaubonus ad Polyb. I, p. 122, a quibus, cum verborum ſeries, uti nunc eſt, eam poſtulet ſententiam, diſſentire nolo. Longe tamen alii ſcriptorum inde deflectunt. Nam Decium Mamertinorum ducem fuiſſe creatum, quis eſt, qui tradiderit? Immo Meſſanam abiiſſe negat Appianus, ſed Rhegii manſiſſe, medicum Meſſana arceſſiviſſe, dein Rhegio a Romanis capto, in eorum manus veniſſe, meritumque ſupplicium voluntaria antevertiſſe nece, Excerpt. Peireſc. p. 454. Wess.

Pag. 290. *l.* 3. Κανθάρησιν ὑπήλειψε) Lege κανθαρίσιν. Rhod. Κανθαρίσιν ὑπήλειψε) Sic plane in Excerpt. Peireſc. p. 265. In Appiano καὶ χρίσας τοῖς κατακαίουσι καὶ δαπανῶσι, quod eodem redit. Cantharides corrodente atque exedente vi ſunt inſtructae, uti notum ex Dioſcoride Alexiph. c. 1, Scribonio Largo cap. 57, Plinio L. XXIX, 6. Paullo ante οὗτος ad pleniorem ſententiam addidi. Wess.

ead. l. 6. Ὅτι εἰς τὸ Ῥήγιον ἀπεστάλη) Vide Eclog. 2 lib. XXII. Wess.

Pag. 291. *l.* 2. Ἐξαργυρισάμενος τὰς τῶν — κτήσεις) Conf. virum longe doctiſſimum ad Xenophont. Epheſ. in Miſcellan. Obſervat. Vol. V, p. 54. Tritum verbum eſt de rebus, quae argento permutantur. Parthen. Erotic. cap. 8: ὁ Ξάνθος ἐξηργυρίσατο μέρος τῶν ὑπαρχμάτων καὶ κατασκευασάμενος χρυσοῦς χιλίους. In Polybio Excerpt. p. 1466 extorquendae pecuniae vim exprimit, ἐπειδὴ δὲ πάντας ἠξηργυρίσαντο κατὰ τὸ δυνατὸν, *poſtquam omnes pro virili ſpoliarant pecunia.* Et Ioſeph. Ant. Iud. L. XIV, 14, 6, ἀποχρώντως ἠργυρί-

σαντο τὸν Ἀντίγονον· quibus gemina L. I Belli Iud. cap. 15, 2. Wess.

ead. l. 14. *Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα*) Rhodomanus *ἐν Ἀκράγαντι*, quem ſequi non audeo. Solet compendiariae huius auctor illum praepoſitionis uſum adamare. Verius *Τυνδαρίων* refinxit, quomodo Ecloga 8. At *περὶ τὸν Ὕβλαιον* quid erit? an *λόφον* intellexit? Eſt profecto illa loci deſcriptio ambigua. Wess.

Pag. 292. *l.* 4. *Καὶ λειφθεὶς* —— *ἀπέβαλε*) *Ληφθεὶς* mutavi. Vid. L. XI, 68. Wess.

ead. l. 7. *Ἐστὶ δὲ αὐτὴ παραθαλάσσιος*) Situm urbis & haec, & Eclog. 1 lib. XXIV bene ſignant, copioſius deſcriptum a Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. I, pag. 213, & Rich. Bentleio de Epiſt. Phalarid. Diſſert. p. 94. Wess.

ead. l. 11. *Ὅθεν μιαιφόνου γεγονότος* &c.) Nimis haec ſunt abrupta. Vide an *ὅτι* voluerit. Pertinent ad Phintiam, pleniuſque in Excerpt. Peireſc. p. 265 traduntur. Wess.

Pag. 293. *l.* 2. *Ἁπάντων* [*ἑτοίμων*] *ὄντων πρὸς ἀπόστασιν*) Secunda vox Valeſio debetur, quae ſi abeſſet, ſententia eadem foret. *Εἶναι πρός τι* vel *πρός τινι* dicuntur, qui illi rei ſtudent. *Πρὸς θρήνοις ἦν* Heliodorus L. X, p. 509. *Πρὸς ἄλλοις μείζοσιν ὢν κατέλυσε τὸν βίον* Strabo Lib. X, pag. 699 &c. Wess.

ead. l. 7. *Ὅτι ὑπὸ Γαλατῶν Πτολεμαῖος* &c.) Ptolemaeus Ceraunus, nequam & confidentis ingenii princeps. Lege Iuſtin. Lib. XXIV, 5, Plut. Pyrrho p. 397, & Pauſan. Phocic. c. 19, pag. 843. Wess.

ead. l. 11. *Ὅτι ἡ Καδμεία νίκη* &c.) Ariſtides T. II, pag. 219, *κεκομμένοι γὰρ καὶ τεταλαιπωρηκότες, αἰσθήσονται τάχα δὴ τὴν ΚΑΔΜΕΙΑΝ ΝΙΚΗΝ νενικηκότες, πρὸς ἡμᾶς ἀκεραίους καὶ καρτεροὺς ἐὰν ἀγωνίζωνται.* Confer. not. in Lib. XI, 12. Wess.

ead. l. 15. *Ὅτι Πτολεμαῖος ὁ* &c.) Hic eſt Ptolemaeus Ceraunus, Ptolemaei Lagi filius, qui occiſo Seleuco rex Macedoniae ab exercitu declaratus eſt Lyſimachiae, cumque biennium magna cum crudelitate regnaſſet, tandem a Gallis acie ſuperatus ac foede truncatus eſt Olympiade CXXIV anno 4, non autem 2, ut perperam ponit Euſebius, qui obitum Cerauni biennio ante Seleuci mortem collocat, cum tamen Ceraunus Seleucum occiderit, eoque occiſo biennium in Macedonia regnaverit, ut docet Memnon cap. 14, & Appianus & Dexippus. Certe Diodorus hanc Cerauni cla-

dem poſt occupatum a Decio Rhegium collocat. Haec autem Decii perfidia accidit anno 3 dictae Olympiadis, cum Pyrrhus a Tarentinis miſſa legatione accitus in Italiam fuiſſet. VALES.

Pag. 294. *l.* 5. Ὅτι Ἀπολλόδωρος) Quo aſtu hic Caſſandreae tyrannidem occuparit, fuſe narrat Polyaenus lib. VI, 7, Strategematum. VALES.

ead. l. 9. Καὶ τὸ αἷμα κεράσας οἴνῳ) De barbaro hoc ritu multa H. Grotius in Matth. c. XXVI, 27. Puer, quem tyrannus mactavit, cuiuſque viſcera coniuratis appoſuit, *Callimeles* erat: comederunt cupide carnem pueri, ſanguinemque, nigro vino mixtum, biberunt, ut τῇ κοινωνίᾳ τοῦ μιάσματος τὸ πιστὸν τῆς ἐπιθέσεως confirmaretur, ut ſcribit Polyaenus. Bene ergo οἱ καταθύοντες ἀνθρώπους ἐπὶ τυραννίσι καὶ συνωμοσίαις, ὡς Ἀπολλόδωρος, de crudeliſſimo hoc homine Plut. Ser. Num. Vind. p. 556 D. & Aelian. de An. L. V, 15, Ἀπολλόδωρος ὁ τῶν Κασανδρέων λευστὴρ, i. e. φθορεὺς *parricida*: nam interpretis *latro* vim vocis non exhaurit. Legendus eſt N. Heinſius ad Ovid. L. II Pont. IX, 43, ubi plura. WESS.

Pag. 295. *l.* 12. Ὗν ἄγριον κυνηγοῦντος) Sic praeſtat, niſi κυνηγοῦντα loco ſecundi caſus, ut ſaepe, poſitum velis. Lege notas Gronovii ad Arrian. L. V, p. 222, & Hemſterhuſii in Luciani Halcyon. c. 8. Ad id vero Phintiae ſomnium venandique ſtudium non ſine ratione nummi ex Parutae Tab. CLIV, inſcripti ſpumante apro & ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΝΤΙΑ, a L. Begero Spicileg. Antiq. Faſcic. I, pag. 5, referuntur. Id in Excerptore culpandum, quod ὗν in paucorum verborum ambitu diverſo genere ornet. WESS.

ead. l. ult. Ὑπὸ Θυνίωνος) Appellatur Θοίνων in Dionyſii Excerpt. Peireſc. p. 540, & Plut. in Pyrrho p. 398, unde Θοίνωνος verius erit & Θοίνων. Ad Hicetam referendi Syracuſani nummi ΕΠΙ ΙΚΕΤΑ in Parutae Tab. CLIV. WESS.

Pag. 296. *l.* 1. Καὶ Σώστρατος) Infra Σωσίστρατος, quod hinc & ex Plutarchi dicto loco corrigit Rhodomanus. Sed idem nomen eſt, propterea Σωσίστρατος in Dionyſio cit. loc. & Polyaeno L. V, 37, artes, quibus Syracuſis potitus fuit, exponente. WESS.

ead. l. 6. Ἔκριναν — διακωλύειν Πύῤῥον &c.) Πύῤῥου refingit Rhodom. quod verum, aut τῆς — διαβάσεως certe. WESS.

ead. l. 12. Καρχηδόνιοι συμμαχίαν ποιήσαντες) Foederis

huius non oblitus eſt Livius Epit. lib. XIII, quod Polybius L. III, 25, ex ipſis tabulis exhibet. Wess.

Pag. 297. *l.* 5. Τῆς Νήσου κυριεύοντος) Thynion, ſeu Thoenon potius, inſulam Ortygiam, quam NASON Syracuſani vocabant, armatis inſederat militibus, reliqua urbs Soſiſtrato parebat. Τὴν ἐν Συρακούσαις νῆσον Thoenoni tribuit Dionyſius Excerpt. Valeſ. pag. 541, auctorque ipſe Ecloga ſequente. Wess.

Pag. 298. *l.* 4. Ἐξ ἧς ἐγέννησεν Ἀλέξανδρον) Lege Plut. in Pyrrho p. 387. Nam Iuſtinus Helenum ex Agathoclis filia ſuſceptum referens Lib. XXIII, 3, errorem excuſare non poteſt. Wess.

ead. l. 9. Καὶ διάρας Σικελίαν) Rhodomanus, *Forte*, inquit, διαβὰς εἰς Σικελίαν. Ego vero διάρας non damno, εἰς recipio: cogitandum tamen, fueritne καὶ διάρας, τῆς Σικελίας κατ. εἰς τὴν Ταυρομένιον ſive Ταυρομενίαν, ut Rhodom. malebat, quomodo Diodorus plerumque. Wess.

Pag. 299. *l.* 3. Καὶ παραλαβὼν &c.) Lege παρέλαβε — παρὰ Συρακουσίων — Σωστράτου. Nam ita Plutarchus hunc vocat, cui & Θυνίων eſt Θοίνων (in Pyrrho p. 398.) Rhod.

ead. l. 14. Ὁ δὲ σύμπας στόλος σὺν ταῖς &c.) In numeri notis vitium eſſe reor. Pyrrhus a Soſiſtrato & Thoenone accepit ναῦς χαλκεμβόλους ὁμοῦ τι διακοσίας, *roſtratas ferme naves ducentas*, teſte Dionyſio Excerpt. Peireſc. p. 540. Praeterea in Siciliam tranſmiſerat ex Italia peditum XXX millia, equitum duo & quingentos, nam Appiani Excerpt. Urſin. VII equitum octo millia veri fidem videntur excedere, navibus ducentis apud Plut. Pyrrh. pag. 397. Quid ſi πλείους τριακοσίων fuerit? Wess.

Pag. 300. *l.* 12. Μετὰ πεντεκαίδεκα μυριάδων) Sic bene Rhodomanus. In Pauſaniae L. X, 19, in catalogum peditum duo millia adduntur, equites vicies mille fuiſſe perhibentur & quadringenti, ſed ſpecie tenus, reapſe plures, ſicuti ibidem docetur. Wess.

Pag. 301. *l.* 9. Βασιλέα — Κιχώριον) Pauſanias Ἀκιχώριον ſemper appellat L. X, p. 844 & 856, ubi de Brenni morte non diſſimilia. Iuſtinum adde L. XXIV, 8, cui de veneno, quod ex Pauſania adſcripſit Voſſius, nihil eſt. Wess.

Pag. 302. *l.* 3. Διὰ δὲ τοῦ Δαρδάνου διερχόμενοι) Lege τῶν Δαρδάνων, & vide Plinium Lib. IV, cap. 10. Rhod. Διὰ δὲ τῶν Δαρδάνων διερχόμενοι) Optime Rhodomanus. Per Dardanorum fines, quos in Graeciam maturantes tranſie-

rant, Plutarcho teſte, redire conſtituerunt. Id vero tolerabile, quod ab auctore ſubiungitur, καὶ οὐδεὶς ὑπελείφθη ἀπελθεῖν οἶκον. Non item Iuſtini L. XXIV, 8: *Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu —— vel ad memoriam tantae cladis ſupereſſet.* Superfuerunt enim plures, pars in Aſiam, alii in Aegyptum deportati. Confer Callimachum H. Del. v. 145, quaeque ibi veteres Critici & Spanhemius. Wess.

ead. l. 7. Ἐπὶ τὴν Ἀκράγαντα) Diodorus, ſi paucos a librariis depravatos ſepoſueris locos, τὸν Ἀκράγαντα vocat: aliud Eclogarum excerptori placuit. Vid. Eclog. 2 lib. XXIII. Statim λέγοντες inſcite iteratur. Wess.

Pag. 303. *l.* 3. Βελῶν πλῆθος ἐστράτευσεν &c.) Deeſt forte μεθ' ὧν ἐστράτευσεν. Mox numerus elephantorum deficit. Rhod.

ead. l. 8. Ἀζῶνας παρέλαβεν) Eo cognomine urbem arcemve in Sicilia non reperies. Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II, p. 390, Μάζαρον, quod Selinuntiorum caſtellum erat L. XXIII Eclog. 9, ſubſtituit, haud ſcio an prave. Ἀλιηναῖοι καὶ Αἰγεταῖοι ab eodem Ἀλικυαῖοι & Αἰγεσταῖοι eſſe iubentur: quorum hoc pari peccato deturpatum Eclog. 12 lib. XXI animadvertimus, illud recurret L. XXIII Eclog. 3. Wess.

ead. l. 9. Εἶτα Ἀλιηναῖοι) Pro Ἀλιηναῖοι lege Ἀλικυαῖοι auctoritate Plinii & Stephani Byzantini. Rhod.

ead. l. ult. Καὶ τὴν Ἡρακλέους τάξιν ἁμιλλώμενος) Haec egregie a Plut. in Pyrrho p. 398 A. illuſtrantur. Wess.

Pag. 304. *l.* 3. Κατὰ κράτος εἷλε) Legebatur κατακράτος, quod vitioſe, atque ac ſi adverbium eſſet compoſitum, ſcribi, recte monuit Rhodomanus: ſed in ſcriptis libris & vetuſte cuſis κατακράτος frequentatur. In Baſil. Diodori ἐκδόσει paene perpetuum eſt. Κατακράτος, κατατάχος, κατιδίαν, τηνταχίστην, & ſimilia, ſemper Reg. 1. Lege, quae de hoc genere diligentiſſime commentatus in Dukeri Praefat. Thucydidi praefixa, Ioſeph. Waſſe. Wess.

ead. l. 5. Ἐπῆρε πρὸς τὴν Αἰγίνων) Praeſtat ἀπῆρε. Pravum etiam eſt Αἰγίνων vocabulum, quod poſt Rhodom. in not. Correct. operam Ph. Cluverius Sicil. Ant. L. II, pag. 390, Ἰετινῶν eſſe iuſſit. Quae ſtatim ſuccedunt, utrique favent. Wess.

ead. l. 8. Τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν) Rhodomanum ſecutus ſum. Poſſes leviore opera ac mutatione κατὰ τὴν τῶν Σικελῶν legere. Wess.

ead. l. 11. Καὶ τῶν Ἐρκτῶν) Infra Lib. XXII Eclog. XII Ἐρκτὴν φρούριον nominat. RHOD. Polybius Lib. I, 56, ἐπὶ τῆς Εἵρκτης λεγόμενον τόπον, cui propter mare inter Erycem & Panormum ſedem attribuit. Conſule Ph. Cluverii Sicil. Antiq. L. II, p. 277. WESS.

ead. l. 14. Μετὰ τὴν ἅλωσιν — Μοτύης) Inſpice not. in L. XIII, 54. WESS.

Pag. 305. *l.* 4. Μηχανὰς —— πλῆθος ἄπιστον) Debetur compendii auctori. Diodorus μηχανῶν &c. πλῆθος ſcripſiſſet. WESS.

ead. l. 13. Ἀποκαλοῦντες μηδενὶ τρόπῳ συγχωρεῖν) Deeſſe ἔλεγον arbitratur Rhodomanus, quîcum, tametſi id verbum ſaepe reticeatur, diſſentire nolo. WESS.

Pag. 306. *l.* 8. Καὶ βελῶν — ἀγομένων) Ἀχθομένων, quod olim erat, ita vir doctus refinxit, arbitratus & ἐκχεομένων poſſe legi. Ego ἀφιεμένων praeferrem. WESS.

Pag. 307. *l.* 5. Ὅτι τὰς Αἰγέας διαρπάσας) Hiſtoriam hanc narrat Plutarchus in Pyrrho (p. 400 D.) τῶν δὲ Αἰγαίων κρατήσας ὁ Πύῤῥος· quae interpres ſic reddidit, *Aegaeos ubi habuit in poteſtate*, cum *Aegeas* vertere debuiſſet, quod eſt oppidum Macedoniae. Ptolemaeo Αἰγαία, Plinio & Solino *Aegae*, cui oppido a ſe condito Caranus ex re nomen dedit. Oraculo enim iuſſus ibi urbem condere, ubi capras reſidentes vidiſſet, quas αἶγας Graeci vocant, ita urbem hanc nominavit, ut docet Solinus & Iuſtinus lib. VII, 1. Ad illud oraculum alludit Dio Chryſoſtomus Orat. IV, (p. 70 C.) de Regno, in qua Diogenes Alexandrnm Macedonem ſic affatur: ὥσπερ ὁ πρόγονός σου Ἀρχέλαος ὃς ἦλθεν εἰς Μακεδονίαν αἶγας ἐλαύνων. καὶ ὁ Ἀλέξανδρος ἐγέλασε, καὶ ἔφη, τὰ περὶ τὸν χρησμὸν, ὦ Διόγενες, λέγεις. Cum Dione conſentit Hyginus fab. 219, & Archelao Temeni filio id adſcribit. *Inde*, inquit, *profugit ex reſponſo Apollinis in Macedoniam capra duce, oppidumque ex nomine caprae Aegeas conſtituit.* VALES.

ead. l. 7. Οἱ δὲ πυθόμενοί τινων &c.) Adſtruxerat Valeſ. praepoſitionem, ſcripſeratque παρά τινων, quam ego, ut Salmaſius voluerat, delevi. Sine ea oratio bene conſtat. Dubito etiam, an male corripiatur Plutarchi interpres: certe quae ſtatim adduntur τάτε ἄλλα χαλεπῶς ἐχρήσατο τοῖς ἀνθρώποις, cives Aegarumque incolas requirunt. Mitto addere, Αἰγαίους urbis eius habitatores dici, oppidum Αἰγὰς aut Αἰγέας. WESS.

ibid. Τοὺς βασιλικοὺς τάφους) Aegis erant Mauſolaea regum Macedoniae ex inſtituto Perdiccae, qui primus Macedonum rex fuit, ut docent Plinius ac Solinus, & Iuſtinus in lib. VII, 1. VALES. Planiſſime Diodorus Lib. XIX, 52: ἔτι δὲ Κύνναν — ἔθαψεν ἐν Αἰγαῖς, καθάπερ ἔθος ἦν τοῖς βασιλεῦσι. WESS.

Pag. 308. *l.* 1. Πολλὰ μὲν φρούρια αὐτοὶ &c.) Hic lacuna eſt, non niſi ex auctore aut accuratioribus manuſcriptis explenda. Si tamen divinare liceat, haec interim poſt φρούρια intexe τοῖς στρατιώταις διακατεῖχον, vel ἠσφάλισαν. RHOD. Hiatus manifeſtus. Quid deſit, nemo facile dixerit, quamquam hiſtoria obſcura non eſt. Lege Iſ. Caſauboni Commentar. in Polyb. p. 134. WESS.

ead. l. 6. Ἐπὶ τὸ Ἀμήσελον) Ad amnem *Cyamoſorum* ait Polybius L. I, 9, unde refingendum eſſe Diodorum ſuſpicatur Caſaubonus dicto loco, cui ego quidem aſſentiri non poſſum. Hic de caſtello, illic de amne ſermo eſt, rebus utique diverſis. *Ameſclum* alibi, fateor, non eſt obvium: at multa ſunt Siciliae oppida & caſtella, quae uni Diodoro debentur. Mox Κεντοριπίνων & Ἀγυριναίων reſtitui nomina, a librario depravata. WESS.

Pag. 309. *l.* 3. Ἐμβαλὼν δὲ εἰς Μεσσήνην) Εἰς Μεσσηνίαν legit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II, p. 303. Sed Μεσσήνη hoc loco non eſt urbs, ſed regio, χώρα, non πόλις, de quo iam olim monuit auctor Ἐθνικῶν, ſicuti optime animadvertit Iſ. Caſaubonus in Polyb. p. 136, qui & mox παρὰ τὸν Λοίτανον ex Polybio ſuo L. I, 9, Λογγανὸν refingit, Cluverio non diſſentiente. WESS.

ead. l. 5. Ἱππεῖς δὲ α΄. φ΄.) Lege ͵α φ΄, eodemque verſu ἱππεῖς δὲ μ΄· ubi maior numerus extritus eſt. RHOD. Ἱππεῖς δὲ χιλίους πεντακοσίους) Ἔκδοσις Hoeſcheliana correctionem Rhodomani exhibet. Mox ἱππεῖς δὲ μ΄ citra dubium vitioſum eſt. Iſ. Caſaubonus ad Polyb. p. 136 numeri notam μ΄ progenitam cenſet ex α, ſive χ΄, i. e. χιλίους, *mille*, probabili coniectura. WESS.

Pag. 310. *l.* 5. Καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτοῦντος) Fuiſſe puto καὶ διὰ τὴν — πλεονεκτούντων, continuata enallage, quam exorſus erat. WESS.

ead. l. 7. Ἐπὶ καὶ τὸν λόφον &c.) Aut οἱ δὲ τὸν cum Rhodomano lege, aut, quod mihi magis arridet, ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ τὸν &c. Sic certe proxime a vulgato receditur. WESS.

Pag. 311. *l.* 1. Νυκτερεύσαντος αὐτοῦ) Praeſtat νυκτερεύ-

σων ex Rhodomani conjectura. In Hamilcare, Syracuſas oppugnante, ſimile exemplum deſcripſit L. XX, 30, Diodorus. WESS.

ead. l. 13. Ἐν τῇ Λιπάρας νήσοις) Ἐν τῇ Λιπάρας (vel Λιπάρᾳ) νήσῳ. RHOD.

Pag. 312. *l.* 4. Εἰσήγαγεν — στρατιώτας μ') Nimis exiguum hoc praeſidium: ideo maior etiam hic numerus videtur omiſſus. RHOD. Idem peccatum, de quo paullo ante. Aberrans librarius μ' poſuit pro χ', i. e. *quadraginta* pro *mille*. WESS.

ead. l. 12. Πολεμῆσαι Μεσσήνην) Noli mutare. Mox auctor Lib. XXIII Eclog. 2, ἐποιήσαντο —— συμμαχίαν Ῥωμαίους πολεμῆσαι, & plurimis aliis in locis. Vide L. IV, 61. WESS.

Pag. 313. *l.* 5. Ἄννων ὁ Ἀννίβου) Proſpera Hanno ſub adventum in inſulam fortuna uſus eſt, deinde offendit, a Mamertinis arce, quam tenebat, expulſus: quem caſum, ut erant Poeni in duces, ſi quid male ceſſerat, crudeles, crucis ſupplicio luit, Polybio L. I, 11, referente. WESS.

Pag. 314. *l.* 4. Ἐπὶ τοῦ λόφου —— Χαλκιδικοῦ) Sic melius. Polybius περὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὄρος, nullo diſcrimine. Nam Diodorus montes Siciliae, etiam celſiſſimos, λόφους vocare aſſuevit. Imminebat mons Chalcidicus Meſſanae oppido a parte meridionali. WESS.

ead. l. 6. Εἰς τὰς καλουμένας Εὐνεῖς) In notarum ſuarum Addend. Εὐνὰς Rhodomanus refingebat, quem ſequi noli. Polybium potius dicto loco audi, περὶ Πελωριάδα στρατοπεδεύσαντες, τῷ δὲ πεζῷ —— περὶ τὰς Σήνεις καλουμένας. Vides vocabuli productionem bene habere, nec liquidum tamen, utra ſcriptura, *Senes* an *Eunes*, praeſtet. WESS.

ead. l. 13. Τῆς πολιορκίας προσεπηγγέλλετο) Iſta ſic in ordinem redigenda ſunt & ſupplenda: πολιορκίας. δημηγορῶν δὲ προσεπηγγέλλετο, πρὸς Ἱέρωνα πολέμῳ (vel πολεμῶν) μὴ ἐπιβήσεσθαι. RHOD. Vereor ut locum bene vir doctus perceperit. Appius Claudius legatos miſit ad Hieronem & Carthaginienſes, qui utroſque monerent, Meſſanam obſidione ſolverent: iiſdem Conſul mandavit, ut Hieronem privatim convenirent, eique confirmarent, nihil a ſe hoſtile contra ipſum cogitari. Quare de oratione Appii, quae Latinis inſeruntur, non conveniunt. Locus negligentia aut excerptoris aut amanuenſis mutilus eſt: ſententiam optime veſtigavit Caſaubonus ad Polyb. p. 146. WESS.

Pag. 315. *l.* 9. Πρῶτον ἀσπίδας τετραγώνους εἶχον) Credo in Diodoro fuiſſe ϑυρεοὺς, *ſcuta*, quae ferme quadrata. Ἀσπὶς rotunda erat. Compendiariae auctor imprudens haec permiſcuit vocabula, forſan etiam plura. Nam de Tyrrhenis clypeos eſſe ſumtos, exploratum non eſt. Romuli aetate Argolicos clypeos Romani gerebant, quibus rex iſte ſcuta Sabina mutavit & ſubſtituit teſte Plut. Rom. pag. 30. Poſt dein clypeis iterum fuerunt uſi uſque in Veiens bellum, quo ſcuta pro clypeis fecerunt apud Livium L. VIII, 8. Praeterea, uti Iulius Caeſar ait in Salluſt. Catil. c. 51, *arma atque tela militaria ab Samnitibus ſumſerunt;* ab Etruſcis vero pugnae ſtatariae, σταδιαίας μάχης, ordinem, ſi fides Athen. L. VI, pag. 273 F. Fieri poteſt, ut Excerptor Diodori diſputationem de Romanorum armis, & quid illi in re militari ex uſu ſuo mutaverint, male perceperit. Tu Lipſium adi Milit. Rom. L. III, 2. WESS.

ead. l. ult. Ἔφυγεν εἰς Συρακούσας) Sic Diodorus. Alii Hieronem cum Romanis pugnaſſe, ſed infeliciter, prodiderunt, uti Polyb. L. I, 11. Lege magni viri Comment. pag. 146 in eum ſcriptorem. WESS.

Pag. 316. *l.* 5. Τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων &c.) Duo Manii, Otacilius & Valerius. Adi Polyb. I, 16. WESS.

ead. l. 8. Ἧκον πρέσβεις — παρ' Ἀλαισίνων) Quod olim erat παρὰ Λασίνων correxi. Qui enim illi in Sicilia *Laeſini?* Ἀλεσῖνοι ſive Ἀλαισῖνοι notiſſimi ſunt. Vitium optime vidit & ſuſtulit Ph. Cluver. Sicil. Antiq. L. II, p. 288. WESS.

ead. l. 11. Ἐπιδόσειν — Ῥωμαίοις. ἦσαν &c.) Hic deeſt ὑπέσχοντο, vel ἐπήγγειλαν. RHOD.

Pag. 317. *l.* 2. Λαβόντες δραχμῶν ιε' μυριάδας) Sociata pax eſt ἐφ' ᾧ τὰ μὲν αἰχμάλωτα χωρὶς λύτρων ἀποδοῦναι τὸν βασιλέα Ῥωμαίοις, ἀργυρίου δὲ προσθεῖναι τάλαντα τούτοις ἑκατὸν, *ut rex captivos omnes ſine pretio Romanis redderet, inſuperque argenti talenta centum adiiceret,* apud Polyb. L. I, 16. At Diodori drachmarum centum & quinquaginta millia longe infra eam ſummam ſunt, talentaque dumtaxat viginti quinque rotundant, quae nec Romanorum cupiditati, neque opibus regis Hieronis, bene convenire videntur. Corrigit numerorum notas vir magnus ad Polyb. p. 162, ſcripſiſſe Diodorum δραχμῶν ν' μυριάδας, hoc eſt, quingenta millia drachmarum, ſive μυριάδας ξ', i. e. ſexcenta millia, quae centum aequant talenta; cui quidem hac in re nolo obniti, aliud cenſeo de verbo ἐᾶν, quod mox ad integran-

dam ſententiam ante *κυριεύειν* adſtruit. Melius eſt Rhodomani additamentum. Wess.

ead. l. 3. 'Αποδόντι κυριεύειν) Deeſſe exiſtimo *συνεχώρησαν*, & poſtea legendum Συρακουσίων καὶ —— ὑπ' αὐτοῖς. Rhod.

ead. l. 4. 'Ακρῶν — Αἰλώρων, Νεαιτίνων &c.) Caſaubon. dict. ad Polyb. loco refingit 'Ακρέων, ſive 'Ακραίων, qui Plinio *Acrenſes*, 'Ελωριτῶν & Νεκτίνων ob Ptolemaei Νέκτον. In alia omnia abit Ph. Cluverius Sicil. Antiq. L. II, p. 353 & p. 357, 'Ακρῶν, Λεοντίνων retinens, tum vero Μεγάρων, 'Ελώρου, Νέητου, Ταυρομενίου· oppida enim recenſeri, non oppidanos: quae quidem cauſa praegnans non videtur. Id certum eſt, Αἰλώρων primam ſyllabam ex corrupta pronuntiatione ſicuti & alteram vocis Νεαιτίνων videri natam: huius urbis incolae Νεητῖνοι, aut Νητῖνοι, ut optime Cluverius, oppidumque Νέητον, & Νῆτον, dicebantur: illius verum nomen Ἔλωρος erat, & civium 'Ελωρίων, quod forte voluit Excerptor, ſive 'Ελωριτῶν potius, idque ambo habuerunt a vicino fluvio, notabili ob piſces cicures & hominum ex manibus edentes. Docent Stephanus, Athenaeus, Plinius & Aelianus, ſed mire nunc pravus: *καὶ ἐν χλωρῷ δὲ Σικελίας· ὅπερ ἦν πάλαι Συρακουσίων φρούριον.* Sic vulgo L. XII de Animal. c. 30. Tu ἐν 'Ελώρῳ refinge; nam Gilii Πελόρῳ iſtic ne flocci quidem eſt. Wess.

ead. l. 7. Εἰς τὴν Ξιφωνίαν) Urbs & promontorium erat non longe a Megaride. Lege Ph. Cluver. Sicil. Ant. L. I, p. 136. Wess.

ead. l. 10. Καὶ Μάκελλαν) Situm urbis veſtigat idem Cluver. S. A. lib. II, p. 375, quem non longe a Meſſana Dio in Excerpt. Peireſc. p. 637 ſeiunctum fuiſſe indicat. Veriverbium Μακέλλης illuſtrare memini ad Itiner. Anton. pag. 490. De Adranone S. Bochartus Colon. Phoenic. Lib. I, 29. Wess.

ead. l. 14. Καὶ 'Αλιηναῖοι ἐποίησαν) 'Αλικυαῖοι bene Rhodomanus. Quae ſuccedunt continuo, ea flagitioſiſſime ſunt corrupta, neque inſtaurari poſſunt, niſi meliores ſchedae unde unde eruantur. Fecit, fateor, deſperatis medicinam Ph. Cluverius, ſed talem, quae modum excedit. Ita legit Αἰγίθαλλον δὲ, ὅνπερ νῦν καλοῦσι τὸν Ἄσκελον, ex poſtrema Eclog. 1 lib. XXIV. Praeterea Τυνδάριοι iubentur eſſe Δρεπάνιοι. Mihi non liquet. Vide Sicil. Antiq. Lib. II, p. 390. Wess.

Pag. 318. *l.* 6. Ἔγραψε δράματα ἑπτὰ καὶ ἐννενήκοντα) De fabularum numero nihil diſſentit auctor περὶ Κωμωδίας. Annos aetatis XCVI Philemoni Suidas, XCVII Lucianus Macrob. c. 25, contribuunt: utri verius, in incerto eſt. Id mihi liquet, annis XC, cum decederet, fuiſſe maiorem. Fabulas Philemon docere coepit ante Olymp. CXIII, uti auctor ille περὶ Κωμωδίας refert. Mortem cum vita commutavit anno primi Punici belli III, ſive Olymp. CXXIX, 3, namque eum ad annum, quae hic referuntur, pertinent omnia. Fac iam XXV aetatis attigiſſe, cum primam ſcriberet Comoediam, illud, quod affirmavi, manifeſtum deprehendetur. WESS.

ead. l. 10. Δέκα μυριάδες ὑπῆρχον) Verterat vir doctus, *Romanorum, qui Agrigentum obſederunt — centum millia erant*, inconſiderate. *Cui perſuaderi poterit, Romanorum in ea expeditione fuiſſe centum millia? Exiſtimamus nos quidem cum duobus Conſulibus binos conſulares exercitus adfuiſſe, eoſque iuſtos ac plenos: ſed in quatuor legionibus, etiamſi auxilia numeres, plures non fuerunt milites illis utique temporibus, quam XXXVIII millia, idque ad ſummum. At hoc Diodorus non dicit: verum iſtud potius*, Illi, qui Agrigentum cum Romanis obſidebant — centum millia hominum erant. — Haec Caſaubon. ad Polyb. p. 170, veriſſime. Suſtuli ergo ex Latinis iſtam maculam. WESS.

ead. l. 14. Μετὰ τὴν πολιορκίαν) Lege κατὰ τήν· namque Hanno, antequam Agrigentum Romanis dederetur, in Siciliam tranſmiſit. Inſpice Polyb. Lib. I, 18. Mox εἰς Σικελίαν recipi poteſt, quamquam Eclogarum auctor diſcrimen inter εἰς atque ἐν rarius attendit. WESS.

Pag. 319. *l.* 1. Φιλῖνος δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος &c.) Lege de Philino prudens Polybii iudicium L. I, 15. WESS.

ead. l. 7. Πεζοὺς μὲν γ'.) Hic depravatus eſt numerus. Quis enim crediderit, Hannonem duobus proeliis L Poenorum millia amiſiſſe, cum maiorem peditatum non adduxiſſet? Poſtea legendum videtur ζωγρίαις, vel διὰ ζωγρίας. Et ſtatim ἐλέφαντας δὲ συνέβη θανεῖν. RHOD. Vir magnus ad Polyb. p. 188 ſic corrigit, στρατιώτας, πεζοὺς μὲν μυρίους — ζωγρείᾳ δὲ δ'. ἐλέφαντάς φασι θανεῖν, *peditum amiſit* CCIↃↃ. -- *qui vivi in poteſtatem venerant, fuere* &c. haud male quidem, quamquam de peditum numero in dubio adhuc ſum. Quis enim alius tot amiſſos eſſe prodidit? Ad hoc ζωγρίας tolerabile videtur, de quo Rhodom. in notar.

ſuarum Correction. Ζωγρίας *tamen etiam maſculino gene* *uſurpare animadvertitur Diodorus.* Ζωγρίαν *ſane* ζῶντα *inter* *pretatur Favorinus. Ideo neque hic, neque alibi, ſexus & caſus mu* *tatione vel additione opus erit.* Vide Hoeſchelium ad Pho Biblioth. p. 27, & inferius L. XXV Eclog. 2. Wess.

ead. l. 11. Καὶ ἡ Ἐντελλίνα) Immo vero Ἔντελλα, cuiu cives Ἐντελλῖνοι. Vafrum Hannonis conſilium, quo de ſta tim, explicat Caſaubonus de ſtrategemate, quo Gallc mercenarios, qui non manebant in fide, ſimul & Roma nos ultus eſt, ad Polyb. p. 189. Wess.

ead. l. 14. Ἓξ δὲ μῆνας) Ex Polybio Lib. I, 19, ſepter menſium ſpatium obſidione Agrigenti abſumtum eſſe, com mode conficitur. Wess.

ead. l. 15. Δούλους δὲ ἄραντες) Caſaubonus δούλους δ ἄκραντες affert, idque mutat in δράσαντες, ad Polyb. p. 191 cui non obloquitur Zonaras, Agrigentinos omnes in ſerv lem conditionem redactos referens Annal. L. VIII, p. 29 neque etiam Oroſius Lib. IV, 7. Id certius, quod ἱππεῖ μ φ', χιλίους καὶ πεντακοσίους eſſe pertendit, μ' pro α' v χ', i. e. CIↃ, ut ſupra ſemel atque iterum, poſito. Wess

Pag. 320. *l.* 1. Ἱππεῖς δὲ μ φ'.) Forte φ μ'. Rhod.

ead. l. 4. Μύστρατον δὲ πολιορκήσαντες) Verum oppi nomen Μυτίστρατον, quod hic & inferius reſtituendun Vide Ph. Cluverium Sicil. Antiq. L. II, p. 383. Wess.

ead. l. 8. Καὶ ἀπέκτειναν ἑξακισχιλίους) In Hoeſch. edi ἐννεακισχιλίους. Ad Himeraeorum Thermas proelium e commiſſum, quo σχεδὸν εἰς τετρακισχιλίους Romanoru Hamilcar occidit: ſic certè Polyb. L. I, 24. Mox Μάζαρο ſive Μάζαρα, multo erit rectius. Wess.

ead. l. 14. Μετῴκισε τοὺς Ἐρυκίνους) Rhod. Ἐρυκήνου At melius iſtud. Drepanum Erycinorum fuerat portus, que civibus eo tranſductis Eryceque everſa urbe oppidum H milcar conſtituit ſub annum belli Punici I ſextum aut ſ ptimum. Errat enim Ph. Cluverius, in annum eius be primum referens Sicil. Antiq. L. II, p. 236. Nam quae a tecedunt ſequunturque hac in Ecloga, maximam parte a Coſſ. A. Atilio & C. Sulpicio adminiſtrata fuiſſe ex P lyb. I, 24, videbis. Adde Zonaram Annal. L. VIII, p. 29 ed. Venet. Wess.

Pag. 321. *l.* 9. Ἐπὶ Σιττάναν ἐλθὼν) Ibidem Polybi ἐπὶ πόλιν Ἱππάναν, qui omnia haec utrique Conſulu contribuit, & verius. Wess.

ead. l. 13. Ἔτι δὲ ποταμὸς Ἅλυκος &c.) Lacera haec ſunt Excerptoris aut deſcribentium ſocordia. Deſunt poſt fluvii nomen haud pauca, quibus indicabatur Halycum extremum finem eſſe Carthaginienſium in Sicilia ditionis, quod Ph. Cluverius Sicil. Ant. lib. I, p. 220, pulchre vidit. Scribe ergo ἔτι δὲ — Ἅλυκος . . . . καὶ ἄλλαις ἔσχατος. WESS.

Pag. 322. *l.* 8. Ἐπὶ τὴν φυσικὴν εὐλάβειαν) *Ad cautelam naturalem* interpres. Ego pietatem, quae hominibus a natura eſt ingenerata, malim. Ita fieri ſolet, ut, qui proſperis rebus infrequentiſſimi religionis fuere cultores, adverſa ubi contigerint, aut ſenectus premere coeperit morboſior, religioſiſſimi videantur, ne dicam ſuperſtitioſiſſimi. Lege de Tullo rege, nam prudens alia praetereo, Livium L. I, 31. Vide tamen, praeſtetne καὶ πολλάκις ἐν ταῖς &c. in ſuperioribus? WESS.

ead. l. 10. Ὅτι ῥᾷόν ἐστι τινὰ ἐχθροὺς γενέσθαι) Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς. Locus eſt mancus. Poſt ἄγαν δὲ reſtitue τὴν ἀπὸ τῶν. RHOD. Ὅτι ῥᾷόν ἐστι τινὰ [ὑπὲρ τοὺς] ἐχθροὺς — χρήσοιτο πειθόμενος) Sunt haec miſere luxata, ſanitatem tamen receptura, ſi ea inter ſe aptentur, quae conjuncta vides. Reliqua ſic ordino: Τῇ μὲν τῶν — κατηγορίᾳ διορθοῦσθαι συμβαίνει — καταφερομένους ἄγνοιαν· τῇ δὲ ἐπὶ — εὐφημίᾳ προτρέπεσθαι κ. λ. Et ne putes, audacius hic me graſſatum, adi Excerpt. Peireſc. pag. 266, ubi ea omnia. Praemiſerat Diodorus ſalubrem hanc admonitionem, praepoſueratque narrationi, qua victoris Atilii inſolentiam inſecutamque calamitatem exſequebatur. Redeant ergo addicentibus iſtis ſchedis ſuam in ſedem. WESS.

Pag. 323. *l.* 8. Τῇ μὲν γὰρ τῶν ἡμαρτ. κατηγορίᾳ &c.) Vide Eclog. 12 lib. XXIII. WESS.

Pag. 325. *l.* 6. Σὺν τοῖς ἐν ταῖς ναυμαχίαις ἀπολλυμένοις) Legebatur in veteri Codice ἀπολυμμένοις, e quo Valeſ. ἀπωλομένοις, Salmaſius ἀπολλυμένοις, quod & ego amplexus ſum, extudit. WESS.

ead. l. 11. Τῆς γὰρ προϋπαρχούσης αὐτῷ &c.) Eclog. XIII L. XXIII, ἀντὶ μὲν τῆς προϋπ. — πολλαπλασίας τὴν — ἠλλάξατο. Quod de annis XV, quibus bellum fuerit continuatum, praeceſſit, Annales affirmant. Fuiſſe tamen videtur καὶ ἐκ τοσαύτων νηῶν συνεστηκότας· nam quod vulgo legitur, pravum eſt. WESS.

Pag. 326. *l.* 10. Ἕκαστος γὰρ ἐθαύμαζε &c.) Sic ſchedae

manuſcriptae. Valeſius ἕκαστος γοῦν maluit, Salmaſio haud iniuria improbante. Locus diſtinguendus ita eſt: ἐπιφανείας — διαδοθείσης, (ἕκαστος γὰρ ἐθαύμαζε τὴν τἀνδρὸς ἀρετὴν, εἰκότως·) παράδοξον ἐφαίνετο πᾶσιν &c. Nam alterum γὰρ, quod poſt παράδοξον ſedem occupaverat, delendum eſt, ex priore imprudenter iteratum. WESS.

ead. l. ult. Ἐν πόλει μικρᾷ συμπεφευγότας) Clupeam eſſe, ex Polybio L. I, 34, videbis. WESS.

Pag. 327. *l. ult.* Ἀντὶ μὲν τῆς προϋπαρχούσης αὐτῷ δόξης &c.) De Regulo haec dicta fuiſſe, ex iiſdem Excerptis cognoſces: quae αὐτῷ cum habeant, cur non reſtituerem? Mox συγκεχωρημένον in iiſdem eſt. WESS.

Pag. 328. *l.* 7. Τοὺς γὰρ πᾶσι κρατοῦντας &c.) Xanthippus, qui rerum ſucceſſu ferociores contudit Romanos. In Excerpt. p. 267 melius τοῖς ὅλοις ἠλάττωσε. WESS.

ead. l. 13. Πάντα — βάσιμα καὶ δυνατὰ) Sic correxit Rhodom. qui & ἄγειν ſibi ſuſpectum profitetur, in διεξάγειν forte mutandum. Mallem ego, in exſilium ut abiret. Paullo ſuperius δοκούντων εἶναι περιεγένετο recte Excerpta. De ipſa re operae pretium feceris, ſi Polybium L. I, 35, inſpexeris. WESS.

Pag. 329. *l.* 3. Παντὸς κατισχύοντος) Placet πάντα κατισχύοντος. Legendum etiam πρὸς τὸ συμφέρον. RHOD. Sequi non audeo. Sunt laciniosa haec folia, nec ſententiam praeſtant integram. Forte ſenatum ſpectant Romanum, audita ſuorum in Africa clade, minime fractum ſuiſque conſiliis difficillima quaevis exſuperantem. WESS.

ead. l. 5. Φίλιστος δὲ ἱστορικὸς ἦν) Philiſtum hiſtorias ſcripſiſſe, nemo dubitat: at hoc tempore, quod Latina indicant, quis credet? Mortem hominis deſcriptam vide Lib. XVI, 16. Videtur Diodorus Philiſtum ad teſtimonium advocaſſe; alioqui praeſtaret Φιλῖνος, quem domo Agrigentinum geſtas bello Punico I res ſcriptione ſua exſecutum eſſe, ſuperius Eclog. VIII prodidit. WESS.

ead. l. 9. Ναῦς εἴκοσι καὶ τέσσαρας παραλαβόντες) Immo CXIV, ſi Polybio fides. Ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους ἑκατὸν δεκατέσσαρας. τοὺς δ' ἐν Λιβύῃ διαμείναντας νεανίσκους ἀναλαβόντες ἐκ τῆς Ἀσπίδος ἔπλεον αὖθις τῆς Σικελίας, ſic ſcribit Lib. I, 36, his multo diſtinctius, ſicuti & de naufragio amiſſiſque navibus cap. ſeq. Mox ἐξ αὐτῆς Καμαρίνας hiulcum videtur & barbarum. Fortaſſe voluit Excerptor ἐξ αὐτῆς πρὸς Καμαρίνας, *illico ad Camarinam*, aut quid ſimile.

Certe *μακρὰς ναῦς* ſcripſit, non *μικρὰς*, ut ex Polybio apertiſſimum. Wess.

Pag. 330. *l.* 5. *Εἰς τὸ Ὀλύμπιον*) Egit de ampliſſimo hoc Iovis fano, nunquam tamen peracto, L. XIII, 82. Wess.

ead. l. 7. *Εἰς τὸ Κεφαλύδην ἐλθόντες*) Hoc alibi Diodorus nominat *Κεφαλοίδιον*· atque ita legendum eſſe monet articulus. Rhod.

Pag. 331. *l.* 1. *Καὶ τῆς ἐκτὸς πόλεως κυριεύσαντες*) Hanc *Νέαν πόλιν* Polybius, partem alteram *Παλαιὰν* L. I, 38; at Zonaras Annal. L. VIII, p. 296, veterem urbem *τὴν ἄκραν*, illam *τὴν κάτω τοῦ Πανόρμου πόλιν* vocat. Wess.

ead. l. 6. *Μυρία δὲ σώματα* &c.) In not. Corr. adſcripſit Rhodomanus: *haud ſcio, an hic non legi debeat poſt punctum μυρία δὲ σώματα, x millia.* Requiritur enim copula *δέ*. Cui aſſentior ob orationis ſeriem. Id itaque reſtituo. Wess.

ead. l. 9. *Ἰετῖνοι δὲ ἐκβαλόντες*) Monuit ibid. vir doctiſſimus, ſuperius non *Ἰετίνους*, ſed *Αἰγίνους*, fuiſſe appellatos. Tu vide ad Eclog. xiv lib. XXII notata. Wess.

ead. l. 12. *Καὶ Ἠνατταρῖνοι καὶ Τυνδαρίδαι*) Poſſunt levi opera *Τυνδαρίδαι* fieri *Τυνδαρίται* ex Rhodomani decreto. Sed qui genus, unde domo *Ἠνατταρῖνοι* fuerint, id vero dictu perdifficile. Ph. Cluverio Sicil. ſuae L. II, p. 393, abunde viſum fuit de vocis corruptela admonuiſſe: mihi, ſi verum fateri licet, ΗΜΙΧΑΡΙΝΟΙ, qui *Hemicharenſes* in Plinio, fuiſſe videntur. Lege, quae de urbis eius veriore nomine diſputata ſunt Miſcellan. Obſerv. Vol. V, Tom. iii, pag. 104. Wess.

ead. l. 15. *Μὴ ἐασάντων αὐτοὺς ὁρμῆσαι*) Rectius legeris *ὁρμίσαι*, ut ambiguitas vitetur. Rhod.

Pag. 332. *l.* 2. *Ἀπώλεσαν ναῦς — ἑκατὸν πεντήκοντα*) Adi Polybium, qui de hac expeditione & naufragio diligentius lib. I, 39. Wess.

Pag. 333. *l.* 3. *Καὶ Ἑρκτὴν φρούριον*) Vide Eclog. L. XXII, 14. Wess.

ead. l. 7. *Διὰ τῆς Σελινουντίας — εἰς τὸ Πάνορμον*) Oportuerat *εἰς τὸν Πάνορμον*. Sequentis libri Eclog. i *εἰς τὴν Πάνορμον*, & paullo ſuperius hac Ecloga, excuſatius eſt. Flumen, Panormo vicinum, Vibius Sequeſter *Orethum*, loca aſpera, quae ſuperanda erant, ut ex Selinuntiorum finibus in agrum Panormitanum tranſitus pateret, Polybius L. I, 40, *τὰ στενὰ* vocat, deſcripta a Ph. Cluverio Sicil. Ant. L. II, p. 278. Wess.

ead. l. 10. Πάλιν δὲ καὶ τῶν ἐμπόρων &c.) Copulativa hic ſuperflua eſt: & recurrit anantapodoton Diodoro non alienum; niſi cui libeat poſt πληρούμενοι aliquid inſerere verbi, ut ἐθορύβουν, aut ſimile, & δὲ inter ἐπιπεσόντος & Καικιλίου. Analogicus contextus hic foret: ἐπιπεσὼν δὲ Καικίλιος ὁ ὕπατος αὐτοῖς, κατὰ κράτος αὐτοὺς ἐνίκησε, καὶ τῶν ἐλεφάντων &c. RHOD. Verborum, quae defectu laborant, & corrupta ſunt, ſententiam non male expreſſit Rhodomanus. In captorum elephantorum numero ingens eſt diſſidium, his CXX, aliis plures paucioreſve annumerantibus, uti diligenter oſtendit Pighius in Faſtis ad ann. DIII, pag. 49. Nec dubito tamen, quin numeri nota hic ſit vitioſa; longe enim infra ſummam eſt, quam plerique ſcriptorum ſignarunt. Sed vide Polyb. Lib. I, 40, & Florum Lib. II, 2. WESS.

Pag. 334. *l.* 1. Ὅτι Ἀμίλκας) Vide Suidam in Ἀμίλκας. Mox Salmaſius καὶ Καρχηδόνιος· tum, ut ſcripto erat in libro, Καρχηδονίων οὐ μόνον ὄντες τῶν προτέρων. Neutrum ſequor. WESS.

Pag. 335. *l.* 2. Ναυσὶ —— διακοσίαις καὶ τεσσαράκοντα) Polybius non ultra ducentas annumerat, bellique hunc fuiſſe annum XIV ait L. I, 41. WESS.

ead. l. 5. Εἰς τὴν Πάνορμον) Εἰς τὸ Πάνορμον, & paullo ante τῶν δὲ Σελινουντίων πόλιν. RHOD.

ead. l. 8. Καὶ χωστρίδας καὶ χελώνας) Mallem abeſſet media copula: notae in re militari χωστρίδες ſunt χελῶναι. Vid. ad lib. II, 27. Mox iterum tamen χελῶναι & χωστρίδες diſtinguuntur. WESS.

ead. l. 11. Ἕνδεκα μυριάδες) Si de ſolis accipias Romanis, numerus immanis erit. Credo in ſummam additos Siculos, qui operas Romanis praeſtabant. Obſeſſos praeter civium copiam Polyb. L. I, 42, εἰς μυρίους, ſive ad X millia fuiſſe prodit. Itaque numeri index in ſequentibus haud dubie eſt vitioſus. WESS.

Pag. 336. *l.* 2. Καὶ ἀνεθάρσησαν μετὰ τοῦ Ἀτάρβου) Turpis σύγχυσις, ab interprete non animadverſa, haec foedavit. Scribi debuerat, ἦλθεν — βοήθεια .... καὶ σῖτος μετὰ τοῦ Ἀτάρβου, καὶ ἀνεθάρσησαν. Venit enim una cum claſſe, quae recentem militem & annonam circumſeſſis afferebat, Adherbal, uti ex Polybio L. I, 44, & clariſſime ex Zonara Ann. L. VIII, pag. 298, conficitur. WESS.

Pag. 337. *l.* 2. Πάντα δὲ πολεμικὰ ὄργανα) Polybium

recte feceris ſi inſpexeris & Zonaram, hunc Annal. Lib. VIII, p. 299, illum L. I, 48. Wess.

ead. l. 10. Κρεωβροτοῦντες γὰρ μόνον &c.) Κρεωβοροῦντες γὰρ μόνοι ἦσαν. Sic lectio genuina habere ſe videtur; tametſi quid ſibi velit, non ſatis apparet. Rhod. Κρεωβοροῦντες γὰρ μόνον &c.) Paſſus ſum hoc ſedem ſuam recipere. Sed locus, ut plures in his Eclogis, mutilus eſt. Narraverat, credo, Diodorus, Romanos ad Lilybaeum morbo fameque fuiſſe immanem in modum divexatos: addiderat his cauſas ex corrupto victu, quas Excerptor magnam partem praeteriit. Peſtilentiae & annonae defectus non oblitus eſt Zonaras. Wess.

ead. l. 14. Ἀνεθάρσησεν αὐτοὺς) Legendum eſſe ἀνεθάρσυνεν, non fugit Rhodomani ſecundas in Correct. not. curas. Wess.

ead. l. 15. Τῶν δὲ Ῥωμαίων τὸν ὕπατον διαδεξαμένων) Hoc genus διαδέχεσθαι τὸν ὕπατον, *Conſuli ſucceſſorem dare*, recentiori Graecorum dialecto debetur: veteres, quod quidem meminerim, ignorarunt. Frequens eſt in Paſchali, uti vocatur, Chronico. Exempli cauſa de Iuſtiniano pag. 268 ed. Vent. καὶ εὐθέως διεδέξατο τὸν Ἔπαρχον τῶν Πραιτωρίων Ἰωάννην καὶ ἐποίησεν ἀντ' αὐτοῦ Ἔπαρχον τὸν Πάτρικιον Φωκᾶν. *Statim Praetorii Praefectum Ioannem praefectura exuit, ſublecto in eius locum Phoca Patricio.* Plura ſi velis, conſule diligentiſſimum Du Cange Appendic. ad Gloſſar. Graec. infim. pag. 55. Wess.

Pag. 338. *l.* 1. Καὶ παραλαβὼν) Ὃς παραλαβών. Tum ſtatim ἡ θάλασσα πάντα κατεσκόρπισε. Rhod. Claudii Pulchri inſolentiam atque inconſiderantiam vide in Excerpt. ex Diodoro Peireſc. p. 271, utereque, ſi libitum fuerit, additamentis Rhodomani: mihi non admodum videntur neceſſaria. Wess.

ead. l. 4. Τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε) Scripſit auctor ἐξήρτυσε, ut aſſolet. Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀντίγονος ἐξαρτύσας τὰς μακρὰς ναῦς Lib. XVIII, 72, ſaepeque alias. Wess.

ead. l. 6. Ἀπολέσας ναῦς ἑκατὸν ἑπτακαίδεκα) Si Polybium audis, amiſſis navibus XCIII, cum reliquis XXX fugam ingreſſus eſt Claudius, L. I, 51. A Polybio parum diſſentit P. Oroſius, quem vide L. IV, 10, ut paene putem in numeris Diodori ineſſe errorem. Wess.

ead. l. 11. Ἐν τηλικούτῳ κινδύνῳ ὄντας Καρχηδονίους &c.) Niſi ad abſolutos accuſativos Excerptor recurrat, haec difficulter excuſabit Grammaticis. De X quoque navibus, qui-

bus Poeni Romanorum CCX, ſive, ut apud Polybium, CXXIII, exſuperaverint, iuſta dubitandi cauſa eſt. WESS.

ead. l. ult. Ἐκ τῆς Δρεπάνης) Cur non ἐκ τῶν Δρεπάνων, uti antea? Vide Ph. Cluver. Sic. Ant. lib. II, p. 236. WESS.

Pag. 339. *l.* 5. Τῶν νεῶν τῶν ὁρμουσῶν) Rhodom. in notar. Correct. τῶν νεῶν redundare ait. Fortaſſe compendiariae auctor τῶν δὲ νεῶν, τῶν ὁρμουσῶν voluit. Lege Polybium L. I, 53. WESS.

ead. l. 11. Εἰς τὴν Φιντιάδα) Confer lib. XXII Eclog. 2. Oppidum erat portu defectum, πολισμάτιον ἀλίμενον, σάλους δ' ἔχον καὶ προβολὰς, ſcribit Polybius. Mox ναῦς μεγάλας & μακρὰς diſtinctim ponit, has longas ſive militares, illas onerarias eaſque maiores intelligens: alioqui μικρὰς refingere in facili foret. Inſpice Io. Schefferi Milit. Nav. L. II, 2. WESS.

Pag. 340. *l.* 12. Πρὸς τὴν γῆν τῆς Καμαρίνας) Πρὸς τῇ γῇ τῆς Καμαρίνας. RHOD.

ead. l. 15. Κάμψαντες τὸν Πάχυνον) Eadem Polyb. Lib. I, 54, cui adiunge P. Oroſium L. IV, 10. WESS.

Pag. 341. *l.* 5. Ἦλθε τὸ Λιλυβαῖον) In Addend. Rhodom. πρὸς τὸ Λιλυβαῖον· non male. Poterit tamen Excerptor ſe tueri Stephani auctoritate, qui a Lilybaeo adiectivum habet Λιλυβαῖος. WESS.

ead. l. 11. Ἐκυρίευσε τοῦ χωρίου) Carthalo non Aegithalli tantum potitus eſt, ſed Iunium Conſulem, Zonara referente, una cum praeſidio, quod in oppido erat, cepit. WESS.

Pag. 342. *l.* 7. Ὧν δὲ φύσει παράθερμος) Suidas in Παράθερμος haec habet: Ὧν δὲ φύσει παράθερμος καὶ παρακεκινηκὼς πολλὰ διώκει μανίᾳ προσεμφερῶς. τοσοῦτον δ' ἀφροσύνῃ διενεγκὼν τῶν ἄλλων, τῷ μηδ' ἐκ τῆς πείρας δύνασθαι διδαχθῆναι, τοῦ πρώτως ἐπιβαλλομένον σφαλῆναι. Quae hinc eſſe excerpta atque adeo inſtauranda quiſque videt. WESS.

ead. l. 11. Τά τε χώσματα — κατεσκεύαζε) Diodorus χώματα ſcribere ſolet. De Clodii inſolentia & vanitate vide Eclog. 1 L. XXIV, atque ibi τὰς ἀρίστας ναῦς ἐξήρτισε διακοσίας refinge: nam ἐξήρτησε, quod neſcio quomodo relictum iſtic ſit, aliud eſt & pravum. WESS.

Pag. 343. *l.* 2. Τοὺς δὲ συμμάχους ῥαβδίοις ἐμαστίγου) Ex hoc loco videtur confici, Conſuli aut Praetori ius haud fuiſſe in ſocios nominis Latini, praeter virgarum admonitionem. Tamen Polybius lib. VI, cap. 35, poteſtatem in ſocios Praefectis ſociorum nominis Latini competiſſe ait,

quemadmodum Tribunis in milites Romanos. Quo loco, *μαστιγῶν* tantum Polybius, non etiam *ξυλοκοπῶν* dixiſſe conſulto mihi videtur, eo quod fuſtuarii poena in ſocios non exercebatur. Ceterum Conſuli ac Praetori ius vitae ac necis in Praefectos ſociorum fuiſſe, ſatis conſtat ex Papirii Curſoris exemplo in Praeneſtinum Praetorem, apud Livium lib. IX, cap. 16, quod tamen poſtea lege Livia ſublatum videtur, qua vetitum eſt, ne in militem nominis Latini virgis animadvertere liceret, ut ait Plutarchus in Gracchis p. 838 E. Hinc explicandus eſt locus Salluſtii in Iugurthino cap. 69, *Turpilius verberatus poenas capite ſolvit, nam is civis e Latio erat.* VALES. Oſtendit hic locus, in cives aliter atque in ſocios fuiſſe animadverſum, non item leniorem ſociorum fuiſſe poenam. Ex Polyb. VI, 35, id confici quoque non poteſt: nam cum de Tribuno *κύριος δέ ἐστι*, inquit, *καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ ἐνεχυριάζων καὶ μαστιγῶν. τοὺς δὲ συμμάχους οἱ Πραίφεκτοι*, aequat tantum Tribuni & Praefecti in ſuos auctoritatem & dignitatem; alioqui, quia *ξυλοκοπῶν* non dicit, ſequeretur, ne fuſtuarii quidem poena legionarios potuiſſe plecti. Livia illa lex ſi valuiſſet, de qua re dubito, abſtuliſſet virgas & fuſtes ſociorum tergis. Turpillio certe nil profuit, *qui verberatus poenas capite ſolvit*, quia *civis e Latio* erat: gravius utique punitus, quam cives Romani, etſi ſimilis culpae rei. Fuiſſe vero in milites, qui cives non erant, in pari delicto gravius animadverſum, quam in cives Romanos, Scipio ad Numantiam oſtendit; *quem* enim *militem extra ordinem deprehendit, ſi Romanus eſſet, vitibus, ſi extraneus fuſtibus cecidit*, ut eſt in Epitoma Livii LVII, ubi omnino Dukerus eſt conferendus. WESS.

ead. l. 14. Ὅτι ὁ Ἄννων μεγαλεπίβολος ὢν &c.) Vide ſuperius ad L. I, 19; II, 7; V, 48. Mox *πολλὰ καταπράξεσθαι* iuſtum putares, niſi ſcriptoribus ipſis aliud viſum eſſet. WESS.

Pag. 344. *l.* 5. Τὴν Ἑνατόμπυλον) Urbs eſt in Africa, quam Hanno magnus in Carthaginis ditionem redegerat, ut narrat Polybius lib. I, cap. 73: *προστησάμενοι τὸν Ἄννωνα στρατηγὸν διὰ τὸ δοκεῖν τοῦτον καὶ πρότερον αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ἑκατοντάπυλον τῆς Λιβύης καταστρέψασθαι.* Condita eſt ab Hercule, ut narrat Diodorus libro IV, 18. VALES. Polybii Ἑκατοντάπυλον firmare poſſunt

Γείτονες ἀγχίθυροι Ῥώμης ἑκατονταπύλοιο

in Epigrammate Herodis Attici. Nec deſunt tamen praeſi-

dia Diodori Ἑκατομπύλῳ. Promiſcue Ἑκατοντάπυλον & Ἑκατόμπυλον dixerunt, ut Cl. Salmaſius exemplis ad eam Inſcriptionem p. 21 patefecit. Wess.

ead. l. 13. *Πάντων ὄντων δαψιλῶν*) Valeſius *πάντων τῶν δαψιλῶν* maluit. Tu diſtingue haec a ſuperioribus, nec mutatione opus erit. Vid. & L. V, 13. Wess.

ead. l. 15. *Ἡ μήτηρ τῶν νεανίσκων*) Matrem Atiliorum intelligit, viduam Atilii Reguli, eius, qui a Carthaginienſibus captus & crudeliter occiſus fuerat. Quod cum accepiſſent Romani, nobiliſſimos e captivis Carthaginienſium Atilii liberis excruciandos & necandos viciſſim tradiderunt, ut ſcribit Zonaras (pag. 297 ed. Venet.) Quare videndum, ſintne ii Boſtar & Hamilcar, de quibus Diodorus hic loquitur. Vales.

ead. l. ult. Καὶ νομίσασα δι' ἀμέλειαν &c.) Ex hoc loco concluditur, M. Atilium morbo mortuum eſſe, non vero ſub carnificum tormentis, ut clamat Silius Italicus, poëtice calamitatem hanc deflens, ſecutus T. Livium, ſi vera eſt Epitome L. XVIII. At maiorem fidem meretur Diodorus in hoc negotio, quippe Siculus, qui Carthaginis vicinae negotia potuit melius cognoſcere. Sed de eo infra amplius dicemus in notis ad Appianum. Palm. Non videntur vero affinia eruditiſſimo Palmerio, quae Romani ſcriptores de palpebris Atilio refectis neceque viri crudeliſſima memoriae prodiderunt. Cauſas fuſe dedit Exercitat. pag. 152. Huc autem evadunt: Polybium, qui belli Punici I hiſtoriam copioſe narravit, Atilii captivitatem diligenter attigiſſe, de atroci vero hoc ſupplicio ne verbum quidem feciſſe, nec quidquam etiam de itu eius Romam verſus, redituque: probabile eſſe, conſulto haec omnia reticuiſſe Polybium, ne cogeretur fidem hiſtoricam fallere narrando fabulam, quae Romae probabatur, vel Romanorum odium incurreret, ſi contrarium recepto apud eos rumori traderet. Ad hoc Diodorum diſerte perhibere, Atilii viduam ea fuiſſe opinione, Poenorum negligentia maritum ſuum periiſſe, de immani iſto ſupplicio nec eam nec filios quidquam produxiſſe. Itaque ex hoc Diodori loco & Polybii ſilentio confici poſſe, totam de M. Atilii ſupplicio tragoediam ad pulpita amandari debere & a veritate hiſtorica longe aberrare. Quae quidem prudenter a viro praeclarae eruditionis eſſe diſputata, nemo diffitebitur. Haec certe Diodori atrociſſimam iſtam Atilii necem redarguunt aperte. Id probare non

poſſum, quod Poenum, cui hic Βοδόστωρ nomen, Valeſius & Palmerius eundem eſſe cenſeant ac Boſtarem: Diodori Bodoſtor Romae inſignita viduae Atilii crudelitate deceſſit, Boſtar Carthaginienſis finito bello Punico I in Sardinia interfectus eſt apud Polybium L. I, 79. Haud quoque ſcio, an male mutetur ἐποίησε τοὺς υἱοὺς in ἔπεισε a duumviris iſtis. Memini in ſuperioribus ſimilem Diodori locum tractare & contra vim tueri: ſuum tamen cuique arbitrium relinquo. WESS.

Pag. 347. *l.* 4. Εἰς δὲ τὸν Λόγγωνα Κατάνης &c.) Non caret mendis hic locus, nec quomodo corrigendus & ſupplendus ſit, apparet. Interim lego ἐν δὲ τῇ χώρᾳ Κατάνης. In membro etiam mox ſequente defectus eſt poſt Βάρκας ὁ Καρχηδόνιος. RHOD. Nihil hunc locum mendoſi tinnire, haud equidem dixerim. At nimia eſt medicina, quam vir doctiſſimus adhibet. Opinor voluiſſe Excerptorem, prope oppidum agri Catanenſis *Longonem* caſtellum eſſe, cui nomen *Italio.* Id ſi admittas, utique mala non erunt, quae hic produntur. Ecce enim urbem tibi *Longonem* ſive *Longonam* ex Stephano: Λογγώνη, πόλις Σικελίας. Scio, diligentiſſimum veteris Siciliae deſcriptorem L. II, p. 394, Stephani illam Longonem inter urbes incerti ſitus retuliſſe; ſed melius L. Holſtenius, & ante eum Caſaubonus ad Polybium Lib. I, pag. 136. WESS.

ead. l. 14. Παρέλαβε τὴν πόλιν) Adi Polybium L. I, 58, & partem dumtaxat Erycis intelligendam eſſe cognoſces. WESS.

Pag. 348. *l.* 4. Λιγνάτιος δὲ ὁ ὕπατος) Pro Λιγνάτιος forte ſcribendum Καλατῖνος, tametſi hic Dictator fuit, non Conſul. RHOD. Verum eſt Λυτάτιος. Lutatius enim Catulus claſſe trecentarum navium, ut planiſſime Oroſius Lib. IV, 10, in Siciliam tranſvectus portum ad Drepana occupavit, Polybio teſte L. I, 59, ſive, quod idem, τὸ Ἐρυκίνων ἐμπόριον. Namque Erycini portu & emporio ſemper uſi ſunt, ubi poſtea Drepana fuerunt condita. Confer not. in L. XV, 73. WESS.

ead. l. 10. Πρὸς τὸν Ἔρυκα ἐρχόμενος) Hic Anantapodoton eſt, & iterum haud dubie defectus. RHOD. Recte & ex vero Rhodomanus. Hanno cum valida claſſe miſſus erat Carthagine, ut popularibus, ad Erycem haerentibus, ſubſidio eſſet, delatuſque ad inſulam Hieram, priuſquam hoſtes cognoſcerent, ad Erycem appellere magnopere contendebat. Conſul Lutatius, cognito Hannonis conſilio, ad

inſulas Aegates hoſtibus occurrit, ſuique poteſtatem fecit. Sic plenius Polybius L. I, 60. Wess.

ead. l. 14. Ῥωμαῖοι δὲ ὀγδοήκοντα [ἔλαβον]) Addidi id verbum, ne oratio claudicare pergeret. Polybius Poenorum demerſas fuiſſe naves quinquaginta, captas a Romanis αὐτάνδρους, ſive una cum claſſiariis & vectoribus, ſeptuaginta, praeterea captivorum ferme millia decem, lib. I, 61, prodidit. Quae vero ſtatim ſuccedunt, τριάκοντα μὲν εἰς τέλος, πεντήκοντα δὲ εἰς ἐπιμερισμὸν, ea non intelligo. Videtur Diodorus, modo haec eius ſint, de manubiis aliquid addidiſſe, ſed quod poëta ait,

——— *Brevis eſſe laboro,*
Obſcurus fio ———

id Excerptori hic, uti ſaepe antea, uſu venit. Wess.

Pag. 350. *l.* 1. Ἐπὶ ταῖς — Κυρίαις Δόξαις ἀπεφήνατο) Aurea Philoſophi verba Diogenes ſervavit L. X, 144: ὁ δίκαιος, ἀταρακτότατος· ὁ δ' ἄδικος, πλείστης ταραχῆς γέμων· ubi accuratiſſimum Menagium, minime Diodori oblitum, inſpice. Wess.

ead. l. 11. Λίβυες, Φοίνικες) An Λιβυφοίνικες ſcripſit? Φοίνικες certe, ſive *Poeni*, non bene his accenſentur, neque habet Polyb. L. I, 67, quem Diodorus exſcripſit. Wess.

ead. l. ult. Οἱ καὶ εὐτασίαν τότε) Defectus hic eſt. Τότε autem novam ſententiam exorditur. Legi interim poteſt οἱ καὶ ἀποστασίαν ἐποιοῦντο. Rhod.

Pag. 351. *l.* 1. Τότε συνιδεῖν ἐστιν ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας) Haec Diodorus ex Polybio excerpſit, τότε γὰρ ἦν, ſcribente Lib. I, 84, ὡς ἔοικε συνιδεῖν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατιγικὴ δύναμις ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. Id bene, quod στρατηγικὴν σύνεσιν ſervaverit Excerptor: ea enim verior ſcriptura & ipſi Polybio reſtituenda, quemadmodum ad L. XV, 69, oſtendimus. Wess.

ead. l. 4. Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἁμαρτίας &c.) Οὕτω τῶν κατὰ τὰς ἡγεμονίας ὄντων. Rhod. Si vir doctiſſimus Polybii recordatus fuiſſet, manum haud dubie ab ἁμαρτίας voce abſtinuiſſet. Sic ille, οὕτω καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως, & multo melius, lib. I, 88. Egerat Diodorus, ducem ſuum ſecutus, de Uticenſium & Hippacritarum continuando in defectione ſtudio, quod ſpes ipſis veniae apud Poenos eſſet nulla, addideratque egre-

giam illam narrationi ſententiam. Lege Excerpt. Peireſc. p. 277. WESS.

ead. l. 10. Καὶ τῶν σφαγέντων ἀνδρῶν τιμὰς ὑπερβαλλούσας) Hic iterum magnus eſt hiatus. Non enim cauſa tantum rebellionis decurtatur, ſed eventus etiam belli cum aliis circumſtantiis praeteritur. RHOD. Τιμὰς ὑπερβαλλούσας [ἀπῄτουν]) Addidi claudicanti orationi vocem poſtremam ex Polybio L. I, 68, qui conductitiorum horum militum inſolentiam & enormia poſtulata, ſecutique belli cauſas egregie perſequitur, ſicuti & Appian. Excerpt. Urſini XVIII, p. 356. WESS.

ead. l. 12. Ὑπὸ Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα) Haud poſſum exputare, cur uncinis circumdederint τοῦ Ἀμίλκα nomen viri docti? nulla quidem certe cauſa aderat: Amilcar enim eſt cognomine Barca, Hannibalis pater. Mutatur praeterea ἐκρατύνατο a Rhodomano in ἐστρατεύσατο, quod, qui volet, adſciſcat: ego Excerptoris ſermoni tribuo. Ceterum quod praeceſſit, καὶ ἐπολέμησαν ἔτη τέσσαρα καὶ μῆνας τέσσαρας, eo firmari egregie poteſt Livianum iſtud e lib. XXI, 2, *his anxius curis* (Amilcar) *ita ſe Africo bello — per quinque annos — geſſit*, cui infenſior Sigonius ob Polyb. L. I, 88, fortaſſe hinc adiuvandum, fuit. WESS.

Pag. 352. *l.* 2. Οὐ τηλικούτων ἐπειράθησαν ἀτυχημάτων &c.) Confer Eclog. 1 Lib. XXV. WESS.

ead. l. 12. Τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι) Giſgonis & Carthaginienſium ad ſeptingentos, quos immani crudelitate mutilatos & excarnificatos coniurati contrucidarunt apud Polybium L. I, 80. WESS.

ead. l. 13. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σπόνδιον) Spendium Campanum Polybius hunc vocat libro primo cap. 69, qui de huius Libyci belli hiſtoria conſulendus eſt. WESS.

Pag. 353. *l.* 4. Εἰς τὴν Καρχηδόνα) Polybius L. I, 81, εἰς Καρχηδονίους· in Codice Auguſtano εἰς Καρχηδόνα, quod verum eſſe, haec Diodori affirmant, bene Io. Henr. Boeclero Lect. Polybian. p. 25 monente. WESS.

ead. l. 15. Ἱππακρινοὶ) Hos Ἱππακρίτας Polybius libro primo, cap. 70, 73, ſemper appellat. Urbs ipſa Hippagreta ab Appiano dicitur in Libycis p. 111, quam moenibus, arce & portu Agathocles olim inſtruxit, media inter Carthaginem atque Uticam. Eius incolas ibidem Ἱππαγρετίους nominat. Sigiſmundus Gelenius, interpres Appiani, *Hipponem Zaritum* vertit, quod plane confirmat Zonaras p. 352,

ubi Ἱππῶνα eandem urbem vocat, quam Appianus *Hippagretam*. Quod ſi ita eſt, fallitur certe Appianus, qui id oppidum inter Uticam & Carthaginem medium eſſe dicit, cum ipſa potius Utica media inter Hipponem ſit atque Carthaginem. Suſpicatus ſum aliquando Ἱππακρίτας ab ἵππου ἄκρα dictos eſſe, cuius meminit Ptolemaeus in Africae deſcriptione, idque plane confirmat Stephanus Grammaticus, Ἱππούακρα πόλις Λιβύης· ὁ πολίτης Ἱππακρίτης. Fuerunt autem duae huius nominis urbes in Africa, teſte Diodoro lib. XX, 54. VALES. Vide, quae diſputavi ad L. XX, 54 & 57. WESS.

Pag. 354. *l.* 5. Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας) Lege ὁ καὶ Βάρκας. VALES. Ἀμίλκας καὶ ὁ Βάρκας) Ex ſequentibus patet, de uno ſolo viro hoc loco mentionem fieri: utitur enim ſemper numero ſingulari παρασχόμενος & πολιτευόμενος, & ſic ſemper. Ideo corrigendus hic locus eſt, quod facillime fiet legendo ὅτι Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας. Nam binominis fuit Hamilcar ille: teſtis Aemilius Probus ſive Cornelius Nepos in eius vita, quae ſic incipit: *Hamilcar, Hannibalis filius, cognomine Barca.* Et Polyb. lib. I, c. 56, οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες αὐτῶν Ἀμίλκαν, τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον· & paſſim apud auctores, & ipſe Diodorus infra Excerpt. horum p. 282, Ἦν γὰρ υἱὸς Ἀμίλκα τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου. PALM. Ἀμίλκας ὁ καὶ Βάρκας) Certiſſima virorum praeſtantiſſimorum eſt coniectura, neque adeo veritus ſum ex eorum opinione locum inſtaurare. Lege, ſi operae putaveris, not. ad Eclog. 1 L. XXV, p. 351. WESS.

Pag. 355. *l.* 9. Πολεμήσας δὲ Ἴβηρας καὶ Ταρτεσίους) Rhodomanus πρὸς Ἴβηρας. At ſolet Excerptorum auctor, exemplo meliorum, praepoſitionem in hoc genere negligere. Scribe vero Ταρτησίους aut Ταρτησσίους, uti oportet, & vide de Amilcaris Hiſpanica expeditione Appian. Iber. pag. 428. WESS.

ead. l. 15. Καὶ φυγὼν) Hic muta φυγὼν in ἔφυγε, & πρὶν in πρό· tum ſtatim πάλιν ἔφυγε καὶ τὸ πλεῖστον — διὰ ζωγρίας ἐλήφθη. RHOD.

Pag. 356. *l.* 2. Καὶ ζωγρίας ἐλήφθη) Sic poſt pauca ζωγρίας δὲ ἔλαβε δισχιλίους. Quae quidem faciunt, ut nihil mutandum cenſeam. Ipſe vir doctiſſimus additamentum, quod hic adſtruxerat, ſecundis curis repudiavit ad Eclog. 8 L. XXIII, & merito. Alexandrini Interpretes Deuteron. II, 33, οὐ κατελίπομεν ζωγρίαν· & clarius Maccab. Lib. II,

cap. XII, 35, *καὶ βουλόμενος τὸν κατάρατον λαβεῖν ζωγρίαν.* Cteſias Perſic. cap. 9, p. 637 ed. Gronov. *ζωγρίαν δὲ λαβὼν τὸν Ἀμυρταῖον.* Quibus in locis ſi praepoſitionem deeſſe velis, neſcio an iniqua ſis poſtulaturus. WESS.

ead. l. 5. *Τῇ πειθῷ προσηγάγετο*) Putes hinc lucem accendi *πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις* in priore S. Paulli ad Corinth. c. II, 4. At contra accidit. Scripſerat *τῇ πειθοῖ*, ut alibi Diodorus adſuevit. Vidit & hoc Rhodomanus. WESS.

ead. l. 12. *Καλέσας αὐτὴν — Ἄκραν Λευκὴν*) Interpres *Candidam Arcem.* Cogitaveram de *Promontorio Albo*; at iſtud in Africa ad fretum Herculeum contra Mellariam vicum Hiſpaniae apud Plinium L. III H. N. principio. Itaque alii Poenorum hanc in Hiſpania coloniam indicent. De *Helice*, niſi *Illicis* ſit Plinii, aut, uti a Mela ſcribitur, *Illice*, quod ſuſpicari licebit, idem iudicium eſto. WESS.

Pag. 357. *l.* 7. *Ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη*) Non ita Polybius Lib. II, 1, nec Appianus Iber. p. 428. Tu viſe Ar. Drakenborchii notas ad Silium Italicum L. I, 143. Statim *ἐπὶ τοῦ ἵππου* Rhodom. mavult. WESS.

ead. l. 10. *Ἀμίλκας μὲν οὖν, καίπερ πολλοῖς* &c.) Haec ſubiuncta fuiſſe videntur elogio, quo mortuum Amilcarem Diodorus proſecutus erat. Partem eius ſervant Excerpt. Peireſc. p. 278. WESS.

Pag. 358. *l.* 6. *Ἔσχε θυγατέρα βασιλέως Ἴβηρου*) Lege *βασιλέως Ἰβήρων. ὑπὸ πάντων δὲ Ἰβήρων.* RHOD. Non muto. Uſus patitur *Ἴβηρον* & *Ἰβηρικὸν*, ut ex Stephano notum. WESS.

ead. l. 9. *Ἣν προσηγόρευσε Νέαν Καρχηδόνα*) De Nova Carthagine, quod de matre eius Salluſtius, tacere praeſtat, quam pauca dicere. Adi S. Bochartum de Phoenic. Colon. L. I, 35, & P. Marcam Marc. Hiſp. II, 5. Alteram urbem ab Aſdrubale conditam, ubi repperero, indicabo. WESS.

ead. l. 13. *Ὑπὸ δὲ οἰκέτου ἐπιβουλευθεὶς ἐσφάγη*) Aſſentitur Appian. Iber. p. 430, Polybius L. II, 36, Livius Lib. XXI, 2; neque opus eſt alios addere. WESS.

Pag. 359. *l.* 4. *Ἀνεῖλον — ἕνα Ῥωμαίων ὕπατον*) C. Atilium, quo de Polybius L. II, 28, ſicuti de priore adverſo Romanis proelio ibid. c. 25. WESS.

ead. l. 5. *Πεζῶν μυριάδας ο′, ἱππέων δὲ ἑπτακισμυρίους*) Hic enorme in utroque numero mendum eſt: pro *ο′* forte *ε′*, & pro *ἑπτακισμυρίους* ſcribendum *ἑπτακισχιλίους*. Im-

perfecta etiam conſtructio eſt, nec ſequentia carent vitio. Lego tamen, ἐν δύο δὲ πολέμοις (pro δύο μάχαις) ἡττημένων, enallage numerorum auctori frequentiſſima. Rhod. Manum vir doctiſſimus a numeris mutandis cohibuiſſet, ſi in mentem veniſſent, quae Plinius habet L. III, 20, aut iſta ſaltem Polybii L. II, 24: τὸ δὲ σύμπαν πλῆθος τῶν δυναμένων ὅπλα βαστάζειν, αὐτῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων, πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς ΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑ ΜΥΡΙΑΔΑΣ, ἱππέων δὲ εἰς ΕΠΤΑ ΜΥΡΙΑΔΑΣ. Inde enim haec ſumta. Quae ſuccedunt, a Rhodomano recte in ordinem rediguntur, relinquenda tamen barbari Excerptoris genio. Wess.

ead. l. 9. Ὥστε καὶ τὸν — θερίσαι τὸν τράχηλον) Compendiariae auctor antiquum obtinet, paucaque hinc & inde decerpendo orationem luxat. Diodorus deſcripſerat pugnam, qua Gallorum ad XL millia perierant, captaque ferme decem fuerant una cum regulo Concolitano: addiderat regum alterius Ancereſti, ex proelio elapſi, voluntariam necem. Itaque iuſtum eſt θερίσαι, neque malum cenſebitur ὑπ' αὐτοῦ, ſive ὑφ' αὐτοῦ, modo intelligatur Conſul Aemilius, cuius ductu atque auſpiciis geſta ea ſunt. Lege Polyb. L. I, 30, 31. Wess.

Pag. 360. *l.* 2. Ῥωμαίοις σῖτον ἀπέστειλε) Saepe Hiero eiuſcemodi liberalitate Romanorum horrea repleſſe legitur apud Livium L. XXII, 37, Eutropium Lib. III, 1, alios. Wess.

ead. l. 8. Ζακανθαίων δὲ ἡ πόλις πολιορκουμένη &c.) Corrigebat Rhodomanus Ζακανθαίων δὲ τῆς πόλεως πολιορκουμένης· tum συνήγαγον εἰς τὰ ἱερὰ τὸν χρυσόν. Neutrum equidem probo. Priora, ut pleraque in his Eclogis, ſunt defecta. In poſterioribus τὰ ἱερὰ ſunt donaria vaſaque ſacra. Audiatur Appian. Iber. p. 435: τὸν μὲν χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ὅσος ἦν δημόσιός τε καὶ ἰδιωτικὸς —— εἰς τὴν ἀγορὰν συνήνεγκαν καὶ μολύβδῳ καὶ χαλκῷ συνεχώνευσαν, ὡς ἀχρεῖον Ἀννίβᾳ γενέσθαι. Quae mire ſunt Diodoro conſentanea, ſicuti etiam, quae de erumpentibus ex urbe Saguntinis & in hoſtes ſtrenue pugnantibus adduntur: alii enim aliter. Conf. Livium L. XXI, 14. Mox ἀργύρεα σκεύη idem Rhodomanus. Wess.

ead. l. ult. Ἑαυτὰς δι' ἀγχόνης ἀπέπνιξαν) Rhodom. verterat *vapore fornacum ſemetipſas ſuffocarunt*, arbitratus, credo, ſcribendum eſſe χώνης aut χωνείας· dein ſecundis curis *pro vapore fornacum*, inquit, *verte* laqueo. Δι' ἀγχόνης

enim cum doctiſſimo Hoeſchelio eſt legendum. Et bene. Verum hinc dubium id augetur, de quo ad Eclogarum initium commemoravi. Δι' ἀγχόνης appoſitum eſt margini edit. Hoeſchelii, ſicuti ceterae omnes emendationes, quarum partem probavi, alias repudiavi. Et omnes tamen ſibi tribuit vir eruditiſſimus. Ut ut eſt, δι' ἀγχόνης recipiendum cenſui. Wess.

Pag. 362. *l.* 3. Θνητῇ δὲ φύσει, κἂν ὅλως ἐπιτετευγμένη &c.) Illuſtrat egregium hunc locum Franciſc. Iunius in Catalogo Architect. &c. pag. 21 & 141 &c. Mox ἐπὶ τῇ τῶν — κατασκευῇ Rhodomanus optime. Wess.

ead. l. 10. Προσαγαγόντες εἰς ἀκροτάτην) Προαγαγόντες εἰς ἀκρότατον. Tum τὰς ἀγνοίας ἐλέγχων. Rhod.

Pag. 363. *l.* 7. Ἐστὶ γάρ τινα τῶν ἀνθρώπων φιλόφθονα &c.) Ornat hanc nationem, nondum intermortuam, ex virtutibus ſuis Diodorus, nec minus Baſilius Magnus Homil. XI, p. 25, Tom. II, quem adiiſſe non poenitebit. Wess.

Pag. 364. *l.* 1. Εὐδοξίαν ἐπιφέρεσθαι) Ἀποφέρεσθαι. Quae ſtatim annectuntur, ſic emendo: εἰσὶ γάρ τινες, οἶμαι, φύσεις καὶ καθάπερ &c. Rhod.

ead. l. 7. Οὔτε βουλόμεναι δρᾷν, οὔτε δυνάμεναι) Et qui poſſent tandem invidentiae hac macula infecti? Ὅσοι γὰρ τὰ καλῶς ῥηθέντα ἢ πραχθέντα διὰ φθόνον οὐκ ἐπαινοῦσι, πῶς οὗτοι ἂν τοῖς ἔργοις ὠφελήσειαν; ut probe olim & praeclare Anaximenes. Wess.

ead. l. 8. Διὸ τοὺς εὐφρονοῦντας &c.) Neſcio an mutatione accuſativi in dativum reſtituendus hic locus ſit iſto pacto, τοῖς μὲν &c. κατωρθωκόσιν ἀρετήν· vel poſt εὐφρονοῦντας collocetur praepoſitio ἐπὶ, vel εἰς, vel πρός. Tu, lector, iudica, & melius εὐστόχει. Rhod. Διὸ [χρὴ] τοὺς εὐφρονοῦντας &c.) Hoc recepi, & τοῖς κατωρθωκόσιν, quamquam praeſtare nolim, ita veniſſe ab auctore. Wess.

ead. l. ult. Χειμαλειπτήσας) Pro χειμαλειπτήσας repono σωμαλειπτήσας. Etiam hic Apodoſis comparationis refecta eſt. Rhod. Χειραλειπτήσας) Verius eſſe χειραλειπτήσας, quorſum χειμαλειπτήσας Hoeſchelianum manifeſto ducit, didici ex Suida, qui in Χειραλειπτήσας· Φάβιος Δικτάτωρ, καθάπερ ἀγαθὸς ἀθλητὴς πολὺν χειραλειπτήσας χρόνον, ἐπὶ τὸν ἀγῶνα κατήντα. ἀντὶ τοῦ, ἀσκήσας τὴν χεῖρα. Itaque id inſtauravi. Wess.

Pag. 365. *l.* 2. Καὶ δύναμιν πεποιημένος) Sic pro πεποιημένων refingo. Pertinent ad Fabium, clariſſimo Suidae in-

dicio. Vir doctus in not. ſuarum Correctionibus *περιπεποιημένων* ſcribendum monuerat, quaſi *δύναμιν ποιεῖσθαι* a ſermonis genio abluderet, quod ſecus eſſe ad Lib. XI, 39, exemplis firmavi. Wess.

ead. l. 5. *Σώσιλος δὲ ὁ Ἴλιος*) Rhodom. *ὁ Ἰλιεύς*. Vulgatum defendet Stephanus Byzant. in *Ἴλιον*. Soſilum ob aniles fabulas & leves rumuſculos hiſtoriae inſertos graviter taxat Polybius L. III, 20. Vide Voſſium Hiſtor. Graec. Lib. I, 17, male haec exſcribentem, atque ea ex cauſa notatum a Boſio ad Nepot. Hannib. c. 13. Menodoti vero, domo Perinthii, qui res Graecas commentariis ſuis eſt complexus, apud alios pleroſque obſcuriſſima eſt fama. Voſſius plures eo nomine recenſet, de Perinthio nihil. Habet hominem Io. Ionſius L. IV de Script. H. Phil. ſect. 37, ſed aliam in patriam tranſcriptum. *Menodotus Corinthius*, inquit, *libris XIV τὰ Ἑλληνικὰ complexus eſt, ut auctor eſt Diodorus Sic. Ecl. L. XXVI*; quem quidem errorem Rhodomani Latinis debet, in quibus & domo *Corinthius*, & ſcriptor librorum XIV perhibebatur. Mihi ſuſpicio eſt, neque enim aſſeverari poteſt, Menodotum ab eo non eſſe diverſum, quem Diogenes Laërtius L. II, 104, & lib. IX, 115, teſtem appellavit. Wess.

ead. l. 8. *Κατὰ δὲ Ῥωμαίους ἢ λεγεῶν* &c.) Vide diſtinctius in deſcribendis legionibus militumque, qui in ſingulis, numero verſatum Polyb. L. II, 24, & III, 107, & Appianum Hannib. p. 550. Wess.

ead. l. 11. *Τῇ δὲ τῶν φθασάντων — συνεπιτίθεσθαι*) *Τῶν πταισάντων — συνεπιτίθενται. τὴν γὰρ ψυχὴν* &c. Etiam hic cento imperfectum habet ſenſum. Rhod.

Pag 366. *l.* 2. *Ἀργυρίου ἓξ τάλαντα*) Legebatur *ἀργυρίους τάλαντα*, quod viri docti Hoeſchel. & Rhodom. prudenter mutaverunt in *ἀργυρίου ϛ′ τάλαντα*. Eſt tamen, qui numeri notam ſuſpectam facit, Polybius L. IV, 88, plura talenta ab Hierone in Rhodios benigniſſime collata referens. Ceterum ſi Diodorus terrae tremorem, quo coloſſus Rhodius & Rhodus ipſa corruit, Hannibale in Italia bellum gerente accidiſſe cenſuit, ut rerum ſeries videtur innuere, in errore fuit. Citius enim terra movit ſubverſuſque coloſſus eſt, uti dona Seleuci Callinici & Antigoni Doſonis, de quibus Polybius, expoſtulant. Lege Simſon. Chron. ad ann. 377. Forte Diodorus, Hieronis mortem, quam hoc contigiſſe tempore Excerpt. Peireſc. p. 281 in-

dicant, referens, eius in elogio, iſtius in Rhodios liberalitatis meminerat. WESS.

ead. l. 6. Ἡ νῦν δὲ καλουμένη Φιλιππόπολις &c.) Habet ex Polybio Lib. V, 100: Μακεδόνας δ' εἰσοικίσας (Philippus) Φιλίππου τὴν πόλιν ἀντὶ Θηβῶν κατωνόμασεν· quo loco cum Palmerius Φιλίππους τὴν πόλιν corrigit, viri ſollertiam laudo; nec ſequor tamen. Haec Excerpta Polybianae ſcripturae patrocinantur, neque nocet admodum Stephanus. Nam ceteri iſti ſcriptores, quos teſtimonium dicere iuſſit, Philippos Thraciae manifeſto errore in Theſſaliam tranſportarunt. WESS.

ead. l. 9. Καὶ μύρων παντοίων καὶ παντοίας &c.) Ante haec inſere χρῆσις, tum καὶ μύρων παντοίων πολυτέλεια. Tres enim voces καὶ παντοίας τρυφῆς ſuppoſititiae videntur. RHOD. Καὶ μαλακῆς εὐνῆς καὶ μύρων &c.) Nihil addi debet neque auferri; tantum παντοίας τροφῆς ſcribe, & ſana omnia praeſtabit auctor ipſe in Excerpt. Valeſ. p. 278. Deſcripſerat his Campanas delicias, quibus acer ille & paene invictus Hannibalis exercitus plane infractus eſt. Itaque τὴν μὲν μαλακὴν καὶ — ὑπομονὴν nihil hoc quidem loco eſt. Succurrebat Rhodomanus, τὴν μὴ μαλακὴν ſubſtituendo. Quanto rectius ipſemet auctor in Excerptis illis τὴν μὲν ἀλκὴν καὶ &c. (Vid. infr. p. 368.) WESS.

ead. l. ult. Καὶ τὰς πόλεις τῆς Ῥώμης Βρεττανίας &c.) Pro Βρεττανίας reſtituendum Βρεττίας. RHOD. Καὶ τὰς — τῆς Ῥώμης [καὶ] Βρεττίας &c.) Hoc ſecutus ſum, tametſi non ignorem, Cl. Salmaſium verbis iſtis uſum fuiſſe ad Solin. p. 227, ut Athenaeum Βρεταννίαν *Bruttium* appellaſſe teneret. Puto indoctorum amanuenſium haec eſſe delicta, adſtipulorque & Caſaubono in Athen. L. V, 11, & Holſtenio ad Steph. Σάμνιον, paria arbitratis. Mox ἕως Κροτώνης Graecorum recentiorum eſt: neque cum vero bene congruit, omnes Italiae urbes, Roma atque Neapoli exceptis, in victoris Hannibalis ius & ditionem conceſſiſſe. Atque haec ſufficiant. Laetabimur, ſi citra offenſas graviores ex lacunoſis iſtis incilibus & ſalebris emerſiſſe videamur. WESS.

Pag. 367. l. 10. Κεχορηγημένος δὲ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀγχινοίᾳ) Annibalem egregio a natura ingenio fuiſſe inſtructum, idque eum multo uſu & virorum eruditorum praeceptis haud parum adauxiſſe atque exornaſſe, Dio Caſſius agnoſcit in Excerpt. Valeſ. p. 593. Adde & T. Hemſterh. ad Lucian. D. Mort. XII, 3, notas. WESS.

Pag. 368. *l.* 4. Δωρίμαχος) De hoc Dorimachi ſcelere vid. Polybium in lib. IV, 67, (p. 460 ed. Gron.) VALES. In Polybio Δορίμαχος, quod ego verius arbitror, tametſi Codex Auguſtanus Diodori ſcripturae conſentiat. WESS.

ead. l. 9. Τρυφῆς γὰρ συνεχοῦς καὶ μαλακῆς &c.) Eadem haec de Annibalis exercitu, Campanis deliciis vehementer infracto, Eclog. 8 lib. XXV. WESS.

Pag. 369 *l.* 6. Ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς & ſeq.) Valer. Maxim. L IX, 2, 2 ext. *Quos vero in caſtra perduxerat* (Annibal), *paria fere fratrum & propinquorum iungens, ferro decernere cogebat: neque ante ſanguine explebatur, quam ad unum victorem omnes redegiſſet.* A quo non diſſentit Zonaras Annal. L. IX, p. 316 ed. Venet. At Polybium ſi adieris, videbis prudentiſſimum ſcriptorem Excerpt. p. 1386 in ambiguo eſſe, utrum Annibalis indoli avara & crudelia, quae a Romanis aggerantur, facinora tribuat, an amicis, qui circa eum fuerunt. WESS.

ead. l. 11. Πυρὸς γὰρ αὐτοῖς προσαγομένου) In ſchedis πρὸς Valeſius invenit, Salmaſius πυρός. Credo compendio vocem fuiſſe ſcriptam, atque inde veniſſe iſtam diſcordiam. Similis ſcriptura, in alio tamen genere, haec ſacri Oratoris verba inter Io. Chryſoſtomi Opera T. XII, p. 420 B. obſcuravit: Παῦλος γοῦν εὗρε πρὸς τὰ αἱρετικὰ ζιζάνια, ἀρχὴν μὲν λαβόντα, οὐδέποτε δὲ παῤῥησίαν δεξάμενα. Dederat auctor πρῶτος, nec aliud librarii voluerunt ſuo πρὸς, quod fraudi editoribus fuit. WESS.

ead. l. ult. Γέλωνος καὶ Ἱέρωνος) Gelo Hieronis Syracuſanorum regis filius fuit, ſed cum ante patrem mortuus esſet, regnum ad Hieronymum Hieronis nepotem Geloniſque filium pervenit; quare in his Excerptis male Gelo rex appellatur. Habuit porro hic Gelo in matrimonio Nereïdem Pyrrhi Aeacidae filiam, ut docet Polybius c. 1 Legationum, & Pauſanias in lib. Eliac. II, 12, & Iuſtinus lib. XXVIII, 3, qui poſt obitum Pyrrhi has nuptias celebratas eſſe manifeſte docet. Itaque errat Pauſanias, qui vivente adhuc Pyrrho id factum innuit his verbis: οὗτος ὁ Ἱέρων ξενίαν πρὸς Πύῤῥον τὸν Αἰακίδου, καὶ ὁμοῦ τῇ ξενίᾳ καὶ ἐπιγαμίαν ἐποιήσατο Γέλωνι τῷ παιδὶ Νηρηΐδα ἀγαγόμενος τὴν Πύῤῥου. Deceſſit e vita Pyrrhus Olymp. CXXVI. Hieronymus vero Gelone ac Nereïde genitus, Hieroni ſucceſſit Olymp. CXL, admodum puer, ut docet Polybius ac Diodorus. Quod ſi vivo adhuc Pyrrho Nereïs Geloni nu-

pſit, fieri non poteſt, ut ex iis ortus Hieronymus ſexaginta poſt annos puer ad regnum acceſſerit, XV annos natus. Ea enim aetate avo ſucceſſit, ut docet Livius lib. XXIV, 4. Verum itaque eſt, quod dixi, Nereïdem diu poſt Pyrrhi obitum Geloni nupſiſſe. Sed nec in eo tantum ibi fallitur Pauſanias, qui Hieronem Hierocl:s filium a Dinomene occiſum eſſe ſcribit, cum tamen ex Polybio, ac Livio, & Luciano in Longaevis ſatis conſtet. Hieronem ex morbo deceſſiſſe. Sed fortaſſe in Pauſaniae Codicibus lacuna eſt, & Hieronymi nomen deſideratur, qui a Dinomene eſt occiſus. Certe Dinomenem inter coniuratos nominat Livius lib. XXIV, 7. VALES.

Pag. 370. *l.* 5. Ἐξετράπη πρὸς τρυφὴν — καὶ τυρ. ὠμότητα) Inhumanam crudelitatem Livius aliique Hieronymo adſcribunt, Polybio non uſque quaque aſſentiente, cuius de puero hoc rege prudens iudicium lege Excerpt. pag. 1368. Pauſaniae errorem non reliquit intactum doctiſſimus Kuhnius. WESS.

ead. l. 6. Γυναικῶν ὕβρεις) Intemperantiae Hieronymi hoc vel maximum indicium ſit, quod publicum quoddam proſtibulum, cui nomen erat Pitho, uxorem duxerit ac reginam declaraverit, ut ſcribit Eumachus Neapolitanus lib. II rerum geſtarum Hannibalis (apud Athen. XIII, pag. 577.) VALES.

ead. l. 13. Μετὰ τὴν Ἱερωνύμου τελ.) Vide T. Livium lib. XXIV, 25, ubi haec fuſe & elegantiſſime narrantur. VALES.

Pag. 371. *l.* 1. Τοῦ Σεμπρωνίου) Idem narrat T. Livius lib. XXV, 17, qui tamen quoſdam de Gracchi ſepultura diſſentire ſcribit. VALES.

ead. l. 9. Φιλανθρώπως περιστείλας) Credo Valeſium ſcriptoris ſententiam optime expreſſiſſe. Annibal certe Sempronium ἔθαψεν καὶ τὰ ὀστᾶ Ῥωμαίοις ἔπεμψεν. in Appian. Annibal. p. 577. Namque ἔθαψεν nihil illic aliud indicat, quam ignium ſepulturam, ut alias oſtenſum fuit. Idem Marcelli oſſa urnae indita & recondita, ad filium remiſit, teſte Plut. Marcel. p. 316, & Appiano Annibal. p. 589, humanitatis haud oblitus. WESS.

ead. l. 15. Καταλύσαντες τὸν Λιβυκὸν πόλεμον) Id bellum eſſe, quod primo Punico defuncti in mercenarios & Afros ſumere Carthaginienſes coacti ſunt, ex Polybio L. I, 70, nemo ignorat. De Micatanis Numidis nil legere memini praecipuum. WESS.

Pag. 372. *l.* 5. Ὅτι οὐκ εἴασε τὴν τοῦ ἀνδρὸς — ἀνεπισήμαντον) Aemulatur apertiſſime in his omnibus Polybium L. XI, 2, quem contuliſſe non pigebit. WESS.

Pag. 374. *l.* 2. Πέλοπα τὸν Λυκούργου) Lycurgus, mortuo Cleomene, rex ab Ephoris per ambitum conſtitutus fuerat Olymp. CXL, ut docet Polybius lib. IV, 35. Huius filius Pelops a Diodoro hic nominatur. Cuius etiam meminiſſe mihi videtur Livius lib. XXXIV ſub finem in Oratione Titi Quintii ad Nabim. *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope rege Lacedaemoniorum iuſto ac legitimo facta eſt. Cuius ius tyranni quoque, qui poſtea per vim tenuerunt Lacedaemone imperium, uſurparunt, ſicut tu quoque hoc Macedonico bello feciſti.* VALES. Pelopem, Lycurgi filium, Spartanorum regem fuiſſe, haud certo conſtat. Machanidas certe, qui ſublato Lycurgo Spartanos tyrannide preſſit, regem Lacedaemone toleraſſe non videtur: ſi tamen, regis umbra fuit puer Pelops; quem cum Nabis principio tyrannidis interfecerit, merito viri eruditi ad Livii XXXIV, 32, dubitant de Pelope iſto Livii & Valeſii coniectura. Nabidis amicos & tyrannidis ſatellites deſcribit Polyb. Lib. XIII, 4. WESS.

Pag. 375. *l.* 2. Πρὸς αὐτοὺς τἀδικήματα — ἥξειν) Obſcurius interpres: verebantur Rhodii, ne Cretenſium piratarum ſcelera & rapinae ſuis quoque civibus detrimento forent. Itaque ut ſaepe alias bellum in raptores iſtos ſuſceperant. Vide p. 382 Excerptor. horum. WESS.

ead. l. 4. Πλημήνιος) Paullum ab hac narratione variat Titus Livius lib. XXIX, 8. VALES.

ead. l. 12. Ἐγκαλοῦντες τὸ πλημμέλημα) Τῷ Πλημηνίῳ; quod H. Valeſius ex vulgato extudit, ſi non verum, elegans certe eſt. Alioqui ἐγκαλοῦντες αὐτῷ τὸ πλημμέλημα praeſtitiſſet. WESS.

ead. l ult. Ἐκ τῆς Ἰταλίας) Σικελίας legendum eſſe arbitror, quod & in interpretando ſum ſecutus, idque confirmat Dionyſius Halic. lib. XX, & Livius lib. XXIX, 18, in oratione illa Locrenſium: *Fanum eſt apud nos Proſerpinae, de cuius ſanctitate credo aliquam famam ad vos perveniſſe Pyrrhi bello: qui cum ex Sicilia rediens Locros claſſe praetervcheretur* &c. VALES. Mihi dubium non eſt, quin veriſſima ſit H. Valeſii haec emendatio. Egregie firmatur a Dionyſio Excerpt. Peireſc. p. 542, & Zonara Ann. lib. VIII, p. 285. WESS.

Pag. 377. *l.* 7. Τὸν Πλημήνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν) Variatum in Annalibus fuiſſe de Pleminii poena, teſtis Livius eſt L.

XXIX, 21; cui adiungi poteſt Appianus Annib. pag. 593. Wess.

Pag. 378. *l.* 1. Τοὺς ἔχοντάς τι τῶν Φέρσεως χρημάτων) Ineptum eſt Φέρσεως· verum Φερσεφάττης, quod Valeſius ſubſtituit, aut Φερσεφόνης, uti apud Appianum ſcribitur. Wess.

ead. l. 9. Ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ) Liberalem cuſtodiam, ſive ἀδεσμον, intelligit, de qua Lipſius ad Taciti Ann. Lib. VI, 3. Wess.

ead. l. 12. Ὅτι Σοφόνβα) Sic in exemplari ſcriptum fuit, quod mutare nolui. A Dione & Zonara Σοφωνὶς dicitur. Eam prius Maſiniſſae nuptam fuiſſe ait Diodorus, quod confirmat etiam Appianus in Libyco (p. 10); certe deſponſam primo a patre Maſiniſſae fuiſſe teſtis eſt Zonaras: cumque nihilominus Syphaci contra fidem Maſiniſſae datam copulata fuiſſet, eam ob cauſam a Poenis Maſiniſſam defeciſſe. Vales. Ὅτι Σοφόνισβα) Sic editum reperio: itaque invito Valeſio nobiliſſimae feminae ſuum nomen rediit, quod mutare nolui. De Appiano quod Valeſius ſcribit, ab eo Sophonisbam Maſiniſſae nupſiſſe prodi, id ſecus eſt: deſponſam illi fuiſſe refert. Wess.

Pag. 379. *l.* 4. Καὶ παρεκελεύσατο φυλάττειν) Furiam peſtemque vocabat, quae omnibus delinimentis animum ſuum averterit atque alienarit: perditoque ſibi atque afflicto hoc in miſeriis ſolatii eſſe, quod in omnium inimiciſſimi ſibi domum ac penates eandem furiam ac peſtem tranſiſſe videat, in Livii Lib. XXX, 13. At apud Appianum Bell. Punic. p. 24 ad Scipionem Syphax, σοὶ δὲ παραινῶ — φύλαττε Σοφονίσβαν, μὴ Μασσανάσην ἐς ἃ βούλεται μεταγάγῃ &c. quae ad hunc mire ſunt appoſita locum. Wess.

ead. l. 10. Φάρμακον — τῇ γυναικὶ [διδοὺς] πιεῖν &c.) Deeſſe bene vidit Salmaſius vocem, quam uncis circumdedi: ſine ea oratio non conſtat. Ceterum praeſenti Sophonisbae id poculum a Maſiniſſa fuiſſe praebitum negat Livius L. XXX, 15. Aliter tamen Appian. Punicor. p. 25. Wess.

ead. l. 12. Πρὸς τοὺς ἐπταικότας) Numidas intelligo, qui in Syphacis exercitu fuerant, quos Scipio in gratiam Maſiniſſae benigne tractavit, & Senatus tandem Maſiniſſae remiſit, Livius lib. XXX, 17. Vales.

Pag. 380. *l.* 5. Εἴ τινα βούλοιντο λαμβάνειν &c.) Non praeteriit Appianus extremo Annibal. libro hanc ingrati ducis atrociſſimam crudelitatem, neque reticuit, diſſentiens tamen, Livius L. XXX, 20. Wess.

Pag. 381. *l.* 1. Τὸν ναύαρχον παρεκελεύσαντο) Aſdrubalem, qui claſſi praeerat, ſicut Polybius, haec fuſius referens L. XV, 2, & ex eo Livius Lib. XXX, 25, prodiderunt. Wess.

Pag. 382. *l.* 1. Δικαίαρχον τὸν Αἰτωλὸν) Hic ad huiuſmodi latrocinium a Philippo miſſus in ſtatione, quam navibus ſuis ſubducendis elegerat, duas aras poſuit, alteram impietatis, iniquitatis alteram. Tandem una cum Scopa Aetolo Alexandriae tortus occiſuſque eſt, ut refert Polybius lib. XVII in fine. Vales.

ead. l. 8. Ἡρακλείδην τινὰ Ταραντῖνον εἶχε) Hominem ſi penitius cognoſcere velis, Polybium adi L. XIII, 2; is eum ex virtutibus ſuis ornavit egregie. Wess.

ead. l. 12. Πρώτους τοῦ συνεδρίου) Erant apud Macedones quidam Senatores, quos συνέδρους vocabant, ut ex Polybio docet Livius lib. XLV, 32: *Senatores, quos ſynhedros vocant, legendos eſſe, quorum conſilio Reſp. adminiſtraretur.* Polybius legat. 115, ὃς κατασφάξας ἐν τῷ Φακῷ τοὺς συνέδρους, ἔφυγεν ἐκ τῆς Μακεδονίας. Vales.

Pag. 383. *l.* 13. Ἀντίοχος δὲ τὸ κατὰ τὴν Ἐλυμαΐδα &c.) Vide poſt pauca pag. 399 horum Excerptor. Habet autem Diodorus hanc rerum Philippi & Antiochi inter ſeſe comparationem ex Polybii aemulatione: cuius Lib. XV, 20, lege. Wess.

ead. l. 14. Συλᾶν ἐπιλαβόμενος) Ordo & ſententia verborum poſtulant ſibi ἐπιβαλόμενος. Ita L. XVIII, 50, τῶν ἐν ἐξουσίαις ὄντων ἰδιοπραγεῖν ἐπιβαλλομένων· & cap. 64, καὶ διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἐπιβαλλομένους πολιορκεῖν τὴν φρουράν· ut inſuper adiungam, haec a librariis confundi ſaepe, non opus videtur. Conf. L. XVIII, 4. Wess.

Pag. 384. *l.* 5. Ὥσπερ ἀπὸ παραγραφῆς) Idem videtur eſſe, ac ſi diceret ὥσπερ ἐκ παραθεσεως· nam Diodorus Antiochi Magni ac Philippi facinora inter ſe conferebat, quibus aequalem a Diis redditam eſſe mercedem dicit. Vales.

ead. l. 15. Τό τε Νικηφόριον) Lucus erat prope Pergamum, τὸ Νικηφόριον ἄλσος in Strabonis L. XIII, p. 926, ab Eumene conſitus, multiſque Deorum fanis refertus, & Nicephorio inprimis, ſive Iovis Νικηφόρου templo, ut recte opinatur Cuperus ad Lactant. Mort. Perſec. c. 44, p. 234. Meminit eius ſaepe Polybius L. XVII, 2, 6 & ſeq. Livius etiam L. XXXII, 33. Statim παρώνησε ſcriptum a Diodoro fuiſſe arbitror. Wess.

Pag. 385. *l.* 4. Κατεστρατοπέδευσεν ἐπὶ τὸ Κυνόσαργες) *Caſtra ad Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumque & lucus erat circumiectus)* Philippus *poſuit. Sed Cynoſarges, & Lyceum, & quidquid ſancti amoenive circa urbem erat, incenſum eſt: dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulcra:* ſic Livius ex fonte Polybiano, unde & Noſter hauſit, Lib. XXXI, 24, Mox εἰς Ἀθήνας, quod in membranis erat, mutari non debuerat. WESS.

ead. l. 15. Παρέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν φυλακὴν) Livium vide L. XXXII, 5. WESS.

Pag. 386. *l.* 8. Οἱ παρὰ Νάβιδος καὶ Φλαμινίνου &c.) De hac re ita ſcribit Livius L. XXXIV, cap. 43: *Legati Nabidis tyranni Romam venerunt: his extra urbem in aede Apollinis ſenatus datus eſt. Pax, quae cum T. Quinctio conveniſſet, ut rata eſſet, petierunt, impetraveruntque* &c. Sumſit autem tam Livius, quam Diodorus, ex Polybio. URSIN.

Pag. 387. *l.* 2. Εἰσὶν ἐλεύθεροι) Ὦσιν ἐλεύθεροι in exemplari ſcriptum erat. URSIN. Polyb. Leg. IX pag. 1110, ἐλεύθεροι, ἀφρούρητοι, ἀφορολόγητοι, νόμοις χρώμενοι τοῖς ἰδίοις, & plenius profecto, ſicuti & Appian. Leg. XXIV, p. 362. Mox pro ἐν ἡμέραις τριάκοντα *intra duos menſes* apud Livium L. XXXIV, 50. WESS.

ead. l. 8. Ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος &c.) Hoc fragmentum ex Polybii Leg. XIX paene ad verbum deſcriptum eſt, & a Livio L. XXXIV, 57, translatum. URSIN.

ead. l. 13. Καὶ Δημήτριον τὸν υἱὸν) Videtur deeſſe ἐκ τῆς ὁμηρείας, quod ex Polybio (p. 1120) ſuppleri poteſt. URSIN.

Pag. 388. *l.* 6. Τινὰ μὲν — πολυπραγμονεῖν) Ita legendum, non πολυπραγμονήσειν, ut eſt in exemplari. URSIN. Τινὰ μὲν τῶν κατὰ &c.) Mallem τὰ μέν. Ceterum τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας κ. λ. in Lexicon ſuum tranſtulit Suidas voc. Ἐπιτακτικῶς. Ut errent, qui ea Polybio tribuerunt. WESS.

ead l. 15. Ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἔφη &c.) Livius L. XXXIV, 58: *Ad ea Quinctius: quoniam vobis diſtincte agere libet, & genera iungendarum amicitiarum enumerare; ego quoque duas conditiones ponam, extra quas nullam eſſe regi nuntietis amicitiae cum populo Romano iungendae. Unam, ſi nos nihil, quod urbes Aſiae attinet, curare velit, ut & ipſe omni Europa abſtineat. Alteram, ſi ſe ille Aſiae finibus non contineat, & in Europam tranſcendat, ut & Romanis ius ſit Aſiae civitatum amicitias & tueri, quas habeat, & novas complecti.* URSIN.

Pag. 389. *l.* 3. Τῶν δὲ πρεσβευτῶν ἀποκριναμένων) Livius ibidem: *Nos vero, inquit Menippus, nec volumus, nec poſſumus paciſci quidquam, quo regnum Antiochi minuatur.* URSIN.

ead. l. 9. Ἐπισημηναμένων δὲ τῶν ἐκ τῆς &c.) Habet hinc Suidas in Ἐπισημαίνεσθαι, quod interpreti eius cum lateret, fraudi fuit. WESS.

ead. l. 10. Οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως ἠξίουν &c.) Livius ibidem: *Tum Menippus deprecari & Quinctium & Patres inſtitit, ne feſtinarent decernere, quo decreto turbaturi orbem terrarum eſſent. Tempus & ſibi ſumerent, & regi ad cogitandum darent.* Sumſiſſe haec Livium de Polybio, apparet ex Diodori verbis, quae ex Polybio deſcripta ſunt. URSIN.

Pag. 390. *l.* 2. Ἀριστομένη τὸν ἐπίτροπον) Narrat Plutarchus in dialogo quomodo diſcernendus ab adulatore ſit amicus (p. 71 C.), Ariſtomenem, tutorem Ptolemaei, cum regem obdormiſcentem in conſpectu neſcio cuius legati excitaſſet, calumniatoribus anſam dediſſe. Qui regi aſſentantes aiebant, ſi poſt tot & tanta, quae ſuſtineret, negotia, poſt tot vigilias, quas reipubl. cauſa ferret, interdum in ſomnum delaberetur, haudquaquam coram tot exterarum gentium hominibus obiurgandum regem eſſe. Quibus verbis incitatus Ptolemaeus venenatam potionem ad Ariſtomenem miſit, eamque haurire illico iuſſit. Huius Ariſtomenis meminit Polybius lib. XVII in fine. VALES.

ead. l. 3. Καὶ πάντα καλῶς διῳκηκότα) Non diſſentit Polybius, cum de Ariſtomene hoc Acarnane, γενόμενος κύριος τῶν ὅλων πραγμάτων, κάλλιστα καὶ σεμνότατα δοκεῖ προστῆναι τοῦ τε βασιλέως καὶ τῆς βασιλείας, L. XV, 29. WESS.

ead. l. ult. Τὸ Δήλιον) In interpretatione Latina quaedam addidi ad maiorem lucem ex Livii lib. XXXV ſub finem. VALES. Ὅτι τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν) Vid. ſuperius L. XII, 69. Meminit fani & proelii ad illud commiſſi Appian. Syr. p. 151: τοῖς περὶ Δήλιον Ῥωμαίοις ἐπιπεσὼν, ἱερὸν δ' ἐστὶ τὸ χωρίον Ἀπόλλωνος & ſeq. Sic lege: nam περὶ Δῆλον, ut nunc editur, manifeſto pravum eſt. Vid. L. Holſten. ad Stephani Δήλιον, ubi ſimiles librariorum lapſus corriguntur. WESS.

Pag. 391. *l.* 7. Ἐν Δημητριάδι) Error haud dubie ſeu Diodori, ſeu potius compilatoris. Neque enim Demetriade, ſed Chalcide, hae nuptiae per hiemem ab Antiocho celebratae ſunt, ut docent Polybius lib. XX, & Livius. VALES. Veram praeſtat Valeſii ſententiam Appianus, ἐς Χαλκίδα (Antiochus) παρῆλθεν, ἔνθα κόρης εὐπρεποῦς ἔρωτι

ἁλοὺς, ὑπὲρ ἔτη πεντήκοντα γεγονὼς, καὶ τοσόνδε πόλεμον διαφέρων, ἔθυε γάμους καὶ πανηγύρεις ἦγε, Syr. pag. 156, quae hinc aut ex Polybii apud Athen. L. X, p. 439 F. fragmento ſumta putes. Wess.

Pag. 392. *l.* 10. Ἐπὶ τὴν — συμμαχίαν) Lego ἐπὶ τῇ συμμαχίᾳ. Vales.

Pag. 393. *l.* 1. Διὰ τὴν ἧτταν ταπεινωθεὶς) Cladem indicat, qua ad Myonneſum regia claſſis affecta eſt: ea territus Antiochus praeſidium ab Lyſimachia deduci pravo conſilio iuſſit. Confer Livium Lib. XXXVII, 31, & Appian. Syr. p. 168. Wess.

ead. l. 14. Ὅτι τοῖς Αἰτωλοῖς &c.) Hoc quoque fragmentum ex Polybii hiſtoriis (Legat. 16) depromtum eſt, & vi, quod ſequitur. Videndus eſt Livius lib. XXXVII, 1. Ursin.

Pag. 394. *l.* 1. Οἱ δὲ διὰ τὴν ἀποτομίαν τῆς ἀποκρίσεως) Suidas exſcripſit, parum tamen, ut ſolet ſaepe, immutans, in Ἀποτομία. Wess.

ead. l. 10. Διδοὺς δὲ Λάμψακον &c.) Copioſius haec a Polybio leg. 23, & Appiano Syr. p. 169, perſcripta ſunt. Wess.

ead. l. 14. Παρακαλοῦσαι περὶ τῆς ἐλευθερίας) In exemplari deeſt praepoſitio. Ursin.

Pag. 395. *l.* 1. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος Ποπλίῳ Σκιπίωνι) Haec quoque ex Polybio (p. 1133) ſumta, ut conſtat ex fragmentis, quae exſtant. Ursin.

ead l. 3. Ὃν ἦν εἰληφὼς) In exemplari corrupte ſcriptum erat, ὃ νῦν εἰληφώς. Deſunt autem haec in Polybio, unde tamen hauſiſſe Livium veriſimile eſt, quae ſcribit in libro XXXVII, 34: *Etiam quod filius eius captus in poteſtate regis erat: is ubi & quando, & quo caſu captus ſit, ſicut pleraque alia, parum inter auctores conſtat: alii principio belli a Chalcide Oreum petentem, circumventum ab regiis navibus tradunt.* Ursin. Periit ſane Polybiani operis ea pars, quae hiſtoriam capti Scipionis filii exſequebatur. Principio tamen belli interceptum fuiſſe ſignificavit p. 1133. Confer viros doctos ad Livii L. XXXVII, 34. Wess.

ead. l. 7. Ἀντὶ δὲ ταύτης τῆς εὐεργεσίας) Livius ibidem: *Pro tanto in me munere* &c. *quod in praeſentia dare poſſim, fidele conſilium eſt. Abi, nuntia meis verbis, bello abſiſtat* & reliq. Ursin.

ead. l. 13. Ὅτι ἐν τῇ Ῥώμῃ πρὸ τῆς &c.) Ad huius fragmenti intelligentiam videnda ſunt, quae notavimus ex Livio in Polybii fragmentis (Legat. XIII), unde haec Diodori depromta ſunt. Ursin.

Pag. 396. *l.* 1. Αὐτῶν δὲ τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς &c.) In exemplari mendoſe erat, *αὐτὰ δὲ καλῶς τὰ τοῖς Αἰτωλοῖς καλῶς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους* &c. & ad oram libri emendatum eſt, *ἀναστάς τις τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου*, & reliq. URSIN. Αὐτὰ δὲ τὰ τοῖς &c.) Recte Urſinus abiecit h. l. adverbium *καλῶς*, quod paullo inferius ſuo loco ſtat, & ibi quoque in Mſſ. repetitum eſt. Sed quid acciderit eidem viro docto, ut *αὐτὰ* in *αὐτῶν* mutaret, difficile dictu eſt. Certe quam importunus, vel, parum ut dicamus, quam frigidus h. l. eſt iſte genitivus, tam commodum atque nervoſum erat id, quod libri dabant. Αὐτὰ, ut ſaepe alibi, & apud Polybium, cuius ſermonem frequens aemulatur Diodorus, idem ſonat ac *μόνα*. *Tacebant de peccatis ſuis Aetoli; merita ſolum ſua commemorabant.* Ceterum quod ad verba ſequentia monuit Urſinus, *ad oram libri emendatum* eſſe *ἀναστάς τις* &c. id quo pertineat non videmus: nec enim aliam lectionem, quae in contextu Codicis exhibeatur, profert editor, nec ab illa ſcriptura, quam eandem in edito contextu expreſſit Urſinus, quidquam recedit Codex Bav.

ead. l. 5. Ἡ *σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς* &c.) Suidam in Ἀντέχειν haec deſcripſiſſe, vidit doctiſſimus Pearſonius & Kuſterus, quamquam per errorem Hoeſchelii Excerpta citans. Inſpice hac de re Livium Lib. XXXVII, 49. WESS.

ead. l. 10. Ὅτι ὁ Ἀντίοχος κ. λ.) Videndus Polybius in fragmento XXXV, & quae ibi notata ſunt ex Livii libro XXXVIII, 38. URSIN.

ead. l. 11. Ἀξιῶν *αὐτῷ συγγνώμην*) Αὐτὸν in exemplari mendoſe legebatur. URSIN. Bav. *αὐτὸν*, ut exempl. Urſini. Nec magnopere opus fuerat quidquam mutare. Αὐτὸν referebatur ad *ὕπατον*, & dativus *αὐτῷ* vel *αὑτῷ* commode ſubintelligebatur.

Pag. 397. *l.* 1. Παραχωρῆσαι *δὲ τῶν τε ἐλεφάντων*) Haec in Polybio (p. 1168) non ſatis emendate habentur. Nos autem ex Livio emendavimus, apud quem: *elephantos tradito omnes, neque alios parato. Tradito & naves longas* &c. URSIN.

ead. l. 3. Ὧν ἦν ἡ *διατίμησις ταλάντων* &c.) Conferendus Polybius Leg. 24, & Livius L. XXXVII. 45, praeterea Appianus Syr. p. 180, in quo ſcribendum *καὶ χρήματα ἐς τὴν τοῦδε τοῦ πολέμου δαπάνην δι' αὐτοῦ γενομένου μύρια καὶ πεντακισχίλια τάλαντα* Εὐβοϊκά. Vulgo perperam deſunt XV illa millia. WESS.

ead. l. 10. Ὅτι μετὰ τὴν κατὰ τὸν &c.) Videndus Livius lib. XXXVIII, 38. URSIN.

ead. l. 12. Τῶν μὲν περὶ τῆς ἐλευθερίας) In exemplari παρὰ ſcriptum eſt mendoſe, & Ῥώμη pro Ῥώμην· & mox ἀποστέλλειν pro ἀποστελεῖν, ut nos emendavimus. URSIN.

ead. l. ult. Δέκα πρεσβευτὰς ἀποστελεῖν) Ἀποστέλλειν invenit & Suidas, qui in Ὑπογράφεται haec Diodori excerpſit. Poterat etiam retineri. Mox ἅπαντα ἄξοντας, aut πράξοντας, aut τάξοντας, quod Wetſtenio in mentem venit, ſcriptum fuiſſe opinor. Ἕξοντας certe non poteſt placere. Porro cultum eſt ὑπογράφειν ἐλπίδας, quod cum ad Lib. XIX, 46, plurium auctoritate muniverim, nihil nunc quidem addo. WESS.

Pag. 398. *l.* 2. Μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ τὸν Αἰμίλιον) De Scipione non multum pugnabo, quamquam Romam is rediiſſe videtur, antequam decem legati ad res Aſiae diſceptandas componendaſque iter ingreſſi fuerunt. Vid. Livium L. XXXVII, 58. At quis Aemilius iſte? Fuit quidem inter decem eos legatos L. Aemilius Paullus, ſicuti Livius ibid. c. 55 docet. Scire tamen vehementer velim, cur eius praeter ceteros mentio fiat? praeſertim cum Cn. Manlius ex legatorum ſententia ea, quae hic Diodorus, conſtituerit ac declaraverit. Adi Livium L. XXXVIII, 38. WESS.

ead. l. 4. Τὴν μὲν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου) Livius ibidem: *Cum inter cetera, quae accipienda ab Antiocho erant, elephantos quoque accepiſſet, donoque Eumeni omnes dediſſet.* URSIN.

ead. l. 8. Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας) Ita legendum ex Livio, apud quem ſcriptum eſt: *quae ſtipendiariae regi Antiocho fuerant* &c. URSIN. Quod ad verba Ἀντιόχῳ φόρον φερούσας annotavit Urſinus, ita legendum eſſe ex Livio, ſuſpicionem facit illa corrupta fuiſſe in eius exemplari. Recte haec habet Codex Bav. ſed pro τὰς δὲ, quod proxime praecedit, mendoſe exhibet τὰ δέ.

ead. l. 11. Ὅτι Γνάϊος Μάλλιος —— περὶ διαλύσεως) Ita videtur legendum, cum in exemplari συλλύσεως ſcriptum ſit. Videndus Polybius in fragmentis (pag. 1163), unde haec ſumſit Diodorus, & quae in ſequenti fragmento habentur. URSIN.

ead. l. 13. Συλλύσεως) Revocavi veterem ſcripturam, a Diodoro nunquam ſpretam. Ecce enim L. XII, 20, οὕτω τὴν ἔχθραν ἀναλαμβάνειν, ὡς ἥξοντα πάλιν εἰς ΣΥΛΛΥΣΙΝ καὶ φιλίαν. Iterum c. 25, διεπρεσβεύσαντο πρὸς ἀμφοτέρους

περὶ ΣΥΛΛΥΣΕΩΣ. Tum cap. 26, Ἀκραγαντίνων — ΣΥΛΛΕΛΥΜΕΝΩΝ πρὸς τοὺς Συρακουσίους. Saepeque alias. Urſinus ipſemet ad Legat. XIV animadvertit, non eſſe neceſſariam emendationem. Porro ultima huius Eclogae Suidas in Lexicon ſuum addidit voc. Καταντήσωσι. Wess.

Pag. 399. *l.* 5. Ὅτι Μάρκος Φολούϊος) Verius erit Μάρκος Φούριος, de quo Livius ita: *In Gallia M. Furius praetor inſontibus Caenomanis, in pace ſpeciem belli quaerens, ademerat arma. Id Caenomani conqueſti Romae apud ſenatum, reiectique ad conſulem Aemilium — magno certamine cum praetore habito, tenuerunt cauſam: arma reddita Caenomanis: decedere provincia praetor iuſſus*, lib. XXXIX, 3. Wess.

ead. l. 14. Τὸ ἱερὸν τὸ τοῦ Βήλου) Nihil diſſentit Strabo L. XVI, p. 1080 A. neque Iuſtinus L. XXXII, 2. Namque eius *Iuppiter Elymaeus* non alius eſt, ac Belus. Wess.

Pag. 400. *l.* 5. Ὅτι κατὰ τὴν Πελοπόννησον) Pertinent haec ad Polybii fragmentum XLI, ad cuius intelligentiam multa ex Livio notavimus, quae huc referri poſſunt. Ursin.

ead. l. 7. Οὗτοι δ' ἔφησαν τὴν σύγκλητον &c.) Apud Polybium (p. 1080) male ſcriptum erat, ὅτι δυσαρεστοῦνται μὲν καὶ τῇ τῶν τειχῶν συντελέσει, cum καθαιρέσει ſcribendum ſit: habet enim Livius (L. XXXIX, 33,) *Moenia diruta* &c. Ursin. Leguntur & haec apud Suidam in Δυσαρεστούμενος. Deiectos autem hos muros memorat & Pauſanias Lib. VII, 8, p. 542, ubi vide praeſtantiſſimum Kuhnium. Wess.

ead. l. 12. Δωρεὰν ταλάντων εἴκοσιν) Polybius habet ἑκατὸν καὶ εἴκοσι τάλαντα· ut apud Diodorum videatur ρ' deeſſe. Mox in exemplari ἀποκομίσαντες. Placet ἀποδοκιμάσαντες. Ursin.

ead. l. 13. Ἐξ ὧν ᾤετο δεῖν ὁ βασιλεὺς ὀψωνιάζεσθαι &c.) Polybius alia forma p. 1181: τὸ γὰρ ὀψωνιάζεσθαι τὴν βουλὴν ὑπ' Εὐμένους καθ' ἕκαστον ἔτος &c. Sed & recte Noſter. Nam Lib. XVI, 22, ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ὀψωνιάζεσθαι. At Excerptor. Peireſc. pag. 598 de Hierace Ptolemaei Phyſconis copiarum duce, ἐκ τῆς ἰδίας οὐσίας ὀψωνιάσας τὴν δύναμιν. Quae verbi uſum & ſtipendiis erogandis poteſtatem ſatis manifeſtant. Wess.

Pag. 401. *l.* 4. Ὅτι ὁ Φιλοποίμην &c.) Videtur Diodorus exemplo Polybii affirmaſſe, eodem anno tres claros imperatores deceſſiſſe, Philopoemenem, Annibalem & Scipionem, ſingulisque meritam laudem atque elogium per

ſolviſſe. Vide Livium Lib. XXXIX, 50, 52, & Polyb. Excerpt. p. 1437 ed. Gron. Wess.

ead. l. 14. Τὰς ἰσοθέους τιμὰς ἠλλάξατο) Optime aberrantis librarii delictum emendavit Valeſius. Ἰσοθέους τιμὰς omnium frequentiſſime Diodorus memorat, ſicuti ad principium L. IV oſtenditur. *Sepultus ab univerſo Achaico eſt conſilio* Philopoemen, *adeo omnibus humanis congeſtis honoribus, ut ne divinis quidem abſtineretur,* bene Livius Lib. XXXIX, 58, ἰσοθέους has τιμὰς explicans. Wess.

ead. l. ult. Χωρὶς δὲ [τῶν] κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς &c.) Legebatur antea χωρὶς δὲ κοινῇ τοῖς Ἀχαιοῖς κατεψηφίσθη τῶν εἰς τιμὴν τἀνδρὸς, ἡ πατρὶς &c. quae partim prava, partim erant hiulca. Καταψηφισθέντων bene refinxit Valeſius. Addendum eſſe pronomen Salmaſius vidit, ſicuti & στήλην, eradens tamen εἰς τιμήν. Ego vero ſervo, locumque, uti vides, inſtauro. Fuiſſe vero Philopoemeni ſtatuam publice cum titulo poſitam, docebit Pauſanias L. VIII, 52, & Plut. extrema Philopoemen. vita. Wess.

Pag. 403. *l.* 3. Ἑπτακαίδεκα ἔτη σχεδὸν &c.) Ex Polybio Excerpt. p. 1438, quem & in omni hoc elogio auctorem habuiſſe videtur. Wess.

Pag. 404. *l.* 11. Ὅτι καταντησάντων εἰς Ῥώμην &c.) Haec quoque ex Polybio (Legat. LVI) ſumſit Diodorus, ut conſtat ex fragmentis, quae a Livio quoque translata fuiſſe indicavimus in ſcholiis. Ursin.

ead. l. 14. Καὶ ξένια καὶ τἄλλα φιλάνθρωπα) Ita emendavimus, cum male ſcriptum eſſet in exemplari φιλανθρώπια. Qualia autem fuerint ξένια, quae legatis praebebantur, conſtat cum ex Livio, tum ex Polybio variis locis. Ursin.

Pag. 405. *l.* 3. Εἰς τὴν βασιλίδα) Id quidem rarius. Quod ſi venerit ab ipſo Diodoro, haud dubie χώραν lectori intelligendam reliquit. Πόλιν βασιλίδα, ναῦν βασιλίδα, poſſe ſimili modo poni, nemo ignorat. Vide tamen Ez. Spanhem. in Iuliani Or. I, p. 30. Wess.

ead. l. 9. Συλλύοντας τὸν πρὸς Φαρνάκην πόλεμον) De hac re videndus in fragmentis Polybius (p. 1211). Placeret autem διαλύσοντας pro συλλύοντας, & ſupra διαλύσεως a nobis emendatum eſt in fragmento XI pro συλλύσεως, non male, ut exiſtimamus: quamvis & ibi συλλύσεως & hic συλλύοντες ferri poſſit. Ursin.

ead. l. 12. Λεώκριτος) Huius Leocriti mentio fit in c. 55 Legationum Polybii. Vales.

ead. l. 13. Τοὺς ἐν τῷ Πίῳ) Legendum exiſtimo τῷ Τίῳ. Eſt autem Tius urbs Paphlagoniae, quae & Teium dicitur a Polybio c. 59 Legat. Strabone lib. XII (p. 818), & Conſtantino in lib. I περὶ Θεμάτων. Porphyrio in Horatium L. I Od. XVII, *Teium*, inquit, *urbem in Paphlagonia eſſe, Salluſtius indicat, cum de ſitu Pontico loquitur. Unde apud Ovidium Teia Muſa.* Quae ultima verba expungenda ſunt. Apud Stephanum Τίειον ſcribitur. In Scylace Caryandeno Τίθιον corrupte. Ceterum Τίον in Diodoro legi debere, patet ex cap. 59 Legat. Polybii. VALES. Τοὺς ἐν τῷ Τίῳ) Cum ex Polybio certiſſima ſit & dubio omni libera Valeſii correctio, vitium amanuenſium propagari nolui. De urbe eiuſque ſitu plura Stukius ad Peripl. Ponti Euxini pag. 130, & L. Holſten. in Steph. Τίος. WESS.

Pag. 406. *l.* 9. Καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν) Deeſt ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς, aut quid ſimile. Leges foederis, quod Antiochum inter & Romanos coaluit, habet Polybius Leg. XXXV, & ex eo Livius L. XXXVIII, 38, expeditionem trans Taurum conſecutione quadam vetantes. WESS.

ead. l. 12. Ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ Ῥώμης &c.) Livium conſule L. XL, 55 ſeqq. WESS.

Pag. 407. *l.* 8. Τιβέριος Γράκχος) Hic Praetor anno urbis 573 citeriorem Hiſpaniam obtinuerat. Biennio poſt confecta provincia triumphavit ſequenti anno, qui eſt ab urbe condita 576. Conſul fuit collega C. Claudio Pulchro. VALES. De T. Gracchi in Celtiberia geſtis rebus Livius L. XL, 33, Florus L. II, 17, Appianus Hiſpan. pag. 470, atque alii. WESS.

ead. l. 14. Ὁ καὶ πάτρων) Patronum gentis Macedonum intelligi exiſtimavi. Nam ut ait Cicero de Officiis (Lib. I, 11,) *Tantopere apud Rom. iuſtitia culta eſt, ut ii, qui civitates aut nationes bello in fidem recepiſſent, eorum patroni eſſent more maiorum.* Idem ſcribit Dionyſ. Halic. lib. II, pag. 84. VALES. Ὁ καὶ πάτρων) Nihil melius ſuccurrit, tametſi πάτρων ſimpliciter ac ſine adiecta voce poſitum, ſatis ſit inſolens. Alioqui citra omnem uſum Graecis id vocabulum non eſt. Vide modo hoc Corcyraeorum epigramma apud Sponium Itiner. T. I, p. 372:

Α ΠΟΛΙϹ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ . . .
ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΥΒΛΟΝ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΗΙ.

Poſitum eſt Corcyraeorum patrono M. Calpurnio Bibulo, quem ΚΑΛΗ . . . exſcriptoris errore vocat: fuit enim ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ. Wess.

Pag. 408. *l.* 7. Ἐκ τῶν βασιλείων ὑπάγων) In ſchedis reperit Valeſius ὑπάτων, depravatum ex eo, quod reſtituimus, Salmaſio pulchre animadvertente. Itaque ὑπελθὼν, cui locum vir doctiſſimus dederat, exterminavimus. Wess.

ead. l. 11. Εἰ τυχὸν) Placet hoc Valeſio. Dixit Polybius μετὰ δημοτῶν ἀνθρώπων συγκαταβαίνων ὡμίλει ᾧ τύχοι· quod fuiſſe puto οἷ τύχοι. Idem & hic praeferrem. Auctor ipſe p. 321 Exc. horum (Vol. X, p. 18), προσιὼν τοῖς εὐωχουμένοις οἷ τύχοι, i. e. ubicunque ſeſe occaſio dabat. Wess.

ead. l. 13. Ἀφ' ἡμέρας — γενομένους) Quod Latini dicunt convivia de die ducere, id Graeci efferre ſolent ἀφ' ἡμέρας· a quibus mutuati eſſe videntur Latini. Sic Polybius lib. VIII, 22, Γαΐῳ τῷ Λιβίῳ γενομένῳ μετὰ τῶν συνήθων ἀφ' ἡμέρας· & paullo poſt bis eadem locutione utitur. Haec Latini tempeſtiva convivia appellant, quae ſcilicet ante horam nonam inchoabantur, ut recte Lipſius ad librum XIV, 2, Taciti annotavit. Quare errat is, qui aliter contra Lipſii ſententiam interpretatur de die, ut idem ſit quod meridie. Igitur ſi quis ab hora 7 convivium inierit, is de die potare non dicetur? quo quid eſt abſurdius? Sane illud convivium C. Livii, quod Polybius de die coeptum fuiſſe dicit, poſt meridiem inchoatum eſſe non dubito. Scribit enim Polybius, circa ſolis occaſum maxime convivium inferbuiſſe, τὴν ἀκμαιοτάτην ἔχοντος διάθεσιν· unde probabile eſt, hora octava fuiſſe inchoatum. Quid ſi ante meridiem, ut Saturnalibus fieri ſolebat, initum fuerit convivium? nonne & tempeſtivum id dicetur, ac de die? Caeſar de bello Hiſpanienſi (cap. 33) *ipſe de tempore coenavit, vinum & nardum ſibi infudit.* Vales.

ead. l. 14. Μετὰ κερατίου καὶ συμφωνίας) Interpres *cum poculo & ſymphonia.* Mallem ego, Salmaſium ſecutus, *cum tibia & ſymphonia.* Κέρας & κεράτιον hanc poteſtatem non reſpuere, lege in T. Hemſterhuſii nota ad Lucian. D. Dialog. XII, 1. Μετὰ κεραμίου, quod apud Athen. vide quomodo expediat magnus Animadverſor L. V, 4, & de *tempeſtivis conviviis* iſtis Salmaſ. quem Valeſius deſignat, ad Vopiſci Florian. c. 6. Wess.

Pag. 409. *l.* 6. Ἐκάθιζεν ἐπὶ δίφρον ἐλεφ.) Haec ex Polybii lib. XXVI tranſcripta paene ad verbum ſunt. Sed &

Livius lib. XLI, c. 20, eadem ex Polybio, ut ſolet, tranſtulerat: — *more, ſella eburnea poſita ius dicebat, diſceptabatque controverſias minimarum rerum.* Et mox: *Itaque neſcire, quid ſibi vellet, quibuſdam videri: quidam ludere eum ſimpliciter, quidam haud dubie inſanire aiebant.* Ceterum quaedam in hoc Diodori loco emendatius leguntur, quam apud Polybium, ut ἀλύων ὅπου τύχοι & συγκαταῤῥιπτεῖν εἰ τυχὸν, & μετὰ κερατίου, pro quibus in Polybio legitur αὐτῶν & συγκαταβαίνων ῷ τύχοι, & μετὰ κεραμίου. Porro εἰ τυχὸν ſic dictum videtur ut in Tertulliano, *ſi forte.* VALES.

Pag. 410. *l.* 1. Ὅτι παρὰ τοῖς Αἰτωλοῖς χρεωκοπίας &c.) Diodorum haec a Polybio accepiſſe, intelligere poſſumus ex Liviana verſione, quae habetur in libro XLII, c. 13. *Confudit*, inquit Livius, *& miſcuit omnia in Theſſalia Perrhaebiaque ſpe novarum tabularum* &c. URSIN. Auxit his Suidas Collectanea ſua in Χρεωκοπεῖται. Aetoli ob bella continua & in privata vita luxum ingens aes alienum habebant: hinc ſuperioribus annis ad mutandam reipublicae formam & ad tabulas novas proclivi fuerant animo, ſicuti ex Polybio Excerpt. pag. 1401 novimus. Erant inde non Aetoli modo paullo ante Perſicum bellum in ſeditionibus propter ingentem vim aeris alieni, ſed Theſſali etiam: & contagione, velut tabes, in Perrhaebiam quoque pervaſerat id malum. Livium vide L. XLII, 5. WESS.

ead. l. 4. Γεγονέναι τὴν σύγχυσιν) In exemplari corrupte legebatur τὴν σύγκρισιν. Noſtram emendationem confirmat Livius illis verbis, *confudit & miſcuit.* URSIN.

ibid. Καὶ ἀπελογίσατο τοῖς — πρεσβευταῖς) Ne cui ſuſpectum hoc videatur, ecce tibi Polybiana ex Lib. II, 54: ἀπολογισάμενος δὲ περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν καὶ χρηματίσας περὶ τῶν μελλόντων. Et Legat. XV: ἧκον παρ' αὐτοῦ πρέσβεις ἀπολογιζόμενοι τὴν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν. Quorum locorum priore ſi qui ἀπολογησάμενος praeferat, poſteriore non certe poterit. WESS.

ead. l. 6. Περὶ δὲ τῆς Ἀβρουπόλιδος — ἐκ τῆς βασιλ.) Ita emendavimus, cum in exemplari ſit καὶ τῆς βασιλείας, pro ἐκ τῆς βασιλείας. Ad oram autem libri vox Ἀβρουπόλεως mutata eſt in Ἀβρουπόλιδος. Sed parum refert, utro modo legas. De Abrupoli, rege Thraciae, facit mentionem Livius libro XLII, c. 13, cum inquit: *Abrupolim ſocium atque amicum veſtrum regno expulit.* Quae verba ex Polybio tranſtulit Livius, ut apparet ex Diodoro & ex Ap-

piano in Macedonico (Ecloga Legat. xxv, p. 364.) Ursin.

Περὶ δὲ τῆς Ἀϐρουπόλιδος &c.) Lege de eodem Urſini not. ad Appiani Leg. Exc. p. 121, & viros doctos in Pauſan. L. VII, 10, p. 547. Wess.

ead. l. 10. Ὅτι τοῦ Ἁρπάλου &c.) De Harpalo, Perſei regis legato, meminit Livius L. XLII, 14, & Appianus in Macedonico (Legat. xxv, Excerpt. p. 365.) Ursin.

ead. l. ult. Ἡ σύγκλητος τὸν Εὐμένη ἐλεφαντίνῳ &c.) Haec de Polybio ſumta eſſe, ſatis conſtat vel ex Livii verſione, quae eſt in libro XLII, c. 14: *Eumeni vero conſpiratio adverſus eum, favorem apud Romanos fecit: ita omnes ei honores habiti, donaque quam ampliſſima data, cum ſella curuli atque eburneo ſcipione.* Ursin.

Pag. 411. *l.* 6. Ἄτταλος ἐπεπλάκη) Idem narrat T. Livius lib. XLII, 16, ubi Attalum cum regina Stratonice dumtaxat de nuptiis locutum eſſe ait, nihil amplius. Plutarchus in dialogo περὶ φιλαδελφίας pag. 489 E. Attalum deſpondiſſe ſibi fratris uxorem, & cum ea rem habuiſſe dicit. Vales.

ead. l. 13. Ἦν δὲ καὶ νήπτης) Mutua haec ſumſit ex Polybio Excerpt. p. 1441, qui & alibi rariore, & in Lexicis neglecta, voce uſus eſt L. X, 3. Wess.

Pag. 412. *l.* 1. Ὅτι τὸ Χάλεστρον) Herodotus L. VII, 123, Χαλέστρην, alii Χαλάστραν vocant. Plut. Alex. pag. 692 ἐκ Χαλαίστρας, prave. A vicino lacu Χαλαστραῖον νίτρον dicebatur. Moeris: Χαλαστραῖα, λίμνη πρὸς τῇ Μακεδονίᾳ· ἐν ᾗ τὸ Χαλαστραῖον νίτρον, οὗ μέμνηται Πλάτων. Philoſophi locus eſt L. IV Rep. p. 430 A. cui addi poſſunt Plut. T. II, p. 134, & Alciphron. L. III, Ep. 61. Wess.

ead. l. 9. Χάροψ υἱὸς τοῦ τὴν &c.) Quae conſequuntur, υἱωνὸς poſtulant. Charopus hic patrem habuit Machatam, avum Charopum. Vide Polybium Excerpt. p. 1442. Porro poſt voces τῆς Ἠπείρου deſideratur ad perfectam ſtructuram γένηται, aut quid ſimile. Wess.

Pag. 413. *l.* 7. Τῶν Ἀϐδηριτῶν πόλιν) Abderam expugnavit Hortenſius Praetor, ac diripuit, Aulo Hoſtilio & A. Attilio Coſſ. ut narrat Livius lib. XLIII, 4; qua in expugnatione videtur adfuiſſe Eumenes. Vales.

Pag. 414. *l.* 1. Ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν ἐψηφίσατο &c.) Eadem de bello Perſico ſcribit Appianus in Macedonico p. 368 Exc. Legat. & iiſdem paene verbis, ut ſatis appareat utrumque a Polybio accepiſſe. Ursin.

ead. l. 3. Προσέταξε δὲ τοῖς ὑπάτοις —— ἀπαγορεύειν) Haec ita Livius libro XLII, cap. 48: *Denuntiatum extemplo moenibus urbis Romae, Italia intra* XXX *diem excederent.* In Diodori exemplari manuſcripto ἀπαγορεύουσιν pro ἀπαγορεύειν, mendoſe, ut apparet, ſcriptum erat. URSIN.

ead. l. 4. Διαῤῥήδην ἀπαγορεύειν) Cenſui fuiſſe ἀναγορεύειν hoc olim loco. Alioqui deerunt illa, quae Conſules in concione vetuiſſe perhibentur. Inſpice Polyb. Leg. LXVIII. WESS.

ead. l. 9. Ὅτι ὁ Πτολεμαῖος &c.) Videndus hac de re Appianus in Syriaco p. 212, & Livius L. XLII, c. 29, in quo ſcriptum eſt: *Antiochus imminebat quidem Aegypti regno, & pueritiam regis, & inertiam tutorum ſpernens: & ambigendo de Coele Syria cauſam belli ſe habiturum exiſtimabat* &c. *Ptolemaeus propter aetatem alieni tum arbitrii erat: tutores & bellum adverſus Antiochum parabant, quo vindicarent Coelen Syriam* &c. URSIN.

ead. l. 11. Ἀμφισβητῶν ταύτης) Haec & ſuperiora Suidas habet in Ἀμφισβητεῖν, perperam inter Polybii fragmenta a viris doctis relata. De re ipſa ne quid dicam, fecit H. Valeſii diligentia, cuius notam vide infr. p. 552 huius editionis. WESS.

Pag. 415. *l.* 5. Καὶ περὶ τῆς — πειραθῆναι) Ita legendum. In exemplari enim abundat διὰ ante verbum πειραθῆναι· neque διαπειραθῆναι neceſſarium eſt ut legatur. Locus autem ſumtus eſt ex Polybio, quem imitatur etiam Livius, in fragmento LXXII. URSIN. Ego διαπειραθῆναι reſtitui ſuum in locum. Etſi enim plane neceſſarium non eſt, improbari haud debuit verbum, ab optimis ſcriptorum uſurpatum. Imperaverat rex, omnia tentarent, quo bellum Perſicum poneretur: quod & pro virili ſua ſtuduiſſent, ni M. Aemilius alia omnia eos docuiſſet, indicante Polybio Excerp. pag. 1239. WESS. Cod. Bav. habet πειραθῆναι, ut edidit Urſinus: quare non opus videtur, ut cum Weſſelingio teneamus διαπειραθῆναι, quod in exemplari Urſini erat, ab ipſo Urſino reiectum.

ead. l. 12. Κραυγῆς γὰρ μόνον ἦν &c.) Haec Polybianum quid ſonant: habent enim admirabilem ἐνάργειαν meo quidem iudicio. Sane Polybius lib. IV, pag. 402, eadem locutione utitur, *καίπερ διὰ τόπων ποιούμενοι τὰς πορείας εὐεπιθέτων καὶ στενῶν καὶ μόνον σαλπιγκτοῦ δεομένων.* Intelligit autem Diodorus tranſitum Q. Marcii Conſulis in

Macedoniam per ſaltum arduum & aſperum, de quo conſulendus eſt Livius lib. XLIV initio. VALES. In Polybio eſt μονονοὺ σαλπιγκτοῦ δεομένων· quod eodem redit, tametſi Iac. Gronovius aliud ſectetur. Non minus elegans eſt hoc Ariſtidis T. I, p. 29, ὑφ' ὧν καὶ οἶκοι καὶ πόλεις ἀνάστατοι γίγνονται πρὶν σάλπιγγος ἀκοῦσαι, φαίη τις ἄν, ex alio tamen ritu ſumtum. WESS.

Pag. 416. *l.* 6. Νίκωνα μὲν τὸν θησαυροφύλακα) Niciam eum vocat Appianus apud Suidam in Περσεὺς, & Livius lib. XLIV, 10. Male Caſaubonus eum locum, qui eſt apud Suidam in Περσεὺς, adſcripſit Polybio, cum ſit Appiani, ut dixi, exſtatque p. 561 huius editionis (Excerpt.) VALES.

ead. l. 7. Ἐν τῷ Φάκῳ) Pellam dicit Livius loco ſupra indicato. Sane Pellae regiam gazam fuiſſe docet idem Livius in fine lib. XLIV. Phaci oppidi in Macedonia meminit Polybius Legat. 115. VALES. Vide & Drakenborch. in Livii L. XLIV, 10. Fuit ſane gaza regia Pellae ſervata, ſed nihil impedit, ſi & eius partem Phaci fuiſſe putemus: neque enim uno ſemper in loco aſſervabatur. Iugurthae plerique theſauri erant Thalae, nec omnes tamen, ut ex Salluſtio Iugurth. c. 75, & Strabone L. XVII, p. 1188, notum. Id vero male, quod *Pellam* prorſus ſilentio Diodorus praeterierit. At enim *Phacus* idemne ſit, ac *Phacium* Theſſaliae, quod in L. Holſten. opinionem venit, mihi nondum liquet. WESS.

ead. l. 12. Νομίζων φίλιον τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίοις) Adſcripſerat Salmaſius Ῥωμαίους· quod qui volet, recipiat. Mihi neſcio quid ſcabri hic locus habere videtur, vereorque ut ſit ſatis integer. Livius Lib. XLIV, 10, Andronicum navalia tempus trahendo ſervaſſe ait, id quod accidit, poenitentiae regiae locum relinquentem: de ſtudio Romanis gratificandi nihil. WESS.

ead. l. 14. Τοὺς χρυσοῦς ἀνδριάντας) Livius haec initio lib. XLIV ſic refert: *Ipſe ab Dio auratis ſtatuis omnibus raptim, ne praeda hoſti eſſent, in claſſem congeſtis, ocius demigrare Pydnam iuſſit.* VALES.

Pag. 417. *l.* 3. Καταλαβόντες τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν &c.) Attigit hanc Cydoniatarum perfidiam & crudelitatem Polybius Exc. pag. 1445, Cretenſes eos, ut erant, appellans. WESS.

ead. l. 7. Ὁ Ἀντίοχος δυνάμενος) Haec ad primam Antiochi Epiphanis in Aegyptum irruptionem ſpectant, quae

hac de cauſa contigit. Ptolemaeus Philometor, rex Aegypti, cum Coeleſyriam maioribus ſuis ſemper paruiſſe intelligeret, eam ab Antiocho Epiphane per legatos repetiit ſuaſu Eulaei nutricii, ac Lenaei ducis, qui tum, rege admodum puero, poſt mortem Cleopatrae cuncta adminiſtrabant. Quae cum ab Antiocho minime redderetur, ingentem belli apparatum Ptolemaeus facere inſtituit, quo eam recuperaret, ut narrat Diodorus Legat. 18, & apud Suidam in Ἀμφισβητεῖν. *Ὁ δὲ Πτολεμαῖος εἰδὼς τοὺς ἑαυτοῦ προγόνους ἐσχηκότας τὴν Κοίλην Συρίαν, παρασκευὰς ἐποιεῖτο μεγάλας ἀμφισβητῶν ταύτης· ἤλπιζε γὰρ τὴν ἀδίκῳ πολέμῳ πρότερον ἀνειμένην τότε δικαίως τοῖς αὐτοῖς νόμοις ἀνακτήσασθαι.* Antiochus, cum Ptolemaeum videret ſeſe ad bellum accingere, Meleagrum legatum Romam miſit, qui Senatui referret, bellum ſibi praeter fas a Ptolemaeo inferri, ut eſt in legatione 71 Polybii & 72. Interim ipſe celeriter contractis copiis, cum duces Ptolemaei ſegniter agerent, & in Syriam irrumpere cunctarentur, ultro iis obviam proceſſit, commiſſoque proelio inter montem Caſium ac Peluſium eos profligavit. Cumque Aegyptiorum copias internecione delere poſſet, equo circumvectus occidi eos vetuit, vivos tantummodo capi iuſſit. Itaque ob hanc humanitatem mox Peluſio, ac brevi univerſa Aegypto eſt potitus, ut narrat hic Diodorus. Cui conſentit Hieronymus in cap. XI Danielis, ex Porphyrio & Callinico Sutorio haec referens: *Et cum poſt mortem Cleopatrae Eulaïus eunuchus nutritius Philometoris, & Lenaeus Aegyptum regerent, & repeterent Syriam, quam Antiochus fraude occupaverat, ortum eſt inter avunculum & puerum Ptolemaeum proelium. Cumque inter Peluſium & montem Caſium proelium commiſiſſent, victi ſunt duces Ptolemaei.* Haec pugna contigit Marcio Philippo II, & Servilio Caepione Coſſ. Olymp. CLII anno 3, ut patet ex ſerie ipſa narrationis Diodori noſtri, & maxime ex cap. 8 legationum Polybii. Bellum ipſum coepiſſe videtur biennio ante, conſulatu Licinii Craſſi, & Caſſii Longini, ut docet Livius libro XLII, 29. VALES.

Pag. 418. *l.* 1. *Ἀκονιτὶ παραχωρῆσαι*) Philometor, audita ſuorum clade, ac deditione Peluſii aliarumque urbium, metu perculſus ac fortaſſe etiam Alexandrini populi ſeditione impetitus, fugit Alexandria. Cumque in manus Antiochi veniſſet, Antiochus puero pepercit, & amicitiam cum eo firmavit, curamque illius ſuſcipere ſe ſimulavit, quemadmodum

indicat Hieronymus, cuius haec verba ſunt, illis, quae ſupra attuli, connexa: *Porro Antiochus parcens puero, & amicitias ſimulans, aſcendit Memphim, & ibi ex more Aegypti regnum accipiens, puerique rebus ſe providere dicens, cum modico populo omnem Aegyptum ſubiugavit ſibi.* Igitur cum Antiochus Epiphanes puero diadema ademiſſet, atque ipſe Aegypti regnum accepiſſet, Alexandrini Ptolemaeum iuniorem, qui Euergetes & Phyſcon dictus eſt, fratrem Philometoris, regem renuntiarunt, ac ſtrenue Antiocho reſtiterunt. Sed Antiochus victis navali proelio ad Peluſium Alexandrinis, & ponte per Nilum facto tranſgreſſus cum copiis, Alexandriam obſidere inſtituit, ſimulans ſe Ptolemaeo maiori regnum recuperare. Hanc hiſtoriam (cetera enim ſatis iam ex T. Livio nota ſunt) ita concinnavi, partim ex coniectura, partim ex auctoritate optimorum auctorum, in qua qui ante nos ſcripſere, mirum eſt quantopere hallucinentur; nec recentiores tantum, ſed & Zonaras Tomo II, pag. 348 ed. Venetae. VALES.

ead. l. 9. Εἰς τὸν σπάδωνα) Eulaeum intelligo, qui auctor huiuſce belli fuit, ut ex Hieronymo ſupra notavi. Quod confirmat Polybius cap. 82 Legationum: Τὴν μὲν γὰρ αἰτίαν τῶν συμβεβηκότων πάντες ἀνέφερον ἐπὶ τοὺς περὶ τὸν Εὐλαῖον. VALES.

ead. l. 10. Καὶ τὴν ἐκείνου συστροφίαν) Credo συντροφίαν fuiſſe olim, indicarique familiarem uſum, qui ſpadonem inter & regem interceſſerat: ποιητοῦ συντροφία πρὸς ἡμᾶς Strabo L. VIII, pag. 520 A. in eam ferme ſententiam. Eleganter incertus auctor Epigrammatis Anth. Lib. III, 17, — τίς παρὰ πόντῳ Πίστις, ὃς οὐδ' ἰδίης φείσατο συντροφίης. WESS.

ead. l. 15. Τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος) Salmaſius πρόσχημα non eſſe maieſtatem regiam, quam Valeſius vertendo expreſſit, ſed *nomen regium*, ad libri ſui oram alleverat. Favet Polybius Exc. pag. 1446, unde haec a Diodoro exſcripta ſunt. Vide, quae diximus ad L. XVIII, 42. De Peluſio eadem Polybius. Videtur Antiochus priore illa expeditione Aegyptiaca ad Peluſium Ptolemaeum Philometora maiore calliditate & aſtutia circumſcripſiſſe, quam quidem regem animi egregii decebat: atque hoc praeter Ioſephum innuit Hieronymus, ſicuti Valeſ. ad iſtum prudentiſſimi ſcriptoris locum admonuit. WESS.

Pag. 419. *l.* 1. Ἐπιλέκτους Γαλάτας) Quos hic Diodorus Γαλάτας, *Gallos*, vocat, Plut. in Aemilio pag. 259 D. Ba-

ſtarnas nominat, eos rurſus Γαλάτας vocat infra p. 318 Exc. & Titus Livius L. XL in fine Baſtarnas vocat, & eorum ducem Clondicum, quos L. XLIV Gallos ſemper vocat ſub eodem duce Clondico militantes; unde nobis Gallis licet vindicare gentem illam bellicoſiſſimam contra eos, qui Gallorum gloriae hoſtes eam gentem a Gallorum nomine abiudicare contra tot antiquorum teſtimonia non erubeſcunt. Palm. Ph. Cluverium perſtringere Palmerius voluit, Baſtarnas Germanis vindicantem L. III Ger. Antiq. c. 43. At is ſuis ſe munitionibus ita obſepſit, ut haec nihil illi noceant. Tetigit eandem controverſiam H. Valeſ. ad Appiani Exc. Peireſc. pag. 562, ſed minore cupiditate. Mox Μαιδικὴν, *Maedicam*, ut bene vir eruditus, praeſtat. A Μαιδὸς venit Μαιδικὴ apud Stephan. cum Holſten. nota. Adde Fr. Oudendorpium in I. Obſequent. Prodig. c. 118. Wess.

Pag. 420. *l.* 2. Τῶν χρημάτων εἰς ἑξήκοντα τάλαντα &c.) Livius L. XLIV, 45, *quinquaginta talenta iis poſita ſunt in ripa diripienda.* Neque Plutarchus aliter. Forſan itaque in numeri nota vitium eſt, quod certe occupavit verba ζητεῖν τὰ διὰ τῶν ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταληφθέντων καταςκευασθέντα. Fuit, cum ſcriptum fuiſſe putarem καταλειφθέντων, ut vaſa ſint ex relictis ab Alexandro adornata. Plut. Aemil. p. 267 E. τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χρυσωμάτων ἔνια a rege repetita refert. Ergone ſcripſit τῶν καταληφθέντων τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου καταςκευασθέντα; Wess.

ead. l. 14. Τούς τε Κελτοὺς ἀποτρεψάμενος) Lege ἀποτριψάμενος. Infra iterum de Perſe p. 318 Exc. (Vol. X, p. 15 huius ed.) ἐκεῖνος — Γαλατῶν παραγενομένων — ἀπετρίψατο τὴν τηλικαύτην συμμαχίαν, & ſic ſaepe. Wess.

Pag. 421. *l.* 7. Εὑρεθέντος εἰς τὴν παρεμβολὴν) Poſt verbum εὑρεθέντος in Mſ. punctum notatur, quo appareat aliquid deeſſe, quod ita ſupplendum eſſe exiſtimo, εὑρεθ. καὶ κομισθέντος εἰς τὴν παρ. Vales. Non intercedo. Livium L. XLIV, 44, & Plut. Aemil. p. 266 F. vide. Wess.

ead. l. 8. Ἔχων οὐ πρὸς υἱὸν) Hunc locum ſic legendum eſſe exiſtimavi, ἔχων οὐ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμένου τινα διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον. Originem mendi eſſe eam arbitratus ſum, quod in Mſ. πρὸς, fere pro πατρὸς ſcribebatur, ex quo hic πρὸς υἱὸν nobis imperiti antiquarii concinnarunt. Simile mendum cum aliis prope infinitis haeſit apud Libanium. In oratione πρὸς τοὺς νέους περὶ τοῦ λόγου· (T. II, p. 569,) Νέος χρήματα παρὰ τοῦ προσλαμ-

βάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομιῶν· cum legendum ſit, *παρὰ τοῦ πατρὸς λαμβάνων ὡς τῷ σοφιστῇ κομίσαι*, ut in Mſ. legitur. VALES.

ead. l. 9. Ἐρωμένου) In Mſ. erat *ἐρωμένην*, ex quo *ἐῤῥωμένην* quis legendum eſſe forte exiſtimet, quod tamen minus probo. Magis placeret *ἐρωμανῆ·* ſed omnino praeridet illud, quod edi curavimus. Reſpondet enim ei voci *τοῦ πατρός*. Ἐρώμενον autem tam de amatore, quam de amaſio, dici conſtat vel ex Suida. VALES.

Pag. 422. *l.* 7. *Ὥστε μὴ μόνον συγχωρῆσαι* &c.) Exſcripſit haec Syncellus Chronograph. p. 213, ſed parum mutata. WESS.

Pag. 423. *l.* 9. Εἰς *ἐλευθέραν — φυλακὴν*) In Mſ. *ἐλευθέριαν* legitur, ſed *ι* eraſum eſt. Ego malim *ἐλευθέριον φυλακήν*. Sic Philoſtrat. Lib. VII, cap. 11, *ἐλευθέριον δεσμωτήριον* vocat liberalem cuſtodiam, & cap. 17. VALES. Supra Exc. horum p. 378, *τηρῶν αὐτὸν ἐν ἐλευθερίᾳ φυλακῇ*. At Syncellus Chronograph. p. 213, *εἰς ἐλευθέραν ἀπέθετο φυλακὴν* hinc ſumſit, neque male, ut alias dixi. WESS.

ead. l. 11. Εἰς *δουλείαν — ἂν ἔχοντες*) Lege *ἀγαγόντες*. Vulgatum tueri ſe non poteſt. WESS.

Pag. 424. *l.* 6. *Ὧν πρότερον ἐτέλουν τοῖς ἰδίοις βασιλεῦσιν*) Eadem haec Syncellus loco indicato. Addit alia, itidem hinc ſumta, de Macedonia ex Paulli & decem legatorum ſententia in quatuor regiones diviſa, deque magnifico Paulli triumpho, quae ſuum locum inter Diodori fragmenta occupabunt. WESS.

(9) 1282 4-39

BINDING SECT. MAY 1 3 1970

PA
3965
D3
1793
v.9

Diodorus Siculus
Bibliothecae historicae

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 13 29 05 05 009 8